12
9 H
13

M

Ex Bibliotheca
majori Coll Rom.
Societ. Jesu

...CA NAZ.
...ORIO EMANUELE

18. 9. I. 13

# MISSALE ROMANVM,

Ex Decreto ſacroſancti Concilij Tridentini reſtitutum,

PII V. PONT. MAX. IVSSV EDITVM.

Cum licentia & Priuilegijs.

Bibliot. Secr. Coll. Rom. Soc. Jesu

S. S. Coll. Rom. Soc. Jesu Cat. inscr. ex bibl. Museti

BIBL. NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

L A

VENETIIS APVD IVNTAS,
M D LXXVI.

# PIVS EPISCOPVS
## SERVVS SERVORVM DEI,
### Ad perpetuam rei memoriam.

QVo primum tempore ad Apoſtolatus apicem aſſumpti fuimus, ad ea libēter animum, vireſq́; noſtras intendimus, & cogitationes omnes direximus, quę ad eccleſiaſticum purum retinendum cultum pertinerent, eaq́; parare, & Deo ipſo adiuuante omni adhibito ſtudio efficere contendimus. Cumq́; inter alia ſacri Tridentini Concilij decreta, nobis ſtatuendum eſſet de ſacris libris; Catechiſmo, Miſſali, & Breuiario edendis atque emendandis: edito iam Deo ipſo annuente ad populi eruditionem Catechiſmo, & ad debitas Deo perſoluendas laudes, Breuiario caſtigato; omnino, vt Breuiario Miſſale reſponderet, vti congruum eſt, & conueniens (cùm vnum in Eccleſia Dei pſallendi modum, vnum Miſſæ celebrandę ritum eſſe maximè deceat) neceſſe iam videbatur, vt quod reliquum in hac parte eſſet, de ipſo nempe Miſſali edendo, quam primum cogitaremus. Quare eruditis delectis viris onus hoc demandandum duximus, qui quidem diligenter collatis omnibus cum vetuſtis noſtrę Vaticanę bibliothecę, alijſq́; vndiq; conquiſitis, emendatis, atq; incorruptis codicibus: nec non veterum conſultis, ac probatorum auctorum ſcriptis, qui de ſacro eorundē rituum inſtituto monimenta nobis reliquerunt; ad priſtinam Miſſale ipſorum ſanctorum Patrum normam ac ritum reſtituerunt. Quod recognitum iam, & caſtigatum, maturè adhibita conſideratione, vt ex hoc inſtituto, cœptoq́; labore fructus omnes percipiant, Romæ quam primum imprimi, atque impreſſum edi mandauimus, nempe, vt Sacerdotes intelligant, quibus precibus vti, quos ritus, quaſùe cęremonias in Miſſarum celebratione retinere poſthac debeant. Vt autem à ſacroſancta Romana Eccleſia cęterarum Eccleſiarum matre & magiſtra, tradita vbiq; amplectantur omnes, & obſeruēt, ne in poſterum perpetuis futuris temporibus in omnibus Chriſtiani orbis prouinciarum Patriarchalibus, Cathedralibus, Collegiatis, & Parochialibus, Secularibus, & quorumuis ordinum Monaſteriorum, tam virorum quā mulierum, etiam militiarum Regularibus, ac ſine cura Eccleſijs, vel Capellis, in quibus Miſſa Conuentualis alta voce cum choro aut demiſſa celebrari iuxta Rom. Eccleſię ritum conſueuit vel debet, aliàs, quā iuxta Miſſalis à nobis ediri formulam decantetur, aut recitetur, etiam ſi eędem Eccleſię quouis modo exemptę Apoſtolicę ſedis indulto, conſuetudine, priuilegio, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel alijs quibuſuis facultatibus munitę ſinenıſi ab ipſa prima inſtitutione à ſede Apoſtolica approbata vel conſuetudine, quę vel ipſa inſtitutio ſuper ducentos annos Miſſarum celebrandarum in eiſdem Eccleſijs aſſiduè obſeruata ſit: à quibus, vt pręfatam celebrandi conſtitutionem vel conſuetudinem nequaquam auferimus, ſic ſi Miſſale hoc, quod nūc in lucem edi curauimus, iiſdem magis placeret, de Epiſcopi, vel Prælati, capitulíq; vniuerſi conſenſu, vt, quibuſuis non obſtantibus, iuxta illud Miſſas celebrare poſſint, permittimus: Ex alijs verò omnibus Eccleſijs pręfatis eorundem Miſſalium vſum tollendo, illaq́; penitus, & omnino reijciendo: ac huic Miſſali noſtro nuper edito, nihil vnquam addendum, detrahendum, aut immutandum eſſe decernendo, ſub indignationis noſtrę pœna, hac noſtra perpetuò valitura conſtitutione ſtatuimus, & ordinamus. Mandantes ac diſtrictè omnibus & ſingulis Eccleſiarum prędictarum Patriarchis, Adminiſtratoribus, alijſq́; perſonis quacunque eccleſiaſtica dignitate fulgentibus, etiam ſi ſanctę Rom. Eccleſię Cardinales, aut cuiuſuis alterius gradus, & pręeminētię fuerint, illis in virtute ſanctę obedientię pręcipientes, vt cęteris omnibus rationibus, & ritibus, ex alijs Miſſalibus quantumuis vetuſtis hactenus obſeruari conſuetis, in poſterum penitus omiſſis, ac planè reiectis, Miſſam iuxta ritum, modum, ac normam, quę per Miſſale

hoc à nobis nunc traditur, decantent, ac legant: neq; in Miſſæ celebratione alias ceremonias, vel preces, quàm quæ hoc Miſſali continentur, addere, vel recitare præſumant.

Atque vt hoc ipſum Miſſale in Miſſa decantanda aut recitanda in quibuſuis Eccleſijs abſq; vllo conſcientiæ ſcrupulo, aut aliquarum pœnarum, ſententiarum, & cenſurarum incurſu poſthac omnino ſequantur, eoq; liberè & licitè vti poſſint, & valeant, auctoritate apoſtolica tenore præſentium etiam perpetuo concedimus, & indulgemus. Neuè Præſules, Adminiſtratores, Canonici, Capellani, & alij quocunq; nomine nuncupati presbyteri ſeculares, aut cuiuſuis ordinis regulares, ad Miſſam aliter quã à nobis ſtatutũ eſt, celebrandam teneantur, neq; ad Miſſale hoc immutandũ à quolibet cogi & cõpelli, præſentesue literæ vllo vnquàm tẽpore reuocari, aut moderari poſſint; ſed firmè ſemper & validè in ſuo exiſtãt robore ſimiliter ſtatuimus, & declaramus. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus Concilijs editis, generalibus vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, nec non Eccleſiarum prædictarum vſu longiſſimo & immemorabili præſcriptione, non tamen ſupra ducentos annos roborata, ſtatutis, & conſuetudinibus contrarijs quibuſcunq;. Volumus autem & eadem auctoritate decernimus, vt poſt huius noſtræ conſtitutionis, ac Miſſalis editionẽ, qui in Romana adſunt Curia Presbyteri, poſt menſem; qui verò intra montes, poſt tres; & qui vltra montes incolunt, poſt ſex menſes, aut eũ primum illis Miſſale hoc venale propoſitũ fuerit, iuxta illud Miſſam decãtare vel legere teneantur. Quod vt vbiq; terrarũ incorruptũ, ac mendis, & erroribus purgatũ præſeruetur, oĩbus in noſtro & S. Rom. Eccleſiæ Dñio mediatè, vel immediatè ſubiecto cõmorantibus Impreſſoribus, ſub amiſſionis librorũ ac cẽtũ ducatorũ auri Cameræ Apoſtolicæ ipſo facto applicandorum: alijs verò in quacunq; orbis parte conſiſtentibus, ſub excommunicationis latæ ſententiæ, & alijs arbitrij noſtri pœnis, ne ſine noſtra, vel ſpecialis ad id Apoſtolici Cõmiſſarij in eiſdem partibus à nobis conſtituendi, ac niſi per eundem Commiſſarium eidem Impreſſori Miſſalis exemplum, ex quo aliorum imprimendorum ab ipſo Impreſſore erit accipienda norma, cum Miſſali in Vrbe ſecundum magnam impreſſionem impreſſo collatum fuiſſe, & cõcordare, nec in vllo penitus diſcrepare, prius plena fides facta fuerit imprimere, vel proponere vel recipere vllo modo audeant, vel præſumant, auctoritate apoſtolica, & tenore præſentiũ ſimilibus inhibemus. Verũ quia difficile eſſet præſentes literas ad quæq; Chriſtiani orbis loca deferri, ac primo quoq; tẽpore in omniũ notitiã pferri, illas ad Baſilicæ principis Apoſtolorum, ac Cancellariæ Apoſtolicæ, & in acie Campi Floræ de more publicari, & affigi: ac earundem literarum exemplis etiam impreſſis, ac manu alicuius publici tabellionis ſubſcriptis, nec non ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtituta munitis, eandem prorſus indubitatam fidem vbiq; gentium & locorum haberi præcipimus, quæ præſentibus haberetur, ſi oſtenderentur vel exhiberẽtur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ permiſſionis, ſtatuti, ordinationis, mandati, præcepti, cõceſſionis, indulti, declarationis, volũtatis, decreti, & inhibitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotẽtis Dei, ac beatorũ Petri, & Pauli Apoſtolorũ eius, ſe nouerit incurſurũ. Datũ Romæ apud S. Petrũ anno incarnationis Dñicæ, 1570. Prid. Idus Iulij, Pontificatus noſtri Anno V.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

*Anno à Natiuitate Domini Milleſimo, Quingenteſimo, Septuageſimo: Indictione xiij. die vero xix. menſis Iulij, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris, & Domini noſtri, Domini Pij, diuina prouidẽtia Papæ V. anno eius V. retroſcriptæ literæ publicatæ, & affixæ fuerunt ad valuas Baſilicæ principis Apoſtolorum, ac Cancellariæ Apoſtolicæ, & in acie Campi Floræ, vt moris eſt, per nos Iohannem Andream Rogerium, & Philibertum Cappuis Curſores.*

Scipio de Octauianis Magiſter Curſorum

In Calendario locatur primo Aureus numerus: deinde literę dominicales ⁊ Feriarum, Tertio, numerus Calendarũ, Nonarum, ⁊ Iduum: Quarto, dies cuiuſq; menſis cum Feſtis Sanctorum ſuo loco.

### Aureus Numerus. 1 5 7 6.

xix. j. ij. iij. iiij. v. vj. vij. viij. ix. x. xj. xij. xiij. xiiij. xv. xvj. xvij. xviij.

¶ In ſuperiori numerorum ſerie ſic deprehenditur Aureus numerus. Primus numerus qui eſt xix. tribuatur anno 1 5 7 6. Sequens qui eſt j. tribuatur anno 1 5 7 7. ⁊ ſic deinceps, donec ad annum currentem perueniatur. Finitis autẽ decem ⁊ nouem annis, redeundum eſt ad principium. Sic autem in ſingulis menſibus eſt accommodatus, vt vbi cadit in Calendario, ibi ſit Nouilunium.

### Literę Dominicales 1576.

A F E D C A G F E C B A G E D C B G F E D B A G F D C B
G B D F A C E

¶ In ſuperiori tabula litera Dñicalis ſingulis annis ſic inuenitur: Prima litera quę eſt A tribuatur Anno 1 5 7 6. Sequens quę eſt F tribuatur anno 1 5 7 7. Similiter ⁊ in annis ſequentibus litera ſuper quam cadit milleſimus illius anni, erit litera Dñicalis, quę ſi duplex fuerit, annus biſſextilis intelligitur: ⁊ tunc ſuperior A vſq; ad feſtum S. Matthię, inferior vero, G, ad reliquum anni deſeruiet. Finitis 28 annis, redeundum eſt ad principium.

### De numero Nonarum ⁊ Iduum cuiuſq; menſis. Verſus.

Sex Nonas Maius, October, Iulius, ⁊ Mars:
Quatuor at reliqui: dabit Idus quilibet octo.

### Qua die menſis Calendę, Nonę, ⁊ Idus ſumuntur.

¶ Prima quaque menſis die dicitur, Calendis: Vbi autẽ Nonę fuerint quatuor, quinta die dicitur Nonis: Decimatertia, Idibus. Vbi fuerint ſex, ſeptima die dicit, Nonis, Decimaquinta Idibus: reliquis vero diebus, dĩ, Pridie, tertio, quarto Calendas aut Nonas: aut Idus retrorſum numerando vſq; ad eum diem, quo aut calendis, aut Nonis, aut Idibus dicitur.

### De Anno ⁊ eius partibus.

¶ Annus habet Menſes duodecim, Hebdomadas quinquaginta duas, cum die vno, dies trecentos ſexagintaquinque, ⁊ ſex horas. Hoc enim temporis interuallo Sol zodiacum circuit. Quater autem ſex horę ſingulis quaternis annis diem conſtituunt: hinc annus ille ſit intercalaris, qui biſſextilis dicitur.

### De numero Dierum cuiuſq; menſis. Verſus.

Triginta Aprilis, Iunius, Septemque, Nouemque:
Vno plus alijs, viginti Februus octo.
At ſi biſſextus fuerit, ſuperadditur vnus:
Et tunc bis, Sexto Marti conſcribe Calendas.

### De Aduentu Domini.

¶ Aduentus Domini inchoatur dominica proximiori feſto S. Andreę, vel ipſa die S. Andreę, ſi in Dominica venerit.

¶ Quatuor tempora celebrantur quarta ⁊ ſexta Feria ⁊ Sabbatho poſt tertiam Dominicam Aduentus, poſt primam Dominicam Quadrageſimę, poſt tertium diem Pentecoſtes, ⁊ poſt feſtum Exaltationis ſanctę Crucis.

### Dies Nuptiarum ex decreto Concilij Tridentini.

¶ A Dominica prima Aduentus vſque ad diem Epiphanię, ⁊ a Feria quarta Cinerum, vſq; ad Octauam Paſchę, incluſiue, ſolennitates Nuptiarum prohibentur, alijs temporibus permittuntur.

# Tabula Feſtorum Mobilium.

| | Aureus numerus. | Septuageſima. | Dies Cinerum. | Dies Paſchæ. | Aſcēſio Dñi. | Dies Pētecoſtes | Corpus Dñi | Dñicæ p° Pēte. | Aduentus Domini. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | 1 4 9 12 | 5 Feb. | 22 Feb. | 9 Apr. | 18 Maij | 28 Maij | 8 Iun. | 26 | 3 Decēb. |
| | 2 5 13 16 | 22 Ian. | 8 Feb. | 26 Mar. | 4 Maij | 14 Maij | 25 Maij | 28 | 3 Decēb. |
| A | 3 6 11 14 17 | 12 Feb. | 1 Mar. | 16 Apr. | 25 Maij | 4 Iun. | 15 Iun. | 25 | 3 Decēb. |
| | 7 10 15 18 | 29 Ian. | 15 Feb. | 2 Apr. | 11 Maij | 21 Maij | 1 Iun. | 27 | 3 Decēb. |
| | 8 19 | 19 Feb. | 8 Mar. | 23 Apr. | 1 Iun. | 11 Iun. | 22 Iun. | 24 | 3 Decēb. |
| | 1 9 12 17 | 6 Feb. | 23 Feb. | 10 Apr. | 19 Maij | 29 Maij | 9 Iun. | 25 | 27 Nouēb. |
| | 2 5 13 16 | 23 Ian. | 9 Feb. | 27 Mar. | 5 Maij | 15 Maij | 26 Maij | 27 | 27 Nouēb. |
| B | 3 6 11 14 | 13 Feb. | 2 Mar. | 17 Apr. | 26 Maij | 5 Iun. | 16 Iun. | 24 | 27 Nouēb. |
| | 4 7 10 15 18 | 30 Ian. | 16 Feb. | 3 Apr. | 12 Maij | 22 Maij | 2 Iun. | 26 | 27 Nouēb. |
| | 8 19 | 20 Feb. | 9 Mar. | 24 Apr. | 2 Iun. | 12 Iun. | 23 Iun. | 23 | 27 Nouēb. |
| | 1 6 9 12 17 | 7 Feb. | 24 Feb. | 11 Apr. | 20 Maij | 30 Maij | 10 Iun. | 25 | 28 Nouēb. |
| | 2 5 10 13 16 | 24 Ian. | 10 Feb. | 28 Mar. | 6 Maij | 16 Maij | 27 Mai. | 27 | 28 Nouēb. |
| C | 3 11 14 19 | 14 Feb. | 3 Mar. | 18 Apr | 27 Maij | 6 Iun. | 17 Iun. | 24 | 28 Nouēb. |
| | 4 7 15 18 | 31 Ian. | 17 Feb. | 4 Apr. | 13 Maij | 23 Maij | 3 Iun. | 26 | 28 Nouēb. |
| | 8 | 21 Feb. | 10 Mar. | 25 Apr. | 3 Iun. | 13 Iun. | 24 Iun. | 23 | 28 Nouēb. |
| | 1 6 9 17 | 8 Feb. | 25 Feb. | 12 Apr. | 21 Maij | 31 Maij | 11 Iun. | 25 | 29 Nouēb. |
| | 2 5 10 13 | 25 Ian. | 11 Feb | 29 Mar. | 7 Maij | 17 Maij | 28 Maij | 27 | 29 Nouēb. |
| D | 3 8 11 14 19 | 15 Feb. | 4 Mar. | 19 Apr. | 28 Maij | 7 Iun. | 18 Iun. | 24 | 29 Nouēb. |
| | 4 7 12 15 18 | 11 Feb. | 18 Feb. | 5 Apr. | 14 Maij | 24 Maij | 4 Iun. | 26 | 29 Nouēb. |
| | 16 | 18 Ian. | 4 Feb. | 22 Mar. | 30 Apr. | 10 Maij | 21 Maij | 28 | 29 Nouēb. |
| | 1 4 7 12 15 | 2 Feb. | 19 Feb. | 6 Apr. | 15 Maij | 25 Maij | 5 Iun. | 26 | 30 Nouēb. |
| | 2 10 13 18 | 26 Ian. | 12 Feb. | 30 Mar. | 8 Maij | 18 Maij | 29 Maij | 27 | 30 Nouēb. |
| E | 3 8 11 19 | 16 Feb. | 5 Mar. | 20 Apr. | 29 Maij | 8 Iun. | 19 Iun. | 24 | 30 Nouēb. |
| | 5 16 | 19 Ian. | 5 Feb. | 23 Mar. | 1 Maij | 11 Maij | 22 Maij | 28 | 30 Nouēb. |
| | 6 9 14 17 | 9 Feb. | 26 Feb. | 13 Apr. | 22 Maij | 1 Iun. | 12 Inn. | 25 | 30 Nouēb. |
| | 1 4 12 15 | 3 Feb. | 20 Feb. | 7 Apr. | 16 Maij | 26 Maij | 6 Iun. | 26 | 1 Decēb. |
| | 2 7 10 13 18 | 27 Ian. | 13 Feb. | 31 Mar. | 9 Maij | 19 Maij | 30 Maij | 27 | 1 Decēb. |
| F | 3 6 9 14 17 | 10 Feb. | 27 Feb. | 14 Apr. | 23 Maij | 2 Iun. | 13 Inn. | 25 | 1 Decēb. |
| | 5 16 | 20 Ian. | 6 Feb. | 24 Mar. | 2 Maij | 12 Maij | 23 Maij | 28 | 1 Decēb. |
| | 8 11 19 | 17 Feb. | 6 Mar. | 21 Apr. | 30 Maij | 9 Iun. | 20 Iun. | 24 | 1 Decēb. |
| | 1 4 9 12 15 | 4 Feb. | 21 Feb. | 8 Apr. | 17 Maij | 27 Maij | 7 Iun. | 26 | 2 Decēb. |
| | 2 7 10 18 | 28 Ian. | 14 Feb. | 1 Apr. | 10 Maij | 20 Maij | 31 Maij | 27 | 2 Decēb. |
| G | 3 6 14 17 | 11 Feb | 28 Feb. | 15 Apr. | 24 Maij | 3 Iun. | 14 Iun. | 25 | 2 Decēb. |
| | 5 13 16 | 21 Ian. | 7 Feb. | 25 Mar. | 3 Maij | 13 Maij | 24 Maij | 28 | 2 Decēb |
| | 8 11 19 | 18 Feb. | 7 Mar. | 22 Apr. | 31 Maij | 10 Iun. | 21 Iun. | 24 | 2 Decēb. |

AD maiorem commoditatem inueniendi feſta mobilia, poſita eſt pręcedens tabula: in qua inuenta litera Dominicali,& apud eam Aureo numero anni currentis,ad rectá lineam eiuſdem Aurei nnmeri progrediendo,omnia feſta mobilia illius anni, quo die & menſe aduenerint, reperiuntur.In anno autem biſſextili ſemper Septuageſima quærenda eſt per literam Dominicalem. Quod ſi ipſa Septuageſima venerit ante quarto Idus Februarij,etiam dies Cinerum per ipſam primam literam debet quæri.Si vero Septuageſima poſt quarto Idus Feb. venerit,dies Cinerum cum reliquis feſtis mobilibus quærenda eſt per ſecundam literam Dominicalem, quæ mutatur in feſto Sancti Matthiæ.Si autem numerus dierum Septuageſimæ & aliorum mobilium ad rectam lineam aurei numeri anni currentis in ſecunda litera aſſignatus,ſuperet numerum dierum huiuſmodi ad rectam lineam eiuſdem aurei numeri in prima litera aſſignatum: tunc reliqua feſta mobilia poſt Septuageſimam non erunt ſumenda ad rectam lineam aurei numeri currentis in ſecunda litera, ſed ad rectam literam Septuageſimæ,quæ vnius diei numero minus in ſecunda litera ſignatur. Vt, ſi in litera A, Septuageſima ſignatur 19. Februarij,Cineres & reliqua feſta mobilia ſummuntur ad rectam lineam G. vbi eſt aureus numerus 19, & inuenies Cinerem anno 1 5 7 6. fuiſſe 7. die Martij, Paſcha 22. Aprilis. Aſcenſionem 31. Maij.Diem Pentec. 10. Iunij. Corpus Domini 21. Iunij. & iu huiuſmodi alijs ſimiliter.Quia numerus dierum in ſecnnda litera ſignatus, vno die ſemper in anno biſſextili minuitur a numero dierum primæ literæ. vt apparet iu G. anni 1576



# I A N V A R I V S

## Habet dies xxxj. Luna vero xxix.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| xix | A | Calēdis. | | 1 | Circunciſio Domini. duplex. 17. |
| viii | b | iiii | no. | 2 | Oct. S. Stephani. dup. cu cōme. Octauarum. |
| | c | iii | no. | 3 | Oct. S. Johan. dup. cū cō. Oct. SS. Innocē. |
| xvi | d | Prid. no. | | 4 | Octaua ſanctorum Innocentium. dup. |
| v | e | Nonis. | | 5 | Uigilia. |
| | f | viii | id. | 6 | Epiphania Domini. duplex. 18. |
| xiii | g | vii | id. | 7 | De Octaua Epiphanię. |
| ij | A | vi | id. | 8 | De Octaua. |
| | b | v | id. | 9 | De Octaua. |
| x | c | iiii | id. | 10 | De Octaua. |
| | d | iii | id. | 11 | De Oct. ꝛ cō. S. Higinij papę ꝛ marty. 168. |
| xviii | e | Prid. id. | | 12 | De Octaua. |
| vii | f | Idibus. | | 13 | Oct. Epiphanię. dup. 168. |
| | g | xix | cal. | 14 | Hylarij epī ꝛ ꝯf. ſemi. 168. cū cō. S. Feli. pſb. |
| xv | A | xviij | cal. | 15 | Pauli primi ere. ſemi. 169. cū cō. S. Mau. ab. |
| iiii | b | xvii | cal. | 16 | Marcelli papę ꝛ m̃. ſemid. 169. |
| | c | xvi | cal. | 17 | Antonii abbatis. dup. 169. (gi. ꝛ m̃. 170. |
| xij | d | xv | cal. | 18 | Cath. S. Petri Romę. du. ꝛ cō. S. Priſcę vir |
| i | e | xiiii | cal. | 19 | Marij, Marthę, Audifax, ꝛ Abachū mar. 170. |
| | f | xiii | cal. | 20 | Fabiani ꝛ Sebaſtiani martyrum. dup. 170. |
| ix | g | xii | cal. | 21 | Agnetis virginis ꝛ martyris. dup. 171. |
| | A | xi | cal. | 22 | Uincentij, ꝛ Anaſtaſij martyrum. ſemid. 171. |
| xvii | b | x | cal. | 23 | Emerentianę virginis ꝛ marty. 171. |
| vi | c | ix | cal. | 24 | Timothei epiſcopi ꝛ martyris. 171. |
| | d | viii | cal. | 25 | Conuerſio S. Pauli apoſtoli. dup. 172. |
| xiiii | e | vii | cal. | 26 | Polycarpi epiſcopi ꝛ martyris. 173. |
| iii | f | vj | cal. | 27 | Johannis Chryſoſtomi epī ꝛ confe. dup. 174. |
| xi | g | v | cal. | 28 | Agnetis ſecundo. 174. |
| | A | iiii | cal. | 29 | |
| xix | b | iii | cal. | 30 | |
| viij | c | Prid. cal. | | 31 | |




# F E B R V A R I V S

**Habet dies xxviij. Luna vero xxx.**

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | d | Calēdis. | 1 | Ignatij epiſcopi ⁊ martyris. ſemidup. 174. |
| xvj | e | iiij no. | 2 | Purificatio beatę Marię. dup. 176. |
| v | f | iij no. | 3 | Blaſij epiſcopi ⁊ martyris. |
| | g | Prid. no. | 4 | |
| xiij | A | Nonis. | 5 | Agathę virginis ⁊ martyris. ſemidup. 176. |
| ij | b | viij id. | 6 | Dorothęę virginis ⁊ martyris. 177. |
| | c | vij id. | 7 | |
| x | d | vj id. | 8 | |
| | e | v id. | 9 | Apollonię virginis ⁊ martyris. 177. |
| xviij | f | iiij id. | 10 | |
| vij | g | iij id. | 11 | |
| | A | Prid. id. | 12 | |
| xv | b | Idibus. | 13 | |
| iiij | c | xvj cal. | 14 | Valentini preſbyteri ⁊ martyris. 177. |
| | d | xv cal. | 15 | Fauſtini ⁊ Iouitę martyrum. 177. |
| xij | e | xiiij cal. | 16 | |
| j | f | xiij cal. | 17 | |
| | g | xij cal. | 18 | Simeonis epiſcopi ⁊ martyris. 177. |
| ix | A | xj cal. | 19 | |
| | b | x cal. | 20 | |
| xvij | c | ix cal. | 21 | |
| vj | d | viij cal. | 22 | Cathedra ſancti Petri Antiochię. dup. 177. |
| | e | vij cal. | 23 | Vigilia. |
| xiiij | f | vj cal. | 24 | Matthię Apoſtoli. duplex. 177. |
| iij | g | v cal. | 25 | |
| | A | iiij cal. | 26 | |
| xj | b | iij cal. | 27 | ¶ Anno biſſextili additur vnus dies, ⁊ fit die- |
| | c | Prid. cal. | 28 | rum 29. ſed feſtū S. Matthię celebrat̃ die 25. |


⁊ tunc dicitur bis, ſexto Calendas, hoc eſt 24. ⁊ 25. die, ⁊ ſic litera Dominicalis mutatur in ſuperiorem, vt ſi ſit D. in C. ſi ſit C. in B. ſimiliter ⁊ in alijs, ⁊ hoc quarto quoque anno, qui erit 1580.



# MARTIVS

Habet dies xxxj. Luna vero xxix.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| xix | d | Calēdis. | | 1 | |
| viij | e | vj | no. | 2 | |
| | f | v | no. | 3 | |
| xvj | g | iiij | no. | 4 | |
| v | A | iij | no. | 5 | |
| | b | Prid.no. | | 6 | |
| xiij | c | Nonis. | | 7 | S.Thomę de Aq̄no cf. du. & cō. SS.Perpetuę & Felic.m̄.178. |
| ij | d | viij | id. | 8 | |
| | e | vij | id. | 9 | Quadraginta martyrum.ſemidup.178. |
| x | f | vj | id. | 10 | |
| | g | v | id. | 11 | |
| xviij | A | iiij | id. | 12 | Gregorij papę & confeſſ.& eccl.doct. dup.179. |
| vij | b | iij | id. | 13 | |
| | c | Prid. id. | | 14 | |
| xv | d | Idibus. | | 15 | |
| iiij | e | xvij | cal. | 16 | |
| | f | xvj | cal. | 17 | |
| xij | g | xv | cal. | 18 | |
| j | A | xiiij | cal. | 19 | Ioſeph confeſſoris.dup.179. |
| | b | xiij | cal. | 20 | |
| ix | c | xij | cal. | 21 | Benedicti abbatis.dup.179. |
| | d | xj | cal. | 22 | |
| xvij | e | x | cal. | 23 | |
| vj | f | ix | cal. | 24 | |
| | g | viij | cal. | 25 | Annunciatio beatę Marię.dup.180. |
| xiiij | A | vij | cal. | 26 | |
| iij | b | vj | cal. | 27 | |
| xj | c | v | cal. | 28 | |
| | d | iiij | cal. | 29 | |
| xix | e | iij | cal. | 30 | |
| viij | f | Prid.cal. | | 31 | |



# APRILIS

## Habet dies xxx. Luna vero xxx.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | g | Calēdis. | 1 | |
| xvj | A | iiij no. | 2 | |
| v | b | iij no. | 3 | |
| | c | Prid.no. | 4 | |
| xiij | d | Nonis. | 5 | |
| ij | e | viij id. | 6 | |
| | f | vij id. | 7 | |
| x | g | vj id. | 8 | |
| | A | v id. | 9 | |
| xviij | b | iiij id. | 10 | |
| vij | c | iij id. | 11 | Leonis papę ꝛ confeſſoꝛis. duplex.180. |
| | d | Prid.id. | 12 | |
| xv | e | Idibus. | 13 | |
| iiij | f | xviij cal. | 14 | Tyburtij,Ualeriani,ꝛ Maximi marty.181. |
| | g | xvij cal. | 15 | |
| xij | A | xvj cal. | 16 | |
| j | b | xv cal. | 17 | Aniceti papę ꝛ martyris.181. |
| | c | xiiij cal. | 18 | |
| ix | d | xiij cal. | 19 | |
| | e | xij cal. | 20 | |
| xvij | f | xj cal. | 21 | |
| vi | g | x cal. | 22 | Sotheris ꝛ Caij pontificũ ꝛ mart.ſemid.181. |
| | A | ix cal. | 23 | Geoꝛgij martyris.ſemidup.181. |
| xiiij | b | viij cal. | 24 | |
| iii | c | vij cal. | 25 | Marci Euangeliſtę.duplex.181. |
| | d | vj cal. | 26 | Cleti ꝛ Marcellini pont.ꝛ marty.ſemidup. |
| xj | e | v cal. | 27 | |
| | f | iiij cal. | 28 | Uitalis martyris.182. |
| xix | g | iij cal. | 29 | |
| viij | A | Prid.cal. | 30 | |



# M A I V S

## Habet dies xxxj. Luna xxix.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| xvi | b | Calẽdis. | | 1 | Philippi ⁊ Iacobi apoſtolorum. dup.182. |
| v | c | vj | no. | 2 | Athanaſij epiſcopi, ⁊ confeſſoris. dup.183. |
| | d | v | no. | 3 | Inuẽ.S.Crucis dup. cũ cõ.SS.Alex.Euẽtij, |
| xiij | e | iiii | no. | 4 | Monicę viduę.184. (Theod.ac Iuue.183. |
| ij | f | iii | no. | 5 | |
| | g | Prid.no. | | 6 | Iohannis ante portam Latinam.dup.184. |
| x | A | Nonis. | | 7 | |
| | b | viii | id. | 8 | Apparitio S.Michaelis. dup.185. |
| | c | vii | id. | 9 | S.Gregorij Theologi epi ⁊ confeſſ. dup. 185. |
| xviij | d | vi | id. | 10 | Gordiani ⁊ Epimachi martyrum.185. |
| vij | e | v | id. | 11 | |
| | f | iiii | id. | 12 | Nerei, Archillei, ⁊ Pancratij mart.185. |
| xv | g | iii | id. | 13 | |
| iiij | A | Prid. id. | | 14 | Bonifacij martyris.186. |
| | b | Idibus. | | 15 | |
| xii | c | xvii | cal. | 16 | |
| j | d | xvi | cal. | 17 | |
| | e | xv | cal. | 18 | |
| ix | f | xiiii | cal. | 19 | Pudentianę virginis.186. |
| | g | xiii | cal. | 20 | |
| xvij | A | xii | cal. | 21 | |
| vj | b | xi | cal. | 22 | |
| | c | x | cal. | 23 | |
| xiiij | d | ix | cal. | 24 | |
| iij | e | viii | cal. | 25 | Vrbani papę ⁊ martyris.186. |
| xj | f | vii | cal. | 26 | Eleutherij papę ⁊ martyris.186. |
| | g | vj | cal. | 27 | Iohannis papę ⁊ martyris.186. |
| | A | v | cal. | 28 | |
| xix | b | iiii | cal. | 29 | |
| viij | c | iii | cal. | 30 | Felicis papę ⁊ martyris.186. |
| xvj | d | Prid.cal. | | 31 | Petronillę virginis.186. |



# I V N I V S

Habet dies xxx. Luna vero xxix.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| v | e | Calẽdis. | 1 | |
| | f | iiij no. | 2 | Marcellini, Petri, ⁊ Eraſmi martyrum. 186. |
| xiii | g | iij no. | 3 | |
| ij | A | Prid. no. | 4 | |
| | b | Nonis. | 5 | |
| x | c | viij id. | 6 | |
| | d | vij id. | 7 | |
| xviii | e | vj id. | 8 | |
| vii | f | v id. | 9 | Primi ⁊ Feliciani martyrum. 186. |
| | g | iiij id. | 10 | |
| xv | A | iij id. | 11 | Barnabę Apoſtoli. duplex. 187. |
| iiii | b | Prid. id. | 12 | Baſilidis, Cyrini, Naboris, ⁊ Nazarij mr. 187. |
| | c | Idibus. | 13 | |
| xij | d | xviij cal. | 14 | Baſilij epiſcopi ⁊ confeſſoris. dup. 187. |
| i | e | xvij cal. | 15 | Viti, Modeſti, ⁊ Creſcentię martyrum. 188. |
| | f | xvj cal. | 16 | |
| ix | g | xv cal. | 17 | |
| | A | xiiij cal. | 18 | Marci ⁊ Marcelliani fratrum mart. 188. |
| xvii | b | xiij cal. | 19 | Geruaſij, ⁊ Protaſij martyrum. 189. |
| vi | c | xij cal. | 20 | Siluerij papę ⁊ martyris. 189. |
| | d | xj cal. | 21 | |
| xiiii | e | x cal. | 22 | Paulini epiſcopi ⁊ confeſſoris. 189. |
| iii | f | ix cal. | 23 | Vigilia. 190. |
| | g | viij cal. | 24 | Natiuitas S. Johannis Baptiſtę. dup. 190. |
| xi | A | vij cal. | 25 | De Octaua Natiu. S. Johannis Baptiſtę. |
| | b | vj cal. | 26 | Johã. ⁊ Pauli. mr. ſemi. cũ cõ. Oct. nati. S. Jo- |
| xix | c | v cal. | 27 | De Octa. Natiu. S. Johannis. (hã. 191. |
| viii | d | iiij cal. | 28 | Leonis pp ⁊ cf. ſemi. cũ cõ Oct. ⁊ Vigil. 191. |
| | e | iij cal. | 29 | Petri ⁊ Pauli apoſtolorum dup. 192. |
| xvi | f | Prid. cal. | 30 | Commem. S. Pauli apoſtoli. dup. cũ cõme. Octa. S. Johannis. 193. |



# I V L I V S

## Habet dies xxxj. Luna xxix.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| v | g | Calẽdis. | | 1 | Oct.S.Joh.Bap.dup. cũ cõ. Oc.Apoſt.193. |
| | A | vj | no. | 2 | Viſitatio b.Marię.du.194. cũ cõ. Oc.Aplo.⁊ |
| xiij | b | v | no. | 3 | De Oct.Apoſt. (SS.Proceſ.⁊ Mar.m̃. |
| ij | c | iiij | no. | 4 | De Octaua. |
| | d | iij | no. | 5 | De Octaua. |
| x | e | Prid.no. | | 6 | Octaua aploꝝ Petri ⁊ Pauli. dup.195. |
| | f | Nonis. | | 7 | |
| xviij | g | viij | id. | 8 | |
| vij | A | vij | id. | 9 | |
| | b | vj | id. | 10 | Septẽ fratrũ m̃.⁊ SS.Ruf.ac Sec.vir.⁊ m̃.ſe |
| xv | c | v | id. | 11 | Pij papę ⁊ martyris.196. (mid.196. |
| iiij | d | iiij | id. | 12 | Naboris,⁊ Felicis martyrum.196. |
| | g | iij | id. | 13 | Anacleti papę ⁊ martyris. ſemidup. 196. |
| xij | f | Prid.id. | | 14 | Bonauenturę põtifi.⁊ confeſſ. ſemid. 196. |
| j | g | Idibus. | | 15 | |
| | A | xvij | cal. | 16 | |
| ix | b | xvj | cal. | 17 | Alexij confeſſoris.197. |
| | c | xv | cal. | 18 | Symphoroſę cum ſeptem filijs martyrib.197. |
| xvij | d | xiiij | cal. | 19 | |
| vj | e | xiij | cal. | 20 | Margaritę virginis ⁊ martyris. 197. |
| | f | xij | cal. | 21 | Praxedis virginis.197. |
| xiiij | g | xj | cal. | 22 | Marię Magdalenę. duplex.198. |
| iij | A | x | cal. | 23 | Apollinaris epi ⁊ martyris. ſemiduplex.198. |
| xj | b | ix | cal. | 24 | Vigilia, ⁊ cõ. S.Chriſtinę virg.⁊ mart.198. |
| | c | viij | cal. | 25 | Jacobi apli.du. ⁊ cõ. S.Chioph.m̃. in miſ- |
| xix | d | vij | cal. | 26 | (ſis priuatis.199. |
| | e | vj | cal. | 27 | Pantaleonis mart.199. (ſemid.199. |
| viij | f | v | cal. | 28 | Nazarij,Celſi,⁊ Vict.pp̃ ⁊ m̃.⁊ Inno.pp̃.⁊ cõf. |
| xvj | g | iiij | cal. | 29 | Marthę virg. ſem.⁊ cõ.SS.Fel.⁊ ſoc.m̃.200. |
| v | A | iij | cal. | 30 | Abdon,⁊ Sennen martyrum.200. |
| | b | Prid.cal. | | 31 | |



# A V G V S T V S

## Habet dies xxxj. Luna xxx.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| xiii | c | Calēdis. | 1 | Petri ad vinc. dup. ⁊ cō. SS. Macha. m̄. 200. |
| ii | d | iiii no. | 2 | Stephani papę ⁊ martyris. 201. |
| | e | iii no. | 3 | Inuen. S. Stephani protomarty. ſemid. 201. |
| x | f | Prid. no. | 4 | Dominici confeſſoris. duplex. 201. |
| | g | Nonis. | 5 | Dedicatio ſanctę Marię ad Niues. dup. 202. |
| xvii | A | viii id. | 6 | Trāſfig. Dñi. du. ⁊ cō. SS. Xyſti pp̄, Feliciſ. ⁊ |
| vii | b | vii id. | 7 | Donati epi ⁊ mart. 203. (Agap. m̄. 202. |
| | c | vi id. | 8 | Cyriaci, Largi, ⁊ Smaragdi mar. ſemid. 203. |
| xv | d | v id. | 9 | Uigilia, ⁊ cō. S. Romani martyris. 203. |
| iiii | e | iiii id. | 10 | Laurentij martyris. duplex. 205. |
| | f | iii id. | 11 | De Oct. S. Lau. cū cō. SS. Tib. ⁊ Suſ. m̄. 205 |
| xii | g | Prid. id. | 12 | De Octaua. ⁊ cōm. S. Clarę virginis. 205. |
| j | A | Idibus. | 13 | De Octa. ⁊ cō. SS. Hyppol. ⁊ Caſſia. m̄. 205. |
| | b | xix cal. | 14 | De Uigilia, cū cō. Octa. ⁊ S. Euſeb. ꝯfeſſ. 205 |
| ix | c | xviii cal. | 15 | Aſſumptio beatę Marię virginis. dup. 205. |
| | d | xvii cal. | 16 | De Oct. Aſſump. b. Marię. cū cō. Oct. S. Lau. |
| xvii | e | xvi cal. | 17 | Octa. S. Laur. du. ⁊ cō. Octa. Aſſumptionis. |
| vi | f | xv cal. | 18 | De Octaua, ⁊ cōm. S. Agapiti marty. 206. |
| | g | xiiii cal. | 19 | De Octaua. |
| xiiii | A | xiii cal. | 20 | Bernardi abba. dup. cū cō. Oct. Aſſump. 206, |
| iii | b | xii cal. | 21 | De Octaua. |
| | c | xi cal. | 22 | Oct. Aſſump. b. Marię. dup. ⁊ cō. SS. Timo- |
| xi | d | x cal. | 23 | Uigilia. (thei, Hipp. ⁊ Symph. m̄. 206. |
| xix | e | ix cal. | 24 | Bartholomęi apli. dup. Romę celeb. 25. 206. |
| | f | viii cal. | 25 | Ludouici Regis Francię confeſſoris. 207. |
| viii | g | vii cal. | 26 | Zephyrini papę ⁊ martyris. 207. |
| | A | vj cal. | 27 | (metis m̄. 207. |
| xvi | b | v cal. | 28 | Auguſtini epi ꝯf. ⁊ eccl'ię doc. du. ⁊ cō. S. Her- |
| v | c | iiii cal. | 29 | Decollatio S. Iohā. Bapt. du. ⁊ cō. S. Sabi- |
| | d | iii cal. | 30 | Felicis ⁊ Adaucti mar. 208. (nę m̄. 208. |
| xiii | e | Prid. cal. | 31 | |



# S E P T E M B E R

## Habet dies xxx. Luna xxix.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| ij | f | Calēdis. | | 1 | Egidij abb. ꝛ cō. SS. m̄. duodeciꝫ fratrū. 209. |
| | g | iiij | no. | 2 | |
| x | A | iij | no. | 3 | |
| | b | Prid. no. | | 4 | |
| xviij | c | Nonis. | | 5 | |
| vij | d | viij | id. | 6 | |
| | e | vij | id. | 7 | (ſis priuatis. 209. |
| xv | f | vj | id. | 8 | Natiu. b. Marię. du. ꝛ cō. S. Adriani m̄. in miſ |
| iiij | g | v | id. | 9 | De Oct. S. Marię. ꝛ cō. S. Gorgonij m̄. 210. |
| | A | iiij | id. | 10 | De Octaua. |
| xij | b | iij | id. | 11 | De Oct. ꝛ cō. SS. Proti, ꝛ Hyacinthi m̄. 210. |
| j | c | Prid. id. | | 12 | De Octaua. |
| | d | Idibus. | | 13 | De Octaua. |
| ix | e | xviij | cal. | 14 | Exalt. S. Cru. dup. cū cō. Oct. nat. S. Ma. 210. |
| | f | xvij | cal. | 15 | Oc. nat. b. M. du. cū cō. S. Nicomedis m̄. 211. |
| xvij | g | xvj | cal. | 16 | Cornelij, ꝛ Cypriani pōt. ꝛ m̄. ſemi. ꝛ cō. SS. |
| vj | A | xv | cal. | 17 | (Euſemię, ꝛ ſoc. mar. 211. |
| | b | xiiij | cal. | 18 | |
| xiiij | c | xiij | cal. | 19 | |
| iij | d | xij | cal. | 20 | Uigilia, ꝛ cō. S. Euſtachij, ꝛ ſoc. martyrū, 211. |
| xj | e | xj | cal. | 21 | Matthęi Apoſtoli. dup. 212. |
| | f | x | cal. | 22 | Mauritij ꝛ ſociorum martyrum. 212. |
| xix | g | ix | cal. | 23 | Lini p̄p̄ ꝛ mar. ſemid. ꝛ cō. S. Thecle vir. ꝛ m̄. |
| | A | viij | cal. | 24 | 212. |
| viij | b | vij | cal. | 25 | |
| | c | vj | cal. | 26 | Cypriani ꝛ Juſtinę martyrum. 212. |
| xvj | d | v | cal. | 27 | Coſmę, ꝛ Damiani martyrū. ſemiduplex. 212. |
| v | e | iiij | cal. | 28 | |
| xiij | f | iij | cal. | 29 | Dedicatio S. Michaelis archāg. duplex. 213. |
| ij | g | Prid. cal. | | 30 | Hieronymi presbyteri confeſſoris, ꝛ Eccleſię doctoris. dup. 213. |



# O C T O B E R

Habet dies xxxi. Luna xxx.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| | A | Calẽdis. | | 1 | Remigij epiſcopi ⁊ confeſſoris. 214. |
| x | b | vj | no. | 2 | |
| | c | v | no. | 3 | |
| xviij | d | iiij | no. | 4 | Franciſci confeſſoris. duplex. 214. |
| vij | e | iij | no. | 5 | |
| | f | Prid. no. | | 6 | |
| xv | g | Nonis. | | 7 | S. Marci pp̃ ⁊ cf. ⁊ cõ. ss. Sergij, ⁊ ſoc. m̃. 214. |
| iiij | A | viij | id. | 8 | |
| | b | vij | id. | 9 | Dionyſij, Ruſtici, ⁊ Eleutherij m̃. ſemidu. 215. |
| xij | c | vj | id. | 10 | |
| j | d | v | id. | 11 | |
| | e | iiij | id. | 12 | |
| ix | f | iij | id. | 13 | |
| | g | Prid. id. | | 14 | Caliſti papę ⁊ martyris, ſemiduplex. 215. |
| xvii | A | Idibus. | | 15 | |
| vj | b | xvij | cal. | 16 | |
| | c | xvj | cal. | 17 | |
| xiiij | d | xv | cal. | 18 | Lucę Euangeliſtę. duplex. 216. |
| iij | e | xiiij | cal. | 19 | |
| | f | xiij | cal. | 20 | |
| xj | g | xij | cal. | 21 | Hilarionis abbatis ⁊ cõm. SS. Urſulę, ⁊ ſoc. |
| | A | xj | cal. | 22 | (virg. ⁊ mart. 216. |
| xix | b | x | cal. | 23 | |
| viij | c | ix | cal. | 24 | |
| | d | viij | cal. | 25 | Chryſanti, ⁊ Darię martyrum. 216. |
| xvj | e | vij | cal. | 26 | Euariſti papę, ⁊ martyris. 216. |
| v | f | vj | cal. | 27 | Uigilia. 217. |
| | g | v | cal. | 28 | Simonis ⁊ Iudę apoſtolorum. duplex. 217. |
| xiij | A | iiij | cal. | 29 | |
| ij | b | iij | cal. | 30 | |
| | c | Prid. cal. | | 31 | Uigilia. |



# N O V E M B E R

Habet dies xxx. Luna xxix.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| x | d | Calēdis. | 1 | Feſtum omnium Sanctorum. duplex 228. |
| xviii | c | iiii no. | 2 | Commemoratio omnium fideliū defunctorum. dup. de Oct. omnium Sctōrum. |
| vii | f | iii no. | 3 | De Octaua. |
| | g | Prid. no. | 4 | De Oct. ⁊ cō. SS. Vitalis ⁊ Agricolę m̄. 229 |
| | A | Nonis. | 5 | De Octaua. |
| xv | b | viii id. | 6 | De Octaua. |
| iiii | c | vii id. | 7 | De Octaua. |
| | d | vi id. | 8 | Oct. oium SS. du. ⁊ cō. SS. Quatuor Coronatoꝝ m̄. 229. |
| xii | e | v id. | 9 | Dedic. Baſi. Saluat. du. ⁊ cō. S. Theo. m̄. 229 |
| i | f | iiii id. | 10 | Triphonis, Reſpicii, ⁊ Nymphę mar. 229. |
| | g | iii id. | 11 | Martini epi ⁊ cōf. du. ⁊ cō. S. Mēnę m̄. 229. |
| ix | A | Prid. id. | 12 | Martini papę ⁊ martyris. ſemid. 230. |
| | b | Idibus. | 13 | |
| xvii | c | xviii cal. | 14 | |
| vi | d | xvii cal. | 15 | |
| | e | xvi cal. | 16 | |
| xiiii | f | xv cal. | 17 | Gregorii Thaumaturgi epiſcopi ⁊ conf. 230. |
| iii | g | xiiii cal. | 18 | Dedicatio Baſilicarū Petri ⁊ Pauli. du. 230 |
| xi | A | xiii cal. | 19 | Pontiani papę ⁊ martyris. 230. |
| | b | xii cal. | 20 | |
| xix | c | xi cal. | 21 | |
| viii | d | x cal. | 22 | Cecilię virginis ⁊ marty. ſemidup. 230. |
| | e | ix cal. | 23 | Clemētis pp̄ ⁊ m̄. ſem. ⁊ cō. Felicitat. m̄. 231. |
| xvi | f | viii cal. | 24 | Chryſogoni martyris. 231. |
| v | g | vii cal. | 25 | Catharinę virginis ⁊ martyris. dup. 231. |
| | A | vi cal. | 26 | Petri Alexandrini epiſcopi ⁊ marty. 232. |
| xiii | b | v cal. | 27 | |
| ii | c | iiii cal. | 28 | |
| | d | iii cal. | 29 | Vigilia, ⁊ cō. S. Saturnini martyris. 164. |
| x | e | Prid. cal. | 30 | Andreę Apoſtoli. duplex. 164. |

M. R. N. ✠✠



# D E C E M B E R

## Habet dies xxxj. Luna xxx.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| | f | Calẽdis. | | 1 | |
| xvij | g | iiii | no. | 2 | Bibianę virginis ⁊ martyris.165. |
| vij | A | iij | no. | 3 | |
| i | b | Prid.no. | | 4 | Barbarę virginis ⁊ martyris. commẽ. 165. |
| xv | c | Nonis. | | 5 | Sabbę Abbatis.commemo.165. |
| iiij | d | viij | id. | 6 | Nicolai epiſcopi ⁊ confeſſoris.ſemidup. 166. |
| | e | vij | id. | 7 | Ambroſij epi ⁊ ꝓfeſſ. ⁊ eccleſię doct. dup.166. |
| xij | f | vj | id. | 8 | Conceptio beatę Marię. 166. |
| i | g | v | id. | 9 | |
| | A | iiii | id. | 10 | Melchiadis papę ⁊ martyris.cõmem. 167. |
| ix | b | iii | id. | 11 | Damaſi papę ⁊ confeſſoris.ſemidup. 167. |
| | c | Prid. id. | | 12 | |
| xvj | d | Idibus. | | 13 | Lucię virginis ⁊ martyris. dup. 168. |
| vj | e | xix | cal. | 14 | |
| | f | xviii | cal. | 15 | |
| xiiij | g | xvii | cal. | 16 | |
| iii | A | xvi | cal. | 17 | |
| | b | xv | cal. | 18 | |
| xi | c | xiiii | cal. | 19 | |
| | d | xiii | cal. | 20 | Uigilia. |
| xix | e | xii | cal. | 21 | Thomę Apoſtoli. duplex.168. |
| viii | f | xi | cal. | 22 | |
| | g | x | cal. | 23 | |
| xvj | A | ix | cal. | 24 | Uigilia. 8. |
| v | b | viii | cal. | 25 | Natiuitas Dñi noſtri Jeſu Chriſti. dup. 8. |
| | c | vii | cal. | 26 | Stephani ꝓtomar. dup.⁊ cõ. Octa. Natiuit. |
| xiii | d | vj | cal. | 27 | Johãnis Apli ⁊ Euãgeliſtę. dup. ⁊ cõ. Oct. |
| ij | e | v | cal. | 28 | SS. Innocẽtiũ marty. dup.⁊ cõme. Octau. |
| | f | iiii | cal. | 29 | Thomę Cantuariẽ.epi ⁊ mar.ſem.⁊ cõ. Oct. |
| x | g | iii | cal. | 30 | De Dñica infra oct.nat.vel de oct.cũ cõ. Oct. |
| | A | Prid.cal. | | 31 | Sylueſtri papę ⁊ confeſſ.dup. cũ cõ. Oct.1.2 |

# RVBRICAE GENERALES MISSALIS

Missa quotidie dicitur ſecundum ordinem officij de feſto duplici, vel ſemiduplici, vel ſimplici: de Dominica, vel Feria: de Vigilia, de octaua, & extra ordinem officij, votiua, vel pro Defunctis.

### De Dupl[illegible]

Missa dicitur de duplici illis diebus, quibus in Calẽdario ponitur hęc nota, [illegible]lex. & in Feſtis mobilibus, quandocunque Offi[illegible] fit duplex.

In duplicibus dicitur vna tantum Oratio, niſi aliqua Cõmemoratio fieri debeat. Alia omnia dicuntur, vt in proprijs Miſſis aſſignatum eſt. Quando dici debet, Gloria in [illegible] & [illegible] inferius dicitur in proprijs rubricis.

### Sem[illegible] & Si[illegible]

Missa de Semiduplici dicitur, quando in Calendario ponitur hęc vox, [illegible] Prętereà, in dominicis & diebus infra octauas.

In Semiduplicibus, tam feſtis quam Dominicis, & infra octauas dicuntur plures orationes, vt infra dicetur in rubrica de orationibus: infra octauam dicitur Miſſa ſicut in die feſti: niſi propriam Miſſam habuerit: in dominicis vero, ſicut in proprijs locis aſſignatur.

De ſimplici dicitur miſſa ſicut de ſemiduplici, vt ſuis locis ponitur.

### De F[illegible]

Missa de feria dicitur, quando non occurrit feſtum, vel octaua, vel ſabbathum, in quo fit officium B. Marię.

I[n f]erijs tamen quadrageſimę, quatuor temporum, rogationum, & vigiliarum, etiam ſi duplex, vel ſemiduplex, vel feſtum, vel octaua occurrat in eccleſijs collegiatis dicuntur duę miſſe, vna de feſto, altera de feria.

In vigilijs autem, quę veniunt infra octauam, miſſa dicitur de vigilia cum commemoratione Octauę: ſi feſtum habens vigiliam, celebretur feria ſecunda, Miſſa vigilię dicitur in ſabbatho ſicut etiam officium.

Miſſa vigilię in Aduentu occurrentis, dicitur cum commemoratione de Aduentu, licet de ea non ſit factum officium, excepta vigilia Natiuitatis, & Epiphanię vigilia.

Si in quadrageſima, & quatuor temporibus occurrat vigilia, dicatur miſſa de feria, cum commemoratione vigilię. Toto tempore Paſchali non dicitur miſſa de vigilia, niſi in vigilia Aſcenſionis, quę tamen non ieiunatur, ſicut nec vigilia Epiphanię.

### [illegible] votiu[illegible]

In ſabbathis non impeditis feſto duplici, & Semiduplici, dicitur miſſa de ſancta Maria ſecundũ varietatem temporum: vt in fine miſſalis ponitur. Si ſabbathum fuerit impeditum feſto duplici, ſemiduplici, octaua, vigilia, feria quatuor tẽporum, & quadrageſimę, miſſa principalis dicitur ſecundum officium diei.

In Aduentu autem, licet officium non fiat de ſancta Maria in ſabbatho, dicitur tamen Miſſa principalis de ea cum commemoratione de aduentu, niſi fuerint quatuor tempora, vt ſupra. Alijs diebus [illegible] hebdomadam, quãdo officium fit de feria (exceptis [illegible] ris, Quadrageſimę, Quatuor Temporum, Roga[illegible] vigiliarum) dici poteſt aliqua miſſa votiua etiam in [illegible] miſſa, quę dicitur Cõuentualis, ſecũdum ordinem [illegible] in fine miſſalis aſſignatũ. Quę tamẽ miſſę, & alię quęcũq [illegible], in miſſis priuatis dici poſſunt pro arbitrio ſacerdotum, quocunq; die officium non eſt duplex. Id vero paſſim non [illegible] rationabili de cauſa

vt quoad fieri poteſt, Miſſa cum officio conueniat.

Prima die cuiuſque menſis [illegible] extra tempus paſchale) nõ impedita officio duplici & ſemiduplici, dicitur miſſa principalis generaliter pro defunctis ſacerdotibus, benefactoribus, & alijs.

¶ In Eccleſijs autem collegiatis dicantur duę miſſę, vna pro defunctis, altera de feſto ſimplici, ſi occurrat: vel de feria, ſi propriam habeat miſſam, vel reſumenda ſit miſſa de dominica pręcedenti, quę fuerit impedita, cũ infra hebdomadam non occurrit alius dies, in quo reſumi poſſit miſſa de dominica. Sed in eccleſijs non collegiatis, dicatur miſſa de die, cum commemoratione generaliter pro defunctis.

¶ Pręterea feria ij. cuiuſq; hebdomadę in qua officium fit de feria: Miſſa principalis dici poteſt pro defunctis. Si autem fuerit propria miſſa de feria, vel de feſto ſimplici, in collegiatis eccleſijs dicantur duę miſſę, alioquin in miſſa de die fiat commemoratio (vt dictum eſt) pro defunctis. Excipitur tamen totum tempus paſchale: &, quando per annum officium eſt duplex, vel ſemiduplex, quibus temporibus non dicitur miſſa principalis pro defunctis, niſi in die depoſitionis defuncti, & in Anniuerſario pro defunctis. Et ſimiliter, niſi fuerit duplex, quocunque die dici poſſunt priuatę miſſę pro defunctis, pręterquam in dominicis. In die commemorationis omnium defunctorum, & in die depoſitionis, & in anniuerſario defuncti, dicitur vna tantum oratio: in alijs miſſis plures, vt in rubrica de commemorat. & orationibus dicetur.

¶ Sequentia pro defunctis dicitur in die omnium fidelium defunctorum, & depoſitionis defuncti. In anniuerſario autem & in miſſa communi pro defunctis dicatur pro arbitrio ſacerdotis.

### [illegible] Feſtorum

In dicendis miſſis ſeruetur ordo Breuiarij de Tranſlatione Feſtorum duplicium, & Semiduplicium, quando maiori aliquo feſto ſeu dominica impediuntur.

¶ In Eccleſijs autem, vbi titulus eſt Eccleſię, vel concurſus populi ad celebrandum feſtũ, quod transferri debet, poſſunt cantari duę miſſę, vna de die, altera de feſto: aut ſaltem commemoratio fieri de feſto: ſi eo die de feſto in illa eccleſia officium fieri non debeat.

### D[illegible]atio[illegible]

Commemorationes in Miſſis fiunt ſicut in officio.

De feſto ſimplici fit commemoratio in Miſſa, quando de eo in Officio facta eſt commemoratio in Veſperis. Quando autem de eo fit cõmemoratio tantum ad Laudes, in Miſſa ſolenni nulla fit cõmemoratio de eo, ſed in Miſſis tantum priuatis.

¶ Di Dominica fit commemoratio quando in ea fit de feſto duplici.

De octaua fit commemoratio quando infra octauam fit de aliquo feſto, niſi illud feſtum fuerit de exceptuatis in Rubrica officij de commem[orat]ionibus. Itẽ quando infra octauam fit de dominica.

De feria fit commemoratio in Aduentu, Quadrageſima, Quatuor temporibus, Rogationibus, & Vigilijs: quando Miſſa dicenda eſt de feſto duplici, vel ſemiduplici illis temporibus oc[illegible]e.

¶ Sed in eccleſijs collegiatis, vbi plures ſacerdotes quotidie celebrant, in ferijs, Rogationibus, & Vigilijs pędictis dicuntur duę miſſę, [illegible] de feſto, altera de feria, Rogationibus & vigil[illegible] pędictis, abſq; vlla vtrorunq; commemoratione. Quãdo infra hebdomadã dicũtur miſſę votiuę, poſt primã orationem ſemper dicatur Oratio eius, de quo fit officium.

Quando fit commemoratio de feria quatuor temporum: pro [illegible] commemoratione dicitur prima oratio, quę concordat [illegible] Officio.

In faciendis commemorationibus ſeruetur ordo, vt in [illegible]uario, de dominica ante feſtum ſemiduplex, quod infra octauam celebratur: de feſto ſemiduplici ante octauam, de octaua ante ferias prędictas: de ferijs prędictis [illegible] feſtum ſimplex: de feſto ſimplici ante orationes [illegible]. [illegible] facienda ſit commemoratio pro defunctis, ſemper ponitur penultimo loco. In alijs commemorationibus a prędic[illegible] ſeruetur dignitas orationum: vt de Spiritu ſancto ante beatam Mariam, de Angelis ante Apoſtolos, & ſimiliter in alijs. In miſſis defunctorum nulla fit commemoratio pro viuis, etiam ſi oratio eſſet communis pro viuis & defunctis.

Quando dicuntur plures orationes, prima tantū & vltima cum ſua concluſione terminātur: & ante primam & ſecundam Orationem tantum dicitur [illegible] Ante primā dicitur etiam, [illegible] Cum vero dicuntur plures orationes & vna oratio, eadē ſit cum alia ibidem dicenda: Oratio huiuſmodi, illa ſcilicet, quę [illegible] eſt, non alia, commutetur cum alia de communi vel [illegible] Prop[illegible], quę ſit diuerſa.

[illegible]

Introitus ſemper eodem modo dicitur cū [illegible] vt in ordinario pręterquam tempore Paſſionis, & in Miſſis Defunctorum, vt etiam ibi annotatum eſt.

[illegible] dicitur nouies poſt Introitum, alternatim cum miniſtro, id eſt, ter [illegible] ter [illegible] ter [illegible]

[illegible] dicitur quādocunq; in matutino dictus eſt Hymnus, [illegible] pręterquā in miſſa ferię v. [illegible] Cęna Dñi, & ſabbathi ſancti in quibus [illegible] dicitur. In miſſis votiuis non dicitur, niſi in miſſa beatę Marię, & Angelorum: & niſi miſſa votiua dicēda ſit pro re graui, vel pro publica eccleſię cauſa. Neq; etiā dicit in miſſis defunctorū.

[illegible]

In feſtis duplicibus dicitur vna tantum oratio, niſi facienda ſit aliqua commemoratio, vt dictum eſt ſupra.

In feſtis ſemiduplicibus occurrētibus ab octaua Pētecoſtes vſq; ad Aduētū, & a Purificatione vſq; ad quadrageſimā dicitur ſecunda oratio, [illegible] ad libitum.

In feſtis ſemiduplicibus occurrentib[illegible] ab octaua Epiphanię vſque ad Purificationem dicitur ſecunda oratio, [illegible] vel pro Papa.

In feſtis ſemiduplicibus a feria quarta Cin[illegible] vſque ad dominicā Paſſionis: Secūda de feria: Tertia, [illegible]

In feſtis ſemiduplicibus a dñica Paſſionis vſq; ad dñicā palmarū, Secūda orō de feria: Tertia, [illegible] vel ꝓ papa.

In feſtis ſemiduplicibus ab Octaua Paſchę, vſque ad Aſcenſionē: Secunda oratio de ſancta Maria, [illegible] Tertia, [illegible] vel pro Papa.

In feſtis ſemiduplicibus infra octauas occurrentibus: Secunda oratio dicitur de octaua: Tertia, quę ſecūdo loco infra octauam dicitur. Infra Octauā Paſchę & Pentecoſtes, quando Miſſa dicitur de octaua, dicuntur duę tantum orationes, vna de die, altera, [illegible] vel pro Papa.

Infra alias octauas, & in vigilijs, quę ieiunantur (excepta vigilia Natiuitatis Domini, & Pentecoſtes) dicūtur tres vna de die, Secūda de ſancta Maria: Tertia, [illegible] vel pro Papa. Sed infra octauas [illegible] Marię, & in vigilia & infra octauam omnium Sanctoru[illegible] Secūda oratio dicitur de Spiritu ſancto: alia, [illegible] pro Papa.

In dñicis infra octauas occurre[illegible] dicū[illegible] duę [illegible] nes: vna de dñica, ſecunda de octaua. In die octaua, dicitur vna tantū Oratio: niſi aliqua Commemoratio facienda ſit.

In domin[illegible] dic[illegible] tres, vt in ordinario aſſignantur, quibuſdam exceptis vt ſuis locis aſſignantur.

In feſtis ſimplicibus, & [illegible] per annum, dicuntur tres, vt in ſemiduplicibus: po[illegible] etiam dici quinque vel ſeptem ad libitum.

In ferijs quatuor temporum [illegible] vbi plures [illegible] nes huiuſmodi, plures [illegible] d[illegible] poſt [illegible] orationem ante epiſtolam: & alię orationes [illegible] lectionibus, vt ſuis locis in proprio miſſarum de tempore.

In Miſſis votiuis, quando dicuntur pro re graui vel pro publica Eccleſię cauſa, dicitur tantum vna oratio: ſin aliter, dicuntur plures, vt in feſtis ſimplicibus.

Sed [illegible] votiuis Beatę [illegible] rię ſecunda oratio dicitur de Spiritu ſancto: & in voti[illegible] de Apoſtolis, quando dicitur oratio, [illegible] eius loco dicitur oratio de S. Maria, [illegible] Si, quando plures dicuntur orationes, occurrat fieri Cōmemorat. alicuius ſancti, ea ponitur ſecūdo loco, & tertia oratio dicitur, quę alias ſecundo loco dicenda erat.

In concluſione orationum hic modus ſeruatur. Si oratio dirigitur ad patrem, concluditur, [illegible] &c. ſi ad filium, [illegible] Si in principio Orationis fiat mentio filij, concluditur, [illegible] Si in fine orationis eius fiat mentio [illegible] Si facta ſit mentio Spiritus ſancti, in concluſione dicitur [illegible] &c. Alia quoq; in dicendis orationibus ſeruentur, quę ſuperius in Rubrica de commemorationibus dicta ſunt.

[illegible]

Poſt vltimam orationem, dicitur [illegible] qua finita, a miniſtris dicitur, [illegible]

Poſt epiſtolam dicitur Graduale, quod ſemper dicitur, pręterquam tempore paſchali, cuius loco tunc dicuntur duo verſus, vt dicitur in Rubrica ſabbathi in albis.

Poſt [illegible] dicūtur duo [illegible] Deinde verſus & poſt verſum, vnum [illegible] Tempore paſchali, quando non dicitur [illegible] dicitur aliud [illegible] poſt ſecundum verſum: & quando dicitur [illegible] non dicitur poſt vltimum verſum, ſed poſt Sequentiam.

A Septuageſima vſq; ad ſabbathum ſanctū, non dicitur [illegible] neq; dicit in miſſis de feria in Aduentu, quatuor temporibus, & vigilijs quę ieiunantur, exceptis vigilia Natiuitatis Domi[illegible] ſi venerit in Dominica, & vigilia Paſchę & Pentecoſtes, ac quatuor temporibus Pentecoſtes Nec dicitur in feſto Innocentium, niſi venerit in dominica.

A Septuageſima vſque ad Paſcha, eius loco dicitur [illegible] qui tractus prędicto tempore in aliquibus ferijs non dicitur: vt ſuis locis ponitur, neque in f[illegible] Septuageſima vſq; ad quadrageſimā, quādo repetitur miſſa dñicę.

Dicto [illegible] ſeu [illegible] ſeu [illegible] dicitur [illegible] Et in principio Euangelij dici[illegible], [illegible] vobis [illegible] ℟. [illegible] Deinde [illegible] ℟. [illegible] In fine Euangelij a Miniſtris, dicitur [illegible] Poſtea, ſi dicendum eſt, dicitur [illegible]

[illegible]

Symbolum dicitur poſt Euangelium in omnibus Dominicis per annum, etiam ſi in illis fiat de feſto, in quo alias non diceretur. In tribus miſſis de natiuitate domini & deinceps vſq; ad octauam beati Iohānis apoſtoli incluſiue. In Epiphania, & per octauam. Feria quinta in cęna domini. In Paſchate reſurrectionis, & per octauam. In Aſcēſione domini, & per octauam. In Pentecoſte, & per octauam. In feſto [illegible] Corporis Chriſti & per octauam. In omnibus feſtis beatę Marię, [illegible] per octauam. In omnibus feſtis Apoſtolorum, & Euan[illegible]rum & per octauas. In feſtis quatuor Doctorum, [illegible], Gregorij, Ambroſij, Auguſtini, & Hieronymi, ad[illegible] S. Thomę de Aquino. Item in feſtis doctorum [illegible], Athanaſ[illegible], Grego[illegible] Nazāzeni, & Iohānis Chryſoſtomi. In vtraq; Cathedra S. Petri: & in feſto S. Petri ad vincula. I[illegible] feſtis conuerſionis, & commemorationis ſancti Pauli apoſtoli. In feſto S. Iohannis ante portam latinam. In feſt[illegible] Inuentionis & Exaltationis S. Crucis. In feſtis Angelorum. In feſto S. Barnabę apoſtoli. In feſto S. Marię Magdalenę. In Transfiguratione Dñi. In die octauę rum

rum ſancti Johannis Baptiſtę, ⁊ ſancti Laurentij. In feſto omnium ſanctorum, ⁊ per octauam. In dedicationibus ſancti Saluatoris, ⁊ ſanctorum Apoſtolorum Petri ⁊ Pauli. In anniuerſario Dedicationis propriç Eccleſię, ⁊ per octauam. In die Conſecrationis Eccleſię, vel altaris. In feſtis ſanctorum, quibus dedicata eſt Eccleſia, ⁊ vbi habetur corpus vel inſignis reliquia ſancti, de quo agitur. In die creationis, ⁊ coronationis ſummi pontificis, ⁊ in anniuerſario eiuſdem diei. Item, in omnibus feſtis, quę in dominicis, ⁊ per octauas celebrantur: in quibus, ratione dominicę, ⁊ octauę dici debet. Item in feſto patroni alicuius loci, vel tituli Eccleſię: ⁊ in feſtis principalibus ordinum, ⁊ per eorum octauas, in eccleſijs tantum illius ordinis.

¶ Itē dicitur Credo in miſſis votiuis, quę ſolenniter pro re graui, vel pro publica Eccleſię cauſa celebrantur.

De Offertorio, Secretis, Prefationibus, ⁊ Canone.

Poſt ſymbolum, vel ſi non ſit dicendum, poſt Euangelium, dicitur, Dominus vobiſcū. deinde Offertorium. poſtea fit oblatio cum orationibus, vt in ordinario. Qua oblatione facta, dicuntur orationes ſecretę, ſecundum numerum orationum, quę palam dictę ſunt: ſed ante primam orationem non dicitur Dominus vobiſcum. nec aliquid aliud: ſed dicto, Suſcipiat Dominus ſacrificium abſolute dicuntur: neque etiam ante ſecundam orationē dicitur, Oremus. Terminatur autem prima, ⁊ vltima oratio, vt dictum eſt ſupra in Rubrica de orationibus: ⁊ ſecreto dicuntur, vſque ad illa verba in concluſione, Per omnia ſęcula ſęculorum. quę clara voce proferuntur, ⁊ incipitur Prefatio. Prefationes autem dicuntur, vt in ordinario adnotatum eſt: ⁊ quę in quadrageſima, tempore paſchali, ⁊ infra octauas propriç aſſignantur, dicuntur etiam in officijs, ⁊ feſtis, quę illis temporibus celebrantur: niſi illa feſta propriam prefationem habeat.

¶ In Miſſis votiuis dicitur etiam prefatio propria ſi propriam habeat. Et quando aliqua Miſſa votiua pro publica eccleſię cauſa ſolenniter celebratur, dicitur in cantu ſolenni, vt in duplicibus. Poſt prefationem incipitur canon miſſę ſecreto, in quo ſeruantur omnia, vt in ordinario. vbi vero Communicantes. Infra actionem. vel alia variari contingit, ſuo loco in proprijs miſſis adnotatur.

De communione, ⁊ ijs quę poſt Communionem, Ite miſſa eſt, vel Benedicamus domino, de Benedictione, ⁊ Euangelio ſancti Johannis.

Facto canone, ⁊ alijs omnibus vſq; ad communionem, ea peracta dicitur communio, ⁊ orationes poſt communionem, eodem modo, ⁊ ordine, vt in principio miſſę: ⁊ repetito, Dominus vobiſcum. dicitur, Ite Miſſa eſt. vel Benedicamus domino. pro temporis ratione.

¶ Ite miſſa eſt. dicitur quandocunque dicitur Gloria in excelſis. Cum non dicitur, eius loco dicitur Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias.

¶ In miſſis defunctorū dicitur, Requieſcat in pace. ℟. Amē.

¶ Dicto Placeat. datur Benedictio, quę a celebrante ſemper datur in miſſa: preterquam in miſſis defunctorum. Deinde dicitur Euangelium ſancti Johannis, In principio. premiſſo Dominus vobiſcum. ⁊ Sequentia. vt moris eſt: quod Euangelium nunquam pretermittitur in miſſa, niſi quando fit de feſto in aliqua Dominica, vel feria, quę habet euangelium proprium tunc enim eius loco dicitur proprium. Et in tertia miſſa de die Natiuitatis Domini dicitur euangelium de Epiphania, Cum natus eſſet Jeſus.

De ordinanda Miſſa ex ſupradictis rubricis.

Supradictis rubricis cognitis, ſi quis velit ordinare miſſam diei, recurrat ad ordinarium miſſarum de tempore, vel de Sanctis, ſecundum qualitatem officij. Si proprium non habeat, recurrat ad commune Sanctorū. Si de feria agendum ſit, ⁊ propria miſſa non fuerit de feria, dicatur miſſa precedentis dominicę, omiſſis Gloria in excelſis. ⁊ ſymbolo, preterquā tempore Paſchali, in quo ſemper dicitur, Gloria in excelſis: vt ſupra: excepta miſſa Rogationū: ⁊ in Aduen. pretermittitur Alleluia, poſt Graduale, cum ſuo verſu. Si dicenda ſit miſſa votiua. requiratur poſt commune Sanctorum ſuo loco. Si plures orationes dicendę ſint, requiratur poſt miſſas votiuas ſuo loco, de ſingulis rebus ſingulę.

¶ Si pro Defunctis dicenda ſit Miſſa, habetur poſt miſſas votiuas, cū Collectis diuerſis, circa finem Miſſalis. Ordinarium totius miſſę, cum Prefationibus, Canone, ⁊ alijs dicendis, habetur ſuo loco, cum proprio miſſarum de Tēpore.

# RITVS SERVANDVS
## In celebratione Miſſę.

### De preparatione Sacerdotis celebraturi.

Sacerdos celebraturus, ſeruatis ijs, quę ſuperius dicta ſunt, quo ad preuiam confeſſionem ⁊ Horas canonicas, Matutino ſaltem abſoluto, orationi aliquantulū vacet, ⁊ orationes inferius poſitas pro temporis opportunitate dicat. Deinde accedit ad locū in Sacriſtia, vel alibi preparatum, vbi paramenta, aliaque ad celebrationem neceſſaria habentur, accipit miſſale, perquirit miſſam, perlegit, ⁊ ſignacula ordinat ad ea quę dicturus eſt. Poſtea lauat manus, dicens orationem inferius poſitam. Deinde preparat calicem, ponens ſuper eius os purificatorium, ⁊ ſuper illud patenam cum hoſtia, quam tegit parua palla ⁊ velo ſerico: ſuper velo ponit burſam coloris paramentorum intus habens corporale plicatum.

¶ Quibus ita diſpoſitis, accedit ad paramēta, vbi calceatus pedibus, ⁊ indutus veſtibus ſibi conuenientibus, quarum exterior ſaltem talum pedis attingat: induit ſe, ſi ſit prelatus ſecularis, ſupra rochettum: ſi ſit prelatus regularis, vel alius ſacerdos ſęcularis, ſupra ſuperpelliceum, ſi commode haberi poſſit, alioquin ſine eo ſupra veſtes communes, dicens ad ſingula ſingulas orationes inferius poſitas.

¶ Ac primum accipiens Amictū circa extremitates ⁊ cordulas, oſculatur in medio, ⁊ ponit ſuper caput, ⁊ mox declinat ad collum, ⁊ eo circum-circa veſtium collaria tegens, ducit chordulas ſub brachijs, ⁊ circunducens per dorſum ad ventrem reducit ⁊ ligat.

¶ Tum Alba induitur, caput ſubmittens, deinde manicam dextram brachio dextro, ⁊ ſiniſtram ſiniſtro imponens: Albam ipſam corpori adaptat, eleuat ante, ⁊ a lateribus hinc inde, ⁊ cingulo, per miniſtrum a tergo ſibi porrecto, ſe cingit. Miniſter eleuat Albam ſuper cingulum, circumcirca: vt honeſte dependeat, ⁊ tegat veſtes: ac eius fimbrias diligenter aptat: vt ad latitudinem digiti vel circa, ſupra terram ęqualiter fluat.

¶ Sacerdos accipit Manipulum, oſculatur crucē in medio, ⁊ imponit brachio ſiniſtro.

¶ Deinde ambabus manibus accipiēs Stolā, ſimili modo deoſculatur, ⁊ imponit medium eius collo, ac tranſuerſando eam ante pectus in modum Crucis, ducit partem a ſiniſtro humero pendentem ad dextram, ⁊ partem a dextro humero pendentem ad ſiniſtram. Sicque vtranque partem ſtolę extremitatibus cinguli hinc inde ipſi cingulo coniungit.

¶ Si celebrans ſit Epiſcopus, non ducit Stolā ante pectus in modum Crucis, ſed ſinit hinc inde vtraſque extremitates pendere: ⁊ accipit cruc[illegible]am a collo ante pect⁹ chordulis pendentem.

¶ Poſtremo Sacerdos accipit Planetam. Si ſit Epiſcopus, ⁊ ſolenniter celebrat, accipit paramenta, ⁊ alia vt in Pontificali.

### De ingreſſu Sacerdotis ad altare.

Sacerdos omnibus paramentis indutus, accipit in manu ſiniſtra Calicem vt ſupra preparatum, ⁊ burſam manu dextra ſuper calice tenens, capite cooperto accedit ad Altare, Miniſtro cum Miſſali, ⁊ alijs ad celebrandum neceſſarijs precedente. Procedit autem oculis demiſſis, inceſſu graui, erecto corpore: ſi vero conti-

gerit eum tranſire ante altare maius, capite cooperto, faciat ad illud reuerentiam: ſi ante locum Sacramenti, genuflectat. Si ante altare vbi celebretur miſſa, in qua eleuatur ſacramentum, ſimiliter genuflectat, ⁊ detecto capite illud adoret.

¶ Cum peruenerit ad altare, ſtans ante illud in infimo gradu, caput detegit, biretum miniſtro porrigens: ⁊ altari, ſeu imagini crucifixi deſuper poſitę, profunde inclinat. Si autem in eo ſit tabernaculum ſanctiſſimi ſacramenti, genuflectens, debitam facit reuerentiam. Tunc aſcendit ad medium altaris, ibi ad cornu euãgelii ſiſtit calicẽ: extrahit corporale de burſa, quod extendit in medio altaris, ⁊ ſuper illud calicem velo coopertum collocat. Si in altari paramenta accepit, hoc idem facit antequam deſcendat ab altari miſſam inchoaturus.

¶ Si eſt conſecraturus plures hoſtias pro communione facienda, quę ob quantitatem ſuper patenã manere non poſſint: locet eas ſuper corporale ante calicem, aut in aliquo calice vel vaſe mundo conſecrato eas ponit retro poſt calicem, ⁊ alia patena cooperit.

¶ Collocato calice in altari, accedit ad cornu epiſtolę, miſſale ſuper cuſſino aperit, reperit miſſam, ⁊ ſignacula ſuis locis accommodat. Deinde rediens ad medium altaris, facta primum cruci reuerentia, deſcendit ad gradum infimum altaris, pro miſſa incohanda.

¶ In Miſſa ſolenni, calix, miſſale, ⁊ alia neceſſaria pręparantur, antequam ſacerdos veniat ad altare. Ipſe autem procedit cum miniſtris: ⁊ cum peruenerint ad infimum gradum altaris, ibi medius inter Diaconum a dextris, ⁊ Subdiaconum a ſiniſtris, antequam aſcendat ad altare, facit cum ipſis (vt infra) confeſſionem.

¶ In miſſa pontificali omnia ſeruentur, vt in pontificali, ⁊ ceremoniali romano ordinatur: cuius pontificalis ordinem epiſcopus nunquam prętermittat, quandocunque cum diacono, ⁊ ſubdiacono paratis celebrat.

### De principio Miſſe, ⁊ confeſſione facienda.

SAcerdos quam primum deſcenderit ad infimum gradum altaris, conuertit ſe ad ipſum altare, vbi ſtãs ante illud iunctis manibus ante pectus, detecto capite, facta prius cruci vel altari reuerentia, erectus incipit miſſam.

¶ Si autem celebraturus ſit coram ſummo pontifice, ſiſtit ſe in infimo gradu altaris a cornu euangelii ante ipſum pontificem, vbi genuflexus expectat: accepta benedictione erigit ſe, ⁊ ſtans verſus altare incipit miſſam.

¶ Si autem coram Cardinale, patriarcha, archiepiſcopo vel epiſcopo, in eorum reſidentiis, vel loco iuriſdictionis: ſtãs in infimo gradu a cornu euangelii, vt ſupra, expectat: dato ſigno facit profundam reuerentiam prelato, ⁊ verſus ad altare incipit miſſam.

¶ Si autem ſolenniter celebrat coram ſummo pontifice, aut alio ex prelatis predictis in eccleſiis ſuę iuriſdictionis, ſtans a ſiniſtris prelati, facit cum eo confeſſionem, ⁊ alia ſeruat: vt in ceremoniali Romano, ⁊ in pontificali ordinatur.

¶ Stans igitur celebrans in infimo gradu altaris vt ſupra, producens manu dextra a fronte ad pectus ſignum crucis, dicit intelligibili voce: In nomine Patris, ⁊ Filii, ⁊ Spiritus ſancti. Amen. Et poſtquam id dixerit, non debet aduertere quemcunque in alio altari celebrantẽ, etiam ſi ſacramentum eleuet, ſed continuate proſequi Miſſam ſuam vſque ad finem. Cum ſeipſum ſignat, ſiniſtrã ponit infra pectus. In aliis benedictionibus cum eſt ad altare, ⁊ ſeipſum non benedicit, ſed oblata vel aliquid aliud ponit eam ſuper altari, ſeipſum benedicens, vertit ad ſe palmam manus dextrę, ⁊ omnibus illius digitis iunctis ⁊ extenſis, a fronte ad pectus, ⁊ ab humero ſiniſtro ad dextrũ, ſignum crucis format. Si vero aliis, vel rem aliquam benedicit, paruum digitum vertit ei cui benedicit, ac benedicendo totam manum dextram extendit, omnibus illius digitis pariter iunctis ⁊ extenſis: quod in omni benedictione obſeruatur.

¶ Poſtquam dixerit, In nomine Patris, ⁊c. vt ſupra: iungit manus ante pectus, pronuncians clara voce Antiphonam. Introibo ad altare Dei. Miniſter retro poſt eum ad ſiniſtram genuflexus, ⁊ in miſſa ſolenni miniſtri hinc inde ſtãtes proſequuntur, Ad Deum qui letificat iuuentutem meam. Deinde ſacerdos eodem modo ſtans incipit ⁊ proſequitur cum miniſtro vel miniſtris alternatim Pſalmum, Iudica me Deus, vſque ad finem, cum Gloria patri. Quo finito, repetit antiphonam, Introibo, cum miniſtris, vt ſupra. Qui pſalmus nunquam prętermittitur, niſi in miſſis defunctorũ, ⁊ in miſſis de tempore a dominica Paſſionis incluſiue vſque ad ſabbathum ſanctum excluſiue: in quibus ſemel tantum dicta Antiphona, Introibo, cum miniſtris, vt ſupra, Sacerdos ſtatim ſubiungit verſum, Adiutorium noſtrum. ⁊c. vt infra. Cum in fine pſalmi dicit, Gloria patri, ⁊c. caput cruci inclinat. Repetita antiphona, Introibo, dextra manu producens ſignum Crucis a fronte ad pectus, dicit ℣. Adiutorium noſtrum in nomine domini. ℟. Qui fecit cęlum ⁊ terram. Deinde caput, ſeque profunde altari inclinãs, dicit, Confiteor Deo, vt in ordinario. Et proſequitur eodẽ modo ſtans inclinatus donec a miniſtro, vel miniſtris dictum ſit, Miſereatur. Cum incipitur a miniſtris, Cõfiteor, ſe erigit, Cum dicit, mea culpa, ter pectus dextera manu percutit.

¶ Si eſt coram pontifice, ⁊ cardinali in loco ſui tituli ſeu cardinalatus, ⁊ coram legato ſedis apoſtolicę, patriarcha, archiepiſcopo, ⁊ epiſcopo in eorum Prouincia, Ciuitate, vel Dięceſi conſtitutis: vbi dicit, vobis fratres, dicat, Tibi pater: ſimiliter in fine, vbi dicit, Vos fratres, dicat. Te pater. quod dicens, ſummo pontifici genuflectit, aliis prelatis profunde inclinat. Cum miniſtri, ⁊ qui interſunt (etiam ſi ibi fuerit ſummus pontifex) reſpondent, Confiteor, dicunt Tibi pater, ⁊ te pater.

¶ Facta a circunſtantibus confeſſione, Celebrans ſtans reſpondet: Miſereatur veſtri. ⁊c.

¶ Deinde producens manu dextra a fronte ad pectus ſignũ crucis, dicit: Indulgentiã. ⁊c. ⁊ ſtãs capite inclinato proſequitur: Deus tu cõuerſus, ⁊ quę ſequunt̃ in ordinario, clara voce vſque ad orationẽ, Aufer a nobis, ⁊c. quã dicit ſecreto.

Et tunc ſi coram ſummo pontifice aut aliis prelatis, vt ſupra celebret: facta ſummo pontifici genuflexione, aliis prelatis profunda reuerentia, accedit ad infimum gradum ante medium altaris: ⁊ ibi dicit, Aufer a nobis, ⁊c.

### De Introitu, Kyrie eleiſon, ⁊ Gloria in excelſis.

DIcto Aufer a nobis, ⁊c. Celebrans iunctis manibus accedit ad medium altaris: vbi ſtãs capite inclinato, ⁊ iunctis manibus ſuper altare poſitis, ita vt digiti parui duntaxat frontem ſeu medium anterioris partis tabulę ſeu menſę altaris tangãt, reſiduo manuũ inter altare ⁊ ſe retẽto, pollice dextro ſuper ſiniſtrum in modum crucis poſito (quod ſemper obſeruatur cũ manus iunctę ſuper altare ponũtur) ſecreto dicit, Oramus te dñe, ⁊c. Quo dicto oſculatur altare, in medio, manibus extẽſis hinc inde ſuper altare poſitis: (quod in omni deoſculatione altaris ſeruatur) ſed poſt cõſecrationem pollices ab indicibus non disiunguntur. Oſculato altari accedit ad cornu ſiniſtrum altaris, id eſt, Epiſtolę, vbi ſtans verſus altare, ⁊ producens a fronte ad pectus ſignum Crucis, incipit intelligibili voce Introitum Miſſę: ⁊ proſequitur iunctis manibus. Cum repetit Introitum non ſignat ſe vt prius: ⁊ eo repetito iunctis manibus ante pectus accedit ad medium altaris, vbi ſtans verſus illud ſimiliter manibus iunctis, dicit ſimili voce ter, Kyrie eleiſon: ter, Chriſte eleiſon: ⁊ iterum ter, Kyrie eleiſon: alternatim cum miniſtris. Si miniſter, vel qui interſunt, celebranti non reſpondeant: ipſe ſolus nouies dicit. Dicto vltimo Kyrie eleiſon: Sacerdos ibidẽ vt prius ſtãs, ⁊ manus extendens, eleuanſque ⁊ iungens, voce predicta incipit: ſi dicendum ſit, Gloria in excelſis: cum dicit, Deo, caput Cruci inclinat: quo erecto, ſtans iunctis manibus, vt prius, proſequitur vſque ad finem. Cum dicit: Adoramus te, Gratias agimus tibi: Ieſu Chriſte: Suſcipe deprecationem noſtram, ⁊ iterum Ieſu Chriſte: caput cruci inclinat.

Cum

Cum dicit in fine: Cum ſancto ſpiritu, ſeipſum a fronte ad pectus ſignat: interim perficiẽs In gloria Dei patris, Amẽ.

¶ In miſſa ſolenni ſacerdos facta confeſſione aſcendit cum miniſtris ad altare, quo per eum oſculato, ponit incenſum in thuribulo, miniſtrante diacono naviculã, ⁊ turiferario thuribulum. Antequam ponat incenſum, illud benedicit, dicẽs: Ab illo benedicaris ⁊c. Poſtea Diaconus, reddita navicula thuriferario, accipit ab eo thuribulum, ⁊ dat Celebranti, oſculata prius eius manu: qui facta cruci reuerentia, eã ter incenſat, deinde reliquias, ſi adſint, primũ que a dextris ſunt deinde que a ſiniſtris, cuiq; bis ducens turibulũ, poſtea imagines, vel earum loco candelabra ſemel ſingulis thuribulum ducens, primum a cornu epiſtole ⁊ illius poſtremam partẽ inferiorem altaris, deinde ſuperiorem ſcilicet tabulam altaris, ⁊ procedens ante crucem, facta ei reuerentia incenſat alias imagines ſeu candelabra in cornu euangelij, ⁊ illius poſtremam partem altaris inferiorem, ⁊ ſuperiorem tabule: deinde rotam anteriorem vſque ad extremum altaris in cornu epiſtole, facta cruci reuerentia, cum ante eam tranſit: ⁊ reddito thuribulo ipſi diacono: ab eo ipſe ſolus incenſatur. Deinde, cum illis, Diacono a dextris celebrantis, ſubdiacono a dextris Diaconi ſtãtibus, proſequitur Introitum ⁊ Kyrie eleiſon. Cum vero intonat Hymnum, Gloria in excelſis. Diaconus ⁊ ſubdiaconus, vnus poſt aliũ, ſtãt a tergo celebrãtis: poſtea aſcendunt ad altare, ⁊ hinc inde cum celebrãte Hymnum ſubmiſſa voce proſequuntur vſq; ad finem.

De Oratione.

Dicto Hymno Gloria in excelſis, vel ſi non ſit dicẽdus, eo omiſſo, celebrãs oſculatur altare in medio, manibus hinc inde ſuper illo vt ſupra extenſis: tũ iunctis ante pectus manibus demiſſis ad terrã oculis, vertit ſe ad manũ ſiniſtrã, hoc eſt, ad latus dextrum verſus populum: ⁊ extendens ac iungens manus ante pectus vt prius, dicit voce predicta, Dñs vobiſcũ. ℞. Et cũ ſpiritu tuo. iũctis vt prius, manibus reuertitur per eandem viã ad librum: vbi extendẽs ⁊ iũgens ante pectus manus, caputq; Cruci inclinãs, dicit Oremus: tum extendit manus ante pectus, ita vt palma vnius manus reſpiciat alteram, ⁊ digitis ſimul iunctis, quorum ſummitas humerorum altitudinem diſtantiamq; non excedat, quod in omni extenſione manuũ ante pectus ſeruatur. Stans autẽ vt ſupra, extẽſis manibus, dicit orationem. Cum dicit, Per dñm noſtrum. iungit manus. Si aliter concluditur oratio: Qui tecũ. vel, Qui viuis. Cũ dicit, in vnitate, iũgit manus. Cũ nominatur nomen Ieſus. caput verſus crucẽ inclinat: cũ in oratione nominatur nomẽ beate Marie, vel ſanctorũ, de quibus dicitur Miſſa vel fit commemoratio, item in oratione pro papa, quando nominatur, caput inclinat. Si plures orationes ſunt dicende, idẽ in eis in voce, extenſione manuũ, ⁊ capitis inclinatione: quod ſupra dictũ eſt, obſeruatur.

¶ Si altare ſit ad orientem verſus populum, celebrãs verſa facie ad populum, non vertit humeros ad altare, cum dicturus eſt Dominus vobiſcum, Orate fratres: Ite Miſſa eſt. vel daturus benedictionem: ſed oſculato altari in medio, ibi expanſis ⁊ iunctis manibus vt ſupra ſalutat populum.

¶ In quatuor temporibus, vel alias, quando dicende ſunt plures orationes cum prophetijs, dicto Kyrie eleiſon. in medio altaris, reuertitur ad cornu epiſtole: vbi ſtans ante librum extenſis ⁊ iũctis ante pectus manibus, ⁊ caput cruci inclinans: dicit Oremus. Flectamus genua. ⁊ illico manibus ſuper altare extenſis: vt ſeipſum ad altare ſuſtineat, genuflectit, ⁊ ſine mora ſurgens, eadem voce dicitur a miniſtro, Leuate ⁊ manibus extenſis dicit orationem, vt ſupra ⁊ in concluſione iungit. Dum autem legit prophetiam, manus tenet ſuper librum vel altare repoſitas.

¶ In Miſſa ſolenni cum dicitur, Dominus vobiſcum. ⁊ Oratio. Diaconus ⁊ Subdiaconus ſtant retro poſt celebrantem. Flectamus genua. dicitur a Diacono: a ſubdiacono vero, Leuate illo primum genuflectente, hoc primum ſurgente.

De Epiſtola, Graduali, ⁊ alijs vſque ad Offertorium.

Dictis orationib⁹, celebrãs poſitis ſuper librũ vel ſuper altare manibus ita vt palme librum tangãt, vel (vt placuerit) librum tenens, legit Epiſtolam intelligibili voce.

¶ Si ſolenniter celebret, legat demiſſa voce cũ miniſtris: ſimiliter Graduale Euangelium.

¶ Lecta epiſtola reſpondetur a miniſtris, Deo gratias: ⁊ ſimiliter ſtans vt prius, proſequitur, Graduale, Halleluiah. ⁊ Tractũ, ac Sequentiam. ſi dicẽda ſint. Quibus dictis, Celebrãs ſi priuatim celebret, ipſemet ſeu miniſter portat librum miſſalis ad alteram partem altaris in cornu euangelij: ⁊ dum trãſit, ante medium altaris, caput cruci inclinet, ⁊ miſſale ſic locat, vt poſterior pars libri reſpiciat ipſum cornu altaris, ⁊ non ad parietem ſiue ad partem eius contra ſe directã. Locato miſſali in altari, celebrans redit ad medium altaris, ⁊ ibi ſtans profunde inclinatus, iunctis manibus ante pectus, leuatiſq; ad Deum oculis ſecrete dicit Munda cor meum: ⁊ Dominus ſit in corde meo. Iube domne. vt in ordinario.

¶ Quibus dictis, vadit ad librũ miſſalis, vbi ſtans verſus illũ iunctis manibus ante pectus, dicit intelligibili voce, Dñs vobiſcũ. ℞. Et cũ ſpiritu tuo. Deinde pollice dextre manus ſigno crucis ſignat, primo librũ ſup principio euãgelij: quod eſt dicturus: poſtea ſeipſum in fronte, ore, ⁊ pectore, dicens, Sequẽtia, vel, Initiũ ſancti euãgelij. ⁊c ℞. Gloria tibi dñe. Tum iunctis iterum, vt prius, manibus, ſtans vt ſupra, proſequitur euangelium vſq; ad finẽ. Quo finito, miniſtri reſpõdent. Laus tibi Chriſte. ⁊ celebrans eleuãs parumper librũ oſculatur euangelium dicens, Per euangelica dicta deleãtur noſtra delicta. preterquam in miſſis defunctorũ, in quibus non oſculatur: ⁊ niſi celebret corã ſummo põtifice, aut cardinali, vel coram patriarcha, archiepiſcopo, vel epiſcopo in eorum reſidentijs: quo caſu defertur cuilibet predictorum oſculandus liber ⁊ ipſe celebrans tunc non oſculatur.

¶ Dicto Euangelio ſtans in medio altaris verſus crucem, eleuans, ⁊ iungens manus caputq; cruci inclinans, incipit (ſi dicendum ſit) Credo. Cum dicit, in vnum Deum. caput Cruci inclinat: quo erecto, ſtans ibidem iunctis ante pectus manibus, vt prius, proſequitur, vſque ad finem. Cum dicit, Ieſum Chriſtum, caput Cruci inclinat. Cum dicit, Et incarnatus eſt. vſque ad Homo factus eſt incluſiue, genuflectit. Cum dicit, Et vitam venturi ſeculi, Amen. producit ſibi manu dextra ſignum crucis a fronte ad pectus.

¶ In miſſa ſolenni ſubdiaconus circa finẽ vltime orationis, accipit ambabus manibus librum epiſtolarum, deferens illum ſupra pectus: ⁊ facta altari genuflectione in medio, vadit a parte epiſtole contra altare, ⁊ legit Epiſtolam: qua lecta, redit ad celebrantem, oſculatur eius manum, ⁊ ab eo benedicitur, preterquam in miſſis defunctorum.

¶ Deinde idẽ ſubdiaconus accipit miſſale Celebrãtis, defert ad cornu Euãgelij in altare, ibi miniſtrãs celebrãti: qui lecto Euãgelio, ⁊ per diaconũ delato libro Euãgeliorum ad altare imponit incẽſũ in thuribulũ. Deinde diacon⁹ dicit, Munda cor meũ. genuflexus ante altare, accepto libro Euãgeliorũ de altari, ⁊ benedictione a celebrãte, oſculataq; illius manu, vadit cũ ſubdiacono a ſiniſtris ad locũ Euãgelij contra altare verſus populũ, vbi ſubdiacono librum tenẽte, medio inter duos acolythos tenẽtes cãdelabra accẽſa, dicit, Dñs vobiſcũ. iũctis manibus. Cũ dicit, Sequẽtia, ⁊c. ſignat librũ, frõtẽ, os, ⁊ pectus. Poſtea ter librũ incẽſat, hoc eſt, in medio, a dextris, ⁊ a ſiniſtris: ⁊ proſequitur Euãgeliũ iunctis manibus. Interim celebrãs ſtat iũctis manibus a cornu Epiſtole verſus Euãgeliũ. Quo finito, oſculatur ſacerdos librũ a ſubdiacono ſibi delatum, dicẽdo: Per Euãgelica dicta deleãtur noſtra delicta, ⁊ a Diacono ter incenſatur. Si ſit coram prelato in ſua reſidẽtia, liber deferatur ad prelatum, vt ſupra: ⁊ ille incẽſatur, vt in põtificali. Poſtea ſtans in medio altaris verſus crucem, incipit (ſi dicendum ſit) Symbolũ: ſtãtibus poſt eum diacono ⁊ ſubdiacono: deinde ad Altare accedentibus, ⁊ cum eo proſequentibus: vt dictum eſt ad Gloria in excelſis.

¶ Si quandoque celebrans cantat miſſam ſine diacono ⁊ ſubdiacono, Epiſtolam cantat aliquis lector ſuperpelliceo indutus, qui in fine non oſculatur manū celebrantis. Euangelium autem cantat ipſe celebrans ad cornu Euāgelij: qui ⁊ in fine miſſę cātat, Ite Miſſa eſt, vel Benedicamus Domino. pro temporis diuerſitate.

De Offertorio, ⁊ alijs vſque ad Canonem.

Dicto Symbolo, vel, ſi non ſit dicendum, dicto euangelio, celebrans oſculatur Altare in medio, ⁊ iunctis manibus ante pectus, ibidem a manu ſiniſtra ad dextram, vertit ſe ad populum, ⁊ extendens ac iungens manus dicit, Dominus vobiſcum ⁊ iunctis manibus reuertitur per eandem viam ad medium altaris, vbi extendens ⁊ iungens manus, caputqȝ cruci inclinans, dicit, Oremus: tum iunctis, vt prius, manibus, dicit Offertorium: ⁊ omnia quę vſqȝ ad finem miſſę in medio altaris dicenda ſunt, dicit ibidem ſtās verſus ad altare, niſi vbi aliter ordinatur.

¶ Dicto Offertorio, diſcooperit calicē, ⁊ ad cornu epiſtolę ſiſtit, ⁊ amota parua palla deſuper hoſtiam, accipit patenā cū hoſtia, ⁊ ambabus manibus vſqȝ ad pectus eam eleuatā tenēs, oculis eleuatis ad Deū dicit, Suſcipe ſancte Pr, ⁊c. Si fuerint alię hoſtię non ſuper patenā, ſed ſuper corporale, vel in alio vaſe pro communione populi conſecrādę, calicem illum ſeu vas dextra diſcooperit, ⁊ intentionem ſuam etiam ad illas offerendas ⁊ conſecrandas dirigens, dicit vt ſupra, Suſcipe, ⁊c. vt in ordinario. Quo dicto, faciens ſignū crucis cum dicta patena, ponit hoſtiam ſuper corporale circa medium anterioris partis corporalis ante ſe, ⁊ patenam ad manum dextram aliquantulum ſubtus corporale. Si autē adſit vas ſeu calix cum alijs hoſtijs, cooperit patena ipſas.

¶ Deinde accipit calicē, purificatorio extergit: ⁊ accipiens ampullam vini de manu miniſtri, ponit vinū in calicē. Deinde producit ſignū crucis ſuper ampullā aquę, ⁊ dicit. Deus, qui humanę ſubſtantię imponens parum aquę in calice proſequitur, da nobis per huius aquę ⁊ vini myſterium.

¶ Si vero celebrat pro defunctis, nō facit ſignū crucis ſuper aquam, ſed imponit abſqȝ benedictione, dicens oratione vt ſupra. Impoſita aqua in calice ⁊ finita oratione prędicta, accipit calicem diſcoopertū: ⁊ ſtans ante mediū altaris, ipſum ambabus manibus eleuatum tenens, videlicet, cum ſiniſtra pedem, cum dextra autem nodum infra cuppam, intētis ad Deū oculis offert, dicēs, Offerimus tibi Domine, ⁊c. qua oratione dicta, facit ſignum crucis cum calice ſuper corporale, ⁊ ipſum in medio poſt hoſtiam collocat ⁊ palla cooperit: Deinde iunctis manibus ſuper altare poſitis, capite inclinato dicit ſecreto: In ſpiritu humilitatis, ⁊c. Poſtea eleuans oculos, manuſqȝ expandens, ⁊ ſtatim iungens ante pectus (quod ſemper facit quando aliquid eſt benedicturus) dicit: Veni ſanctificator, ⁊c. Cum dicit: ⁊ benedic. ſignat manu dextra communiter ſuper hoſtiam ⁊ calicem.

¶ Tunc iunctis ante pectus manibus, accedit ad cornu epiſtolę, vbi ſtans miniſtro aquam fundente lauat manus, id eſt, extremitates digitorum pollicis, ⁊ indicis, dicens pſalmum, Lauabo inter innocentes, cum Gloria patri, ⁊c. qui verſus, Gloria patri prętermittitur in miſſis defunctorū, ⁊ in miſſis a Dominica de paſſione vſqȝ ad ſabbathū ſanctum excluſiue.

¶ In miſſa ſolenni dicto Oremus diaconus ⁊ ſubdiaconus accedūt ad altare a cornu epiſtolę. Diaconus amouet calicē, detegit, dat patenam cū hoſtia celebranti: ſubdiaconus extergit calicē purificatorio, Diaconus imponit vinum: Subdiaconus interim ampullam aquę oſtendens celebrāti dicit. Benedicite pater reuerende qui facto verſus eam ſigno crucis, dicit orationem, Deus qui humanę ⁊c. interiȝ ſubdiaconus infundit paulum aquę in calicem. Diaconus illum celebranti dat, ⁊ pedem calicis tangens, ſeu brachium dextrum celebrantis ſuſtentans, cum eo dicit. Offerimus tibi Domine, ⁊c. Poſtea poſitū in altari vt ſupra palla cooperit. Subdiacono deinde ponit in dextera manu patenam, quam cooperit extremitate veli ab eius humero pendentis: qui vadit poſt celebrantem ante medium altaris, ⁊ ibi ſtat in loco conuenienti. Dicto Veni ſanctificator. vt ſupra, celebrans ponit incenſum in thuribulum, miniſtrante Diacono nauiculam, dicens: Per interceſſionem ⁊c. vt in ordinario. Deinde accepto thuribulo per manum Diaconi incēſat oblata, ter ducens thuribulum ſuper calicem ⁊ hoſtiam ſimul, in modum crucis: ⁊ ter circum calicem, ⁊ hoſtiam, ſcilicet bis a dextra ad ſiniſtram, ⁊ ſemel a ſiniſtra ad dextram diſpenſans verba in qualibet incenſatione, hoc modo. In prima incenſatione, Incenſum iſtud. In ſecunda, a te benedictum. In tertia, aſcendat ad te Domine. In quarta, ⁊ deſcendat ſuper nos. In quinta, ⁊ ſexta, miſericordia tua. Deinde incenſat altare vt ſupra, dicēs, Dirigatur Domine oratio mea ⁊c. vt in ordinario. Et incenſatur ipſe, vt ſupra. Poſtea Diaconus incenſat chorum, ⁊ poſtremo ſubdiaconum tenentem patenam: ⁊ ipſe diaconus incenſatur a thuriferario: ⁊ thuriferarius poſtea incenſat populum.

¶ Celebrans lotis manibus eas tergit, ⁊ illis ante pectus iunctis, reuertitur ad medium altaris, vbi ſtans oculoſque ad Deum eleuans, ⁊ ſtatim demittens, manibus iunctis ſuper altare, capiteqȝ inclinato, dicit ſecrete: Suſcipe, ſancta Trinitas, ⁊c. Quo dicto manibus hinc inde extēſis, ſuper altare poſitis, oſculatur altare in medio: tum iunctis manibus ante pectus, demiſſiſque oculis ad terram, a ſiniſtra manu ad dextram vertit ſe ad populum, ⁊ verſus eum extendēs ⁊ iungens manus, dicit voce aliquantulum eleuata: Orate fratres, ⁊ ſecrete proſequens, vt meum ac veſtrum ſacrificium, ⁊c. perficit circulum, reuertens iunctis manibus ante pectus a manu dextera ad medium altaris. Et reſponſo a miniſtris vel circunſtantibus, Suſcipiat Dominus ſacrificium de manibus tuis, ⁊c. alioquin per ſeipſum, dicens, Sacrificium de manibus meis: ipſe celebrans manibus ante pectus extenſis, vt fit ad orationem, ſtans in medio altaris verſus librum, dicit abſolute ſine alia interpoſitione orationem, vel orationes ſecretas: cū dicit: Per Dominum iungit manus: cum dicit, Jeſum Chriſtum caput inclinat: quod facit in prima oratione, ⁊ in vltima, ſi plures ſint dicendę.

¶ Perueniens autem in concluſione vltimę ſecretę ad verba illa, Per omnia ſecula ſeculorum, excluſiue: celebrans ſtās in medio altaris, depoſitis ſuper eo manibus hinc inde extenſis, dicit conuenienti ⁊ intelligibili voce. Prefationem, Cū dicit, Surſum corda. eleuat manus hinc inde extenſas vſque ad pectus. Cum dicit Gratias agamus Domino, iungit manus, cum dicit, Deo noſtro. cruci caput inclinat. Reſponſo, Dignum ⁊ iuſtum eſt, eleuatis ⁊ extenſis, vt prius, manibus, proſequitur Prefationem propriam, vel communem, vt tempus requirit.

¶ Cum dicit Sanctus iunctis ante pectus manibus, ⁊ inclinatus voce mediocri proſequitur. Cum dicit, Benedictus qui venit in nomine Domini ⁊c. ſignum crucis ſibi producit a fronte ad pectus.

¶ In miſſa ſolenni cū dicitur Prefatio, Diaconus ⁊ Subdiaconus ſtant retro poſt celebrantem: ⁊ paulo ante quam dicatur Sanctus accedunt ad altare: vbi cum celebrante hinc inde dicunt, Sanctus, ⁊ quę ſequuntur, vſque ad Canonem. Deinde diaconus accedit ad ſiniſtram celebrantis, ei aſſiſtens dum dicitur Canon niſi alius ſacerdos aſſiſtat: Subdiaconus vero tunc ſtat poſt celebrantem.

De canone Miſſę vſqȝ ad conſecrationem.

Finita prefatione, vt ſupra, celebrans manibus iunctis ſuper altare poſitis ſtans ante medium altaris verſus ad illud, eleuatis oculis ad Deum: ⁊ ſine mora demiſſis, profunde inclinatus incipit Canonem, ſecreto dicens: Te igitur, ⁊c. vt in ordinario. Cum dicit, vti accepta habeas ⁊ benedicas, prius oſculatur ante ſe altare: deinde erigit ſe, ⁊ ſtat iunctis manibus ante pectus. Cum dicit, Hec dona, hec munera, hec ſancta ſacrificia: dextera manu ter ſignat communiter ſuper hoſtiam ⁊ calicem. Deinde extenſis manibus ante pectus proſequitur. In primis quę tibi offerimus, ⁊c.

Ubi

Ubi dicit, vna cum famulo tuo Papa noſtro N. exprimit nomen Papę. Sede autem vacante, verba prędicta omittuntur. Ubi dicitur, ⁊ antiſtite noſtro N. ſpecificatur nomē Patriarchę, Archiepiſcopi, vel Epiſcopi ordinarij in propria Diœceſi: qui ſi eſt vita functus, prędicta verba omittuntur. Si celebrās eſt epiſcopus, archiepiſcopus vel Patriarcha, omiſſis prędictis verbis, eorum loco dicit: Et me indigno ſeruo tuo. Si vero celebrans eſt papa, omiſſis verbis, vna cum famulo tuo papa noſtro N. ⁊ Antiſtite noſtro N. dicit, Una cum me indigno famulo tuo, quem gregi tuo pręeſſe voluiſti. Et continuat vt ſequitur: Et omnibus orthodoxis. ⁊c.

¶ Cū dicit, Memento Dñe, eleuans ⁊ iungens manus vſq; ad faciem vel pectus, ſic iunctis manibus, ſtat paulisper in quiete, demiſſo aliquantulum capite, faciens commemorationem viuorum Chriſti fidelium ad ſuam voluntatē, quorū nomina, ſi vult, ſecrete commemoret: non tamen neceſſe eſt ea exprimere, ſed mente tantum eorum memoriam habeat. Poteſt etiam Celebrans, ſi pro pluribus orare intendit, ne circunſtātibus ſit moroſus, ante miſſam in animo proponere ſibi omnes illos tam viuos, quam defunctos pro quibus in ipſa miſſa orare intendit, ⁊ hoc loco generaliter vnico contextu ipſorum viuorum commemorationē agere, pro quibus ante miſſam orare propoſuit in miſſa.

¶ Commemoratione viuorum facta, demiſſis ⁊ extenſis, vt prius, manibus, continuat, ⁊ omniū circunſtantium, ⁊c. Similiter ſtans proſequitur, Cōmunicantes Cum dicit, Jeſu Chriſti caput cruci inclinat: in cōcluſione quando dicit: Per eundem iungit manus. Cum dicit, Hanc igitur oblationē. extendit manus ſimul ſuper oblata, ita vt palmę ſint apertę verſus ac ſupra calicem ⁊ hoſtiā, quas ſic tenet vſq; ad illa verba, Per Chriſtum Dñm. iungens manus proſequitur, Quam oblationem tu Deus in omnibus quęſumus: ⁊ cum dicit, Benedictam, aſcriptam, ratam. cōmuniter ſignat ter ſuper hoſtiā ⁊ calicē ſimul. Deinde cū dicit, vt nobis corpus, ſeparatim ſignat ſemel ſuper hoſtiā tātū, ⁊ cū dicit, ⁊ ſanguis ſemel ſuper calicem tantū: deinde eleuans ⁊ iungens manus ante pectus, proſequitur, fiat dilectiſſimi filij tui Dñi noſtri Jeſu Chriſti, inclinās caput cruci, ſi opus fuerit, extergit pollices, ⁊ indices ſuper corporale, ⁊ dicit ſecrete, vt prius, Qui pridie quā pateretur. ⁊ accipiens pollice ⁊ indice dextrę manus hoſtiam: ⁊ eam cū illis, ac indice ⁊ pollice ſiniſtrę manus tenens, ſtans erectus ante medium altaris, dicit, Accepit panem, in ſanctas ac venerabiles manus ſuas: eleuansq; ad cęlum oculos, ⁊ ſtatim dimittens dicit, ⁊ eleuatis oculis in cęlum ad te Deum patrem ſuum omnipotentem, ⁊ tenens aliquantulum inclinans, dicit, Tibi gratias agens: caputq; hoſtiam inter pollicem, ⁊ indicem ſiniſtrę manus, dextra producit ſignū crucis ſuper eā dicens, benedixit, fregit, deditq; diſcipulis ſuis, dicens, accipite, ⁊ manducate ex hoc omnes. Si adſit vas cum alijs hoſtijs cōſecrādis, diſcooperit manu dextra calicē, ſeu vas aliarum hoſtiarū: ⁊ cubitis ſuper altare poſitis, ſtans capite inclinato, diſtincte, reuerēter, ⁊ ſecrete profert verba conſecrationis ſuper Hoſtiam, ⁊ ſimul ſuper omnes, ſi plures ſint conſecrandę: ⁊ Hoſtiā ſuam pollicibus ⁊ indicibus tantum tenens, attente, ⁊ deuote, ⁊ continuate profert verba conſecrationis, Hoc eſt enim corpus meum.

¶ Quibus prolatis, Celebrans tenēs Hoſtiā inter pollices ⁊ indices prędictos ſuper altare, reliquis manuū digitis extenſis ⁊ ſimul iunctis (⁊ Hoſtijs, ſi plures ſint conſecratę, in loco, in quo a principio miſſę ſunt poſitę, ſuper corporali, vel alio vaſe vel calice dimiſſis) genuflexus Deum adorat. Tūc ſe erigens, quātum commode poteſt, eleuat in altū Hoſtiā, ⁊ intentis in eam oculis (quod ⁊ in eleuatione calicis facit) populo reuerenter oſtendit adorandā: ⁊ mox ipſam reuerenter ſuper corporale reponit in eodem loco, vnde eā leuauit: ⁊ deinceps pollices ⁊ indices nō disiungit, niſi quādo Hoſtiā conſecratam tangere vel tractare debet, vſq; ad ablutionē digitorum poſt communionem. Repoſita hoſtia conſecrata



ſuper corporale, genuflexus vſque ad terram, ipſam veneratur: ſi adſit vas aliarum hoſtiarum, patena cooperit. Interim dum celebrans eleuat hoſtiam, accenſo prius intortitio, miniſter manu ſiniſtra eleuat fimbrias poſteriores planetę, ne ipſum celebrantem impediat in eleuatione brachiorum: quod facit in eleuatione calicis.

¶ Celebrans adorato ſacramento ſurgit, ⁊ diſcooperit calicem, in quem, ſi opus ſit, extergit digitos, quod ſemper faciat, cum aliquod fragmentum digitis adhęreat: ⁊ ſtans erectus dicit, Simili modo poſteaquam cęnatum eſt ⁊ ambabus manibus accipiens calicem iuxta nodū infra cuppam, aliquantulumque eleuans, ⁊ ſtatim deponens, dicit, Accipiens ⁊ hunc pręclarum calicem ⁊c. cum dicit, benedixit, ſiniſtra calicem infra cuppam tenens, dextra ſignat ſuper eum, ⁊ proſequēs, deditque diſcipulis ſuis ⁊c. ambabus manibus tenens calicem: videlicet ſiniſtra pedem, dextra nodum infra cuppam, cubitis ſuper altare poſitis, ⁊ capite inclinato, profert ſecrete, ⁊ deuote, vt ſupra, verba conſecrationis ſanguinis. Hic eſt enim calix. ⁊c.

¶ Quibus dictis, reponit calicem ſuper corporale: ⁊ genuflexus, ſanguinē reuerenter adorat. Tunc ſe erigit, ⁊ accipiens calicem diſcoopertum cum ſanguine ambabus manibus, vt prius, eleuat eum, ⁊ erectum, quantum commode poteſt, oſtendit populo adorandum, dicens, Hęc quotieſcunque feceritis, ⁊c. mox ipſum reuerenter reponit ſuper corporale in locum priſtinum, ⁊ manu dextra, palla cooperit, ac genuflexus ſacramentum veneratur.

¶ Jn miſſa ſolenni cum Celebrās dicit, Quā oblationē. ⁊c. diaconus accedit ad dextram celebrantis, ⁊ ibi in ſuperiori gradu altaris genuflexus, cum ſacramentum eleuatur, fimbrias planetę eleuat: ⁊ quando opus eſt, ſe erigens, calicem cooperit ⁊ diſcooperit, ⁊ cum celebrante genuflectit. Repoſito calice Diaconus redit ad librum, niſi alius aſſiſtat.

## De Canone poſt conſecrationem vſq; ad Orationem Dominicam.

REpoſito calice, ⁊ adorato, celebrans ſtans ante altare, extenſis manibus ante pectus dicit ſecreto, Unde ⁊ memores, ⁊c. iungit manus ante pectus, ⁊ cum dicit, Hoſtiam puram. ⁊c. manu dextra ſignat ter communiter ſuper hoſtiam ⁊ calicem, ⁊ ſemel ſuper hoſtiam tantum, ⁊ ſemel ſuper calicem tantum, dicens, Panem ſanctū vitę ęternę, ⁊ calicem ſalutis perpetuę deinde ſtans vt prius, extenſis manibus proſequitur, ſupra quę propitio, ⁊c. cum dicit, Supplices te rogamus, inclinat ſe ante medium altaris, manibus iunctis ſuper illo poſitis: cū dicit, ex hac altaris participatione, oſculatur altare: cum dicit, ſacroſanctum filij tui, iungit manus, ⁊ manu dextra ſignat ſemel ſuper hoſtiam tantum, ⁊ ſemel ſuper calicem, dicens, Corpus ⁊ ſanguinē ſumpſerimus. ⁊ cum dicit, omni benedictione cęleſti ſeipſū ſignat a fronte ad pectus ſigno crucis. Cum dicit, Per eundem, iungit manus.

¶ Cum dicit, Memento Domine famulorum, famularumque tuarum, qui nos pręceſſerunt. ⁊c. ſtatim extenſis ⁊ iunctis manibus ante pectus, vel vſq; ad faciem eleuatis, ⁊ intentis oculis ad ſacramentum ſuper altare, facit commemorationem fidelium defunctorum, de quibus ſibi videtur, eodem modo, vt dictum eſt de commemoratione viuorū: Qua commemoratione facta, ſtās vt prius, extenſis manibus proſequitur, ipſis Dñe, ⁊ omnibus in Chriſto. ⁊c. ⁊ in fine ad, Per eundem, caput inclinat, Cū dicit Nobis quoq; peccatoribus, vocem aliquātulum eleuat, ⁊ dextra manu pectus ſibi percutit: ⁊ proſequitur, famulis tuis, ⁊c. ſtans vt prius.

¶ Cum dicit, Per Chriſtum dominum noſtrum: per quem hęc omnia Domine ſemper bona creas, iungit manus ante pectus: deinde manu dextra ter ſignans communiter ſuper hoſtiam ⁊ calicem dicit, Sanctificas, viuificas, benedicis ⁊ pręſtas nobis. Poſtea diſcooperit manu dextra calicem, ⁊ genuflexus reuerentiam facit ſacramento: tum ſe erigit, ⁊ reuerenter accipit Hoſtiam inter pollicem ⁊ in-

dicem dextrę manus, ⁊ cum ea ſuper calicem, quem manu ſiniſtra tenens circa nodum infra cuppam, ſignat ter a labio ad labium, dicens, Per ipſum, ⁊ cum ipſo, ⁊ in ipſo. Et cum Hoſtia bis inter ſe ⁊ calicem a labio calicis incipiens ſignat dicens, eſt tibi Deo patri omnipotẽti, in vnitate Spiritus ſancti. Deinde tenens manu dextra Hoſtiã ſuper calicem, ſiniſtra calicem: eleuat eam aliquantulum ſimul cum calice, dicens: Omnis honor ⁊ gloria. ⁊ ſtatim vtrunque deponens, hoſtiam collocat ſuper corporali: ⁊ digitos, ſi fragmẽtum aliquod illis adhęreat, extergit in calice (quod ſemper, ſi opus ſit, faciat, cum hoſtiam ſacram tetigit) ac pollices ⁊ indices vt prius iungens, calicem palla cooperit, ⁊ genuflexus vſqꝫ ad terram, Sacramentum veneratur.

¶ In miſſa ſolenni cum celebrans dicit, Per quem hęc omnia, ⁊c. Diaconus facta ſacramento genuflexione, accedit ad dexteram celebrantis, ⁊ quando opus eſt, diſcooperit calicem, ⁊ cum celebrante adorat: ſimiliter cooperit, ⁊ iterũ genuflectit. Poſtea vadit retro poſt celebrantem, vbi ſtat dũ dicitur Oratio Dominica.

## De oratione Dñica, ⁊ alijs vſqꝫ ad factam Communionem.

CElebrans cooperto adoratoque calice erigit ſe, ⁊ more ſolito manibus extenſis hinc inde ſuper altare poſitis, dicit intelligibili voce: Per omnia ſęcula ſęculorum ⁊c. Cũ dicit, Oremus iungit manus, caput ſacramento inclinans. Cum incipit, Pater noſter. extendit manus, ⁊ ſtans oculis ad ſacramentum intentis, proſequitur vſque ad finem. Reſponſo a Miniſtro, Sed libera nos a malo, ⁊ a celebrante, Amen. manu dextra, pollice ⁊ indice non disiunctis, Patenam accipit inter indicem ⁊ medium digitos, quam tenens ſuper altare erectã, dicit ſecrete, Libera nos quęſumus, ⁊c.

¶ In miſſa ſolẽni cum in oratione Dominica dicitur, Et dimitte nobis debita noſtra. Diaconus retro poſt celebrãtem facta altari genuflectione, vadit ad dexteram celebrantis, ⁊ ſubdiaconus circa finem orationis Dominicę reuertitur ad altare, ⁊ offert patenam diacono, qui eam diſcooperit, ⁊ dat celebranti, oſculans eius manum, diſcooperitque ⁊ cooperit calicẽ quando opus eſt, ſimul cum celebrante genuflectens. Antequam celebrãs dicat, Da propitius pacẽ. eleuet manu dextra patenam de altari, ⁊ ſeipſum cum ea ſignet a fronte ad pectus: ⁊ dicens, Da propitius pacem in diebus noſtris, Patenam ipſam oſculatur: ⁊ proſequens, vt ope miſericordię tuę ⁊c. ſubmittit patenam hoſtię, quam indice ſiniſtro accomodat ſuper patenam, diſcooperit calicem, ⁊ genuflexus in terra ſacramentum adorat: tum ſe erigens accipit hoſtiam inter pollicem ⁊ indicem dextrę manus, ⁊ cum illis, ac pollice ⁊ indice ſiniſtrę manus eam ſuper calicem tenens reuerenter frangit per medium dicens, Per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum: ⁊ mediã partem, quam inter pollicem ⁊ indicem dextrę manus tenet, ponit ſuper patenam: de alia media quam ſiniſtra manu tenet, frangit cum pollice ⁊ indice dextrę manus particulam proſequens, Qui tecum viuit ⁊ regnat, quam inter ipſos dextrę manus pollicem ⁊ indicem retinens, partem maiorem quam ſiniſtra tenet, adiungit medię ſuper patenam poſitę, interim dicens, in vnitate ſpiritus ſancti Deus. Et particulam hoſtię, quam in dextra manu retinuit, tenens ſuper calicem quem ſiniſtra per nodum infra cuppam retinet, intelligibili voce dicit, Per omnia ſęcula ſęculorũ. ℟. Amen. Ipſa particula ſignans ter a labio ad labium calicis dicit, Pax Domini ſit ſemper vobiſcum Reſpõſo per miniſtros, Et cum ſpiritu tuo, particulam quam dextra manu tenet, ponit in ſanguinem, dicens ſecrete, Hęc commixtio ⁊ conſecratio corporis, ⁊c. deinde pollices ⁊ indices ſuper calicẽ aliquantulum tergit, ⁊ iungit, calicem palla cooperit, ⁊ genuflexus Sacramentum adorat: ſurgit, ⁊ ſtans iunctis manibus ante pectus, capite inclinato verſus ſacramentum, dicit intelligibili voce, Agnus Dei qui tollis peccata mundi: ⁊ dextra percutiẽs ſibi pectus, dicit miſerere nobis quod tertio facit, cum dicit, dona nobis pacem: tunc manibus iunctis ſuper altare poſitis, capite inclinato, oculiſque ad ſacramentũ intentis, dicit ſecrete: Domine Ieſu Chriſte ⁊c. Qua Oratione finita ſi eſt daturus pacem, oſculatur altare in medio, ⁊ ei ſtatim inſtrumentum pacis porrigatur a miniſtro iuxta ipſum ad dextrã, hoc eſt in cornu Epiſtolę, genuflexo, ⁊ dicit, Pax tecum. Si non adſit qui pacem recipiat a celebrante, pax non datur, etiam ſi illius datio miſſę cõueniat: nec oſculatur altare, ſed dicta pręmiſſa Oratione, ſtatim ſubiungit alias Orationes vt in ordinario.

¶ Si vero celebret pro defunctis, non percutit pectus ad Agnus Dei, quia dicit, Dona eis requiem nec dicit primã orationem. Dñe Ieſu Chriſte, qui dixiſti Apoſtolis tuis, ⁊c. non dat pacẽ, ſed dicit alias duas ſequentes orationes, Dñe Ieſu Chriſte fili Dei viui: ⁊, Perceptio corporis.

¶ Quibus Orationibus dictis, genuflectens ſacramentum adorat, ⁊ ſe erigens dicit ſecrete, Panẽ cęleſtem accipiam. Quo dicto, dextra manu accipit de patena reuerẽter ambas partes hoſtię, ⁊ collocat inter pollicem ⁊ indicem ſiniſtrę manus, quibus patenam inter eundẽ indicẽ ⁊ medium digitos ſupponit, ⁊ eadẽ manu ſiniſtra tenẽs partes huiuſmodi ſuper patenam, dextra tribus vicibus percutit pectus ſuũ: interim etiam tribus vicibus dicens voce aliquantulũ eleuata, Dñe, non ſum dignus: ⁊ ſecrete proſequitur, vt intres ⁊c. Quibus tertio dictis, ex ſiniſtra accipit ambas partes prędictas hoſtię inter pollicẽ ⁊ indicẽ dextrę manus, ⁊ cũ illa ſupra patenã ſignat ſeipſũ ſigno crucis, dicens, Corpus Dñi noſtri Ieſu Chriſti cuſtodiat animam meam in vitam ęternam. Amen.

¶ Deinde reuerenter eaſdem ambas partes ſumit: quibus ſumptis, deponit patenã ſuper corporale: ⁊ erigẽs ſe iũctis indicibus ⁊ pollicibus, ambas quoqꝫ manus ante faciem iũgit ⁊ aliquãtulũ quieſcit in meditatione ſanctiſſimi ſacramenti.

¶ Deinde poſitis manibus dicit ſecreto, Quid retribuam dño pro omnibus quę retribuit mihi: ⁊ diſcooperto calice accipit patenam, ⁊ eam diligenter cum pollice ⁊ indice dextrę manus ſuper calicẽ extergit, ⁊ ipſos digitos, ne quid fragmẽtorum in eis remaneat. Si vero adſint hoſtię cõſecratę ſuper corporale poſitę, pro alio tempore conſeruandę facta prius genuflexione: reponit eas in vas ordinatum: ⁊ diligenter aduertat, ne aliquod fragmentum, quantumcũqꝫ minimum, remaneat ſuper corporale: quod ſi fuerit, accurate reponit in calicem. Poſt extertionem patenę iunctis pollicibus ⁊ indicibus iterum genuflectit ſacramento: ſurgit, ⁊ calicẽ dextra manu infra nodũ cuppę accipit: dicẽs. Calice ſalutaris. ⁊c. ⁊ ſignãs ſe ſigno crucis cum calice, dicit, Sanguis domini noſtri. ⁊c. ⁊ manu ſiniſtra ſupponẽs patenam calici ſtans reuerenter ſumit totum ſanguinẽ cum particula in calice poſita.

¶ Quibus ſumptis, dicit ſecreto: Quod ore ſumpſimus, ⁊c. Poſtea ſuper altare porrigit calicem miniſtro ad cornu epiſtolę, quo vinũ fundente, ſe purificat: deinde abluit pollices ⁊ indices ſuper calicem, quos abſtergit purificatorio, interim dicens, Corpus tuum domine quod ſumpſi ⁊c. ablutionem ſumit, ⁊ extergit os, ⁊ calicem purificatorio, quo facto, purificatorium extendit ſuper calicem, ⁊ deſuper patenam, ac ſuper patena paruam pallã, ⁊ cooperit velo, plicat corporale ⁊ reponit in burſam, quam ponit ſuper calicem, ⁊ collocat ſuper altare vt prius.

¶ Si qui ſunt communicãdi in miſſa, eos communicat, antequam ſumat purificationem, antequã digitos abluat. Quibus communicatis dicit, Quod ore ſumpſimus dñe ⁊c. ⁊ deinde ſe ⁊ eos qui communicarunt, purificans, dicit, Corpus tuum Domine, quod ſumpſi. ⁊ alia facit vt ſupra.

¶ In miſſa ſolenni Diaconus ſtans retro poſt Celebrantẽ, cum in oratione Dominica dicitur, Et dimitte nobis debita noſtra. facta ibidem genuflexione altari, vadit ad dextrã celebrantis, ⁊ patenam purificatorio abſtergens dat celebranti, illius manum oſculando: ⁊ quando opus eſt, diſcooperit, ⁊ cooperit: ⁊ cum celebrante adorat calicem. Cum dicitur, Pax Domini ⁊c. Subdiaconus retro poſt celebrantem facta altari genuflexione, vadit ad ſiniſtram celebrantis, ⁊ ſimul

⁊ ſimul dicunt, Agnus Dei. deinde facta ibidem ſacramẽto genuflexione, redit poſt celebrantẽ. Diaconus vero a dextris genuflexus expectat pacem, ⁊ cũ celebrans oſculatur altare, ipſe ſe erigens ſimul oſculatur altare, ⁊ a celebrãte cõplexus accipit pacem reſpondens ei, Et cum ſpiritu tuo. Poſtea iterum ſacramento in altari adorato, vertit ſe ad ſubdiaconũ retro poſt celebrantez: qui ſimiliter a diacono accepta pace, facta prius altari genuflexione, comitatꝰ ab acolutho vadit ad choꝝ, ⁊ dat ſimiliter pacem primo cuiuſqꝫ ordinis, dignioribus prius, deinde minus dignis: ⁊ reuerſus ad altare, dat pacez acolutho: qui ipſum comitatus fuerat: qui ⁊ aliis acolutbis circa altare dat pacem: deinde vadit ad dextram celebrantis, ⁊ quando opus eſt, diſcooperit calicẽ, accipit ampullam vini, ⁊ infundit quando celebrans vult purificare.

De Cõmunione, ⁊ orationibus poſt cõmunionem dicendis.

Celebrante purificato, dum calicem collocat in altari, liber miſſalis defertur per miniſtrum ad cornu epiſtolę, ⁊ collocatur, vt in Introitu.

¶ In miſſa ſolenni Diaconus defert librũ miſſalis ad cornu epiſtolę: poſtea vadit retro poſt celebrantem: ſubdiaconus vero vadit ad cornu euangelii, vbi calicem mũdat, aptat cum purificatorio, plicat corporalia, reponit in burſaz, ⁊ illam ponit ſuper calicem coopertum velo, quẽ collocat in altari, vel ſuper credentia, vt prius: poſtea redit ad locum ſuum retro poſt diaconũ. His expeditis, celebrãs ſtãs legit Añam, quę dicitur Communio: qua lecta, iũctis manibus ante pectus, vadit ad medium altaris: ⁊ eo oſculato, vertit ſe ad populum ⁊ dicit, Dominus vobiſcum redit ad librum, dicit orationes poſt communionem, eiſdem modo, numero, ⁊ ordine, vt ſupra dictę ſunt Collectę.

¶ Quibus dictis, iungens manus ante pectus reuertitur ad medium altaris, ⁊ eo oſculato vertit ſe ad populũ, ⁊ dicit, vt ſupra, Dominus vobiſcum Quo dicto ſtans iunctis manibus ante pectus verſus populum dicit, ſi dicendum eſt, Ite miſſa eſt. Quo dicto, per eandem viam reuertitur ad altare. Si vero non ſit dicendum, dicto Dñs vobiſcum, reuertitur eodẽ modo per eãdem viã ad mediũ Altaris: vbi ſtãs verſus ad illud iũctis ante pectus manibus, dicit, Bñdicamus dño: In Miſſis autem Defunctorum eodem modo ſtãs dicit, Requieſcant in pace.

¶ In Miſſa ſolenni hęc omnia eodem modo ſtans dicit diaconus: ⁊ cum dicit, Ite Miſſa eſt, Celebrans quoque ſtat verſus populum.

¶ In Quadrageſima autem a Feria quarta Cinerum, vſque ad Feriam quartam maioris Hebdomadę, in Feriali officio, poſtquam Celebrans dixit Orationes poſt communionem cum ſuis ſolitis concluſionibus, antequam dicat, Dominus vobiſcum, ſtans in eodem loco ante librum dicit, Oremus. Humiliate capita veſtra Deo: ⁊ extenſis manibus ſubiungit eadem voce Orationem ſuper populum ibidem poſitaz: qua finita oſculatur Altare, ⁊ vertens ſe ad populum dicit, Dominus vobiſcum, ⁊ alia vt ſupra.

¶ In Miſſa ſolenni dicto per Celebrantem, Oremus Diaconus vertẽs ſe ad populum iũctis manibus dicit vt ſupra, Humiliate, ⁊c. quo dicto vertit ſe verſus Altare a tergo Celebrantis, ⁊ Celebrans dicit Orationem.

De Benedictione in fine Miſſę, ⁊ Euãgelio ſãcti Johãnis.

Dicto Ite Miſſa eſt, vel, Benedicamus Domino, vt ſupra, Celebrans ante medium Altaris ſtans iunctis manibꝰ ſuper Altare, ⁊ capite inclinato, dicit ſecrete, Placeat tibi ſancta Trinitas, ⁊c. quo dicto, extenſis manibus hinc inde ſuper Altare poſitis, ipſum in medio oſculatur: tũ erigens ſe adhuc ſtans verſus illud, extendit, eleuat, ⁊ iungit manus, caputqꝫ cruci inclinans, dicit voce intelligibili, Benedicat vos omnipotens Deus ⁊ iunctis manibus, ac demiſſis ad terram oculis, vertens ſe ad populum, extenſa manu dextra, iunctiſqꝫ digitis, ſemel benedicit populo, dicens, Pater, ⁊ Filius, ⁊ Spiritus ſanctus, ⁊ circulum perficiens, reuertitur ad cornu Euangelii, vbi dicto, Dominus vobiſcũ.

℞. Et cum ſpiritu tuo: pollice dextro ſignans primum ſigno crucis altare, ſeu librum: deinde frontez, os ⁊ pectus, dicit, Initium ſancti Euangelii ſecundũ Johannem. vel Sequentia ſancti Euangelii, vt dictum eſt in Rubricis generalibus, ⁊ poſt ℞. Gloria tibi Domine, iunctis manibus legit Euangelium, In principio, vel aliud, vt conuenit. Cum dicitur, Et verbum caro factum eſt, genuflectit, ⁊ ſurgens progreditur: vt prius, vſqꝫ ad finem.

¶ Si Celebrans in altari vertit faciem verſus populum, nõ vertit ſe, ſed ſtãs, vt erat, benedicit populum, vt ſupra, in medio altaris: deinde accedit ad cornu Euangelii, ⁊ dicit Euangelium ſancti Johannis. Si celebranti coram ſummo Pontifice, Cardinale, Legato Sedis Apoſtolicę, Patriarcha, Archiepiſcopo, ⁊ Epiſcopo in Prouincia, Ciuitate, vel Diœceſi ſua exiſtente, Celebrans dicto. Placeat tibi ſancta Trinitas, ⁊c. dicit: Benedicat vos omnipotens Deus: ⁊ conuertens ſe ad ſummum Põtificem genuflexus, ad Cardinalem vero Legatum, vel Prȩlatum ſuum, capite inclinato, quaſi licentiam benedicendi petẽs, proſequitur, Pater, ⁊ Filius ⁊ Spũs, ſctũs, benedicẽs aſtãtes a parte vbi nõ adeſt Põtifex, Cardinalis, Legatus, aut Prȩlatus prędicti.

¶ Si autez celebrauit coram Patriarcha, Archiepiſcopo, vel Epiſcopo, extra eorum titulum, Eccleſiam, prouinciam, Ciuitatem, vel Diœceſim cõſtitutis, eis abſqꝫ alio reſpectu, vt cęteris, qui interſunt, more conſueto benedicit.

¶ Si autez celebrauit pro defuncto, dicto, Placeat tibi ſancta Trinitas. vt ſupra, accedit ad cornu Euangelii, ⁊ dicit Euangeliuz ſancti Johannis, prętermiſſa benedictione, quę in Miſſis Defunctorum non datur.

¶ Finito Euangelio, in fine Miſſę ſi celebrauit coram ſummo Pontifice, Cardinale, Patriarcha, Archiepiſcopo, vel Epiſcopo in eorum reſidentiis, Eccleſia, vel loco iuriſdictionis eorum: conuertit ſe ad illum, coram quo ex prędictis celebrauit, ⁊ facit reuerentiam conuenientem.

¶ Si non celebrauit coram aliquo prędictorum huiuſmodi reuerentiam prętermittit.

¶ Quibus omnibus abſolutis, extinguuntur per miniſtrum candelę: interim Sacerdos cooperto capite accipit ſiniſtra calicem, dexteraz ponens ſuper burſam, ne cadat, deſcendit ad infimum gradum Altaris, ⁊ ibi in medio vertens ſe ad illud, caput inclinat: ⁊ facta reuerentia, prȩcedẽte miniſtro eo modo quo venerat, redit ad ſacriſtiam, interim dicens Antiphonam. Trium puerorum. ⁊ canticum. benedicite. Si vero ſit dimiſſurus huiuſmodi veſtes ante Altare, vbi celebrauit, finito Euangelio prędicto, ibidem deponit veſtes, ⁊ dicit Antiphonam prędictam, Trium puerorum cum cantico, ⁊ aliis orationibus, vt ſuo loco ponuntur.

¶ In Miſſa ſolẽni omnia facit vt ſupra, hoc excepto, quod ter populo benedicit, primo a cornu Epiſtolę, dicẽs, Pater, Secundo ante medium Altaris dicens, Et Filius Tertio a cornu Euangelii, dicens, Et Spiritus ſanctus. Et dicto Euangelio ſecundum Johannez, vel alio, vt ſupra, Celebrãs diſcedit cum miniſtris ordine quo venerat.

De his quę omittuntur in Miſſa pro Defunctis.

In Miſſa pro defunctis ante Confeſſionem non dicitur Pſalmus, Judica me Deus. Sed pronunciata Antiphona. Introibo ad Altare Dei, ⁊ reſponſo a Miniſtris, Ad Deum qui lętificat ⁊c. dicitur ℣. Adiutorium noſtrum. ⁊ Confeſſio. cum reliquis. vt ſupra.

¶ In Miſſa ſolenni poſt confeſſionem non incenſatur Altare. Cum Celebrans ad Altare incipit Introitum non ſignat ſe, ſed manu dextera extenſa facit ſignum crucis ſuper librum, quaſi aliquem benedicens. Non dicitur, Gloria patri. ſed poſt Pſalmum repetitur, Requiem ęternam, nec Gloria in excelſis nec Alleluiah, nec Jube domne benedicere, nec Dñs ſit in corde meo: nec oſculatur librũ in fine.

¶ In Miſſa ſolẽni Subdiaconus finita Epiſtola non oſculatur manum celebrantis, nec benedicitur. Diaconus non petit benedictionem, nec oſculatur Celebrãtis manum, non

tenentur

tenentur luminaria ad Euangelium, ſed duo tantum Acolutbi ſine candelabris tenēt medium Subdiaconum, tenentem librum Euangeliorꝫ. Non incenſatur liber, nec in fine Celebrans: nec defertur liber Euangeliorum oſculandus.

¶ Item in miſſa defunctorum non dicitur, Credo. non benedicitur aqua in Calicem fundenda, ſed dicitur, Deus qui humane ſubſtantie ⁊c.

¶ In Miſſa ſolenni, oblata ⁊ altare incenſantur vt ſupra: incenſatur ſolus Celebrans, ⁊ non incenſantur alij: Cuꝫ lauat manus, non dicit ℣. Gloria patri. in pſalmo, Lauabo inter innocentes. Subdiaconus non tenet patenam poſt Celebranteꝫ: ſed tempore eleuationis Sacramenti incenſat Sacramentum. Ad Agnus Dei. non dicitur, miſerere nobis: cuius loco dicitur, dona eis requiē. nec tertio, dona nobis pacem: cuius loco dicitur, dona eis requiem ſempiternam: non dicitur prima Oratio ante communioneꝫ, ſcilicet, Dñe Jeſu Chriſte, qui dixiſti Apoſtolis tuis ⁊c. nec datur pax. In fine nō dicitur, Ite Miſſa eſt, nec Benedicamus domino, ſed Requieſcant in pace. Et nō datur benedictio: ſed dicto Placeat. dicitur vt ſupra, In principio erat verbum ⁊c. alia omnia, vt in alijs Miſſis.

¶ Finita Miſſa facienda eſt Abſolutio, Celebrans retrabit ſe ad cornu Epiſtole, exuitur caſula, accipit pluuiale nigrum: Subdiaconus medius inter duos Acolutbos deferētes candelabra accenſa, defert Crucē, precedētibus duobus alijs acolutbis, vno cum thuribulo, ⁊ nauicula: alio cū aqua benedicta, ⁊ aſperſorio, ſequitur Celebrās ⁊ Diaconus a ſiniſtris. Subdiaconus cum Cruce ſiſtit ſe in loco parato ad caput ꝯtra Altare medius inter dictos Acolutbos deferētes luminaria: Celebrans vero ex alia parte verſus Altare, a ſiniſtris diaconus, ⁊ alij duo Acolutbi deferētes vas aque benedicte, ⁊ thuribulum. Interim cantatur Ꝛñi. Cum dicitur Kyrie eleiſon Celebrans ponit incenſum in thuribulū, miniſtrante Diacono nauiculaꝫ: cepto Pater noſter. accipit aſperſoriū de manu Diaconi, ⁊ facta Altari reuerētia, comitante Diacono, a dextris, ⁊ tenente fimbriā anteriorem pluuialis, aſpergit circuiens locum paratum: cum tranſit ante crucem, profunde inclinat, Diaconus vero genuflectit: ⁊ rediens ad priſtinum locum, de manu eiuſdeꝫ Diaconi accipit thuribulum, ⁊ eodē modo quo aſperſerat, incenſat. Poſtremo Diacono tenēte libruꝫ, orat iunctis manibus, dicens, Et ne nos inducas ⁊c. ℣. A porta inferi cum alijs: ⁊ Orationē, Abſolue quęſumus Dñe ⁊c. vt in Ordinario: ⁊ poſt eā dicēs Requiem eternam ⁊c. facit crucē manu dextera ſuper locuꝫ paratum: ⁊ dicto per Cantores, Requieſcant in pace. precedente cruce, redit cum alijs ad ſacraſtiam.

De his que clara voce aut ſecreto dicenda ſunt in Miſſa.

IN Miſſa priuata clara voce dicuntur Antiphona ⁊ Pſalmus ad Introitum, Confeſſio, ⁊ quę ſequuntur, excepta Oratione, Aufer a nobis. ⁊ Oramus te Dñe p merita Sanctorum tuorum ⁊c. Item Introitus, Kyrie eleiſon, Gloria in excelſis, Epiſtola, Graduale, Euangelium, Credo, Offertorium, Prefatio, Nobis quoqꝫ peccatoribus. ſolum hęc tria verba. Item, Per omnia ſecula ⁊c. cuꝫ Pr noſter, Pax Dñi, Agnus Dei. Dñe nō ſum dignus: cętera ſecrete: Communio, Poſtcommunio, Ite Miſſa eſt, vel Benedicamus Domino. vel Requieſcāt. Euāgeliū. In principio. Alia omnia dicuntur ſecrete.

¶ In Miſſa ſolēni Clara voce a celebrante dicuntur quādo intonatur Gloria in excelſis, ⁊ Credo, Dominus vobiſcum. Oremus, Oratio, Dñs vobiſcū, Oremus. ante Offertorium. Prefatio, Pater noſter, ⁊ Oratio poſt communionem, Alia omnia a celebrante dicuntur ſecreto in Miſſa ſolēni.

De hora celebrandi Miſſam.

MIſſa priuata ſaltē poſt Matutinū, quacunqꝫ hora ab Aurora vſqꝫ ad Meridiem dici poteſt. Miſſa auteꝫ Conuentualis ⁊ Solennis, ſequenti ordine dici debet.

¶ In feſtis duplicibus ⁊ ſemiduplicibus, in Dominicis, ⁊ infra Octauas, dicta in choro hora tertia.

¶ In feſtis Simplicibus ⁊ Ferijs per annum, dicta Sexta.

¶ In Aduentu, Quadrageſima, Quatuor temporibus, ⁊ Vigilijs que ieiunantur, dicta Nona.

¶ Miſſa autem Defunctorum dici debet poſt Matutinū, ⁊ Primā diei: ⁊ vbi dicūtur eorū Vigilię, mane poſt Matutinuꝫ diei, dictis huiuſmodi Vigilijs cū Laudibus, immediate dici poteſt Miſſa pro defunctis. Excipiūtur ab hoc ordine dicēdi Miſſam Cōuentualeꝫ, Miſſę, in nocte Natiu. Dñi, quę ſuo loco dicūtur: Miſſa ſcilicet Cōuētualis prima, poſt mediam noctē, Secūda poſt Laudes ⁊ Primā: Tertia poſt Tertiā: vel vbi alias ex diſpēſatione Apoſtolica diſponatur.

De ordine, ſedendi, ſtandi, ⁊ genuflectendi in Miſſa ſolenni.

IN Miſſa ſolēni celebrās medi⁹ inter Diaconū, ⁊ Subdiaconū ſedere poteſt a cornu epiſtole iuxta Altare, cū cātatur Kyrie eleiſon, Gloria in excelſis, Credo: alio tēpore ſtat ad Altare, ⁊ genuflectit, quando oportet, vt ſupra.

¶ Item genuflectit quādo legitur Euāgeliuꝫ, In principio, ad illa verba, Et verbum caro factum eſt ad Euāgelium, Cū natus eſſet Jeſus, ad illa verba Et procidētes adorauerūt eum. Item Euāgelium Ferię iiij. poſt Dñicam quartam Quadrageſimę, ad illa verba in fine, ⁊ procidēs adorauit eū. Et cum Diaconus cātat illa verba, ipſe verſus librum, Celebrans ⁊ circunſtātes verſus Altare genuflectūt: Subdiaconus vero tenens librū, ⁊ Acolutbi candelabra, non genuflectunt. Item genuflectit celebrans priuate celebrās: cū dicit, Flectamus genua. non autem cum ſolenniter celebrat: ſed Diaconus, ⁊ Subdiaconus, ⁊ circunſtantes. Item celebrās ⁊ Miniſtri genuflectunt, cū dicitur in Quadrageſima, Adiuua nos Deus. Item, cū dicitur in Miſſa Spiritus ſancti: Veni ſancte Spiritus, reple. ⁊c. Iteꝫ quando legitur Paſſio, ad illa verba, Expirauit. Et quandocunqꝫ fiunt genuflexiones, vt ſupra: circunſtātes autem in Miſſis priuatis ſemper genuflectunt, preterquam ad Euangelium.

¶ In ſolēnibus autē genuflectūt ab ijs, qui nō ſunt prelati ad Confeſſionē cū ſuo Pſalmo: ⁊ ab omnibus quādo eleuatur Sacramētum, ſed dum cantatur. Introitus, Gloria in excelſis, Epiſtola. Graduale, Credo, Offertorium, ⁊ facta communione, dum cantatur Communio. ſedetur, in alijs ſtatur.

¶ In miſſis Feriarum Aduen. Quadrageſimę, Vigiliarum, quę ieiunantur, ⁊ Quatuor temporum, ac in Miſſis Defunctorum, circunſtantes genuflectunt ad Confeſſionem cum ſuo Pſalmo, ad Orationes dicto per celebrantē Sanctus, vſqꝫ ad Pax Domini, ⁊ ad Poſtcommunionem, excepta Vigilia Paſchę, ⁊ Pentecoſtes, ac Natiuitate Domini.

De Coloribus, ⁊ qualitate Paramentorum.

PAramenta Altaris celebrantis, ⁊ Miniſtrorum ſint coloris conuenientis Officio ⁊ Miſſę diei, ſecundum vſum Romanę Eccleſię: quę quinque coloribus vti conſueuit, Albo, Rubeo, Viridi, Violaceo, ⁊ Nigro.

Albo colore vtitur.

1 A Veſperis vigilię Natiuitatis Domini, vſque ad Octauam Epiphanię incluſiue: exceptis feſtis Martyrum quę infra eam veniunt.
2 In feria v. Cęnę Domini.
3 In Sabbatho ſancto in Officio Miſſę, ⁊ ab illo die vſqꝫ ad Sabbathum Pentecoſtes excluſiue.
4 In Officio de Tempore, preterquam in Miſſa Litaniarum, ⁊ Rogationum.
5 In feſtis B. Marię, ⁊ per eius Octauas, preterquam in benedictione candelaruꝫ, ⁊ proceſſione, quę fit in Purificatione eiuſdem.
6 In eiuſdem virginis Miſſis votiuis.
7 In miſſa ſanctę Trinitatis.
8 In feſto corporis Chriſti.
9 In feſtis Angelorum.
10 In feſto Natiuit. S. Johan. Bapt.
11 In feſto Omnium Sanctorum.
12 In feſto principali S. Johannis Euange. quod eſt infra Octauam Natiuit. Domini.

13 In vtraqꝫ

23 In vtraque Cathedra S. Petri.
24 In conuerſione S. Pauli.
25 In feſto S. Petri ad Vincula.
26 In feſto transfigurationis Domini.
27 In feſto Confeſſorum Pontificum, & { Doctorum non Pontificum.
28 In feſtis ſanctarum Virginum & non Virg.
29 In Conſecratione & Dedicatione Eccleſię.
30 In Conſecratione Pontificis.
31 In Oct. prędictorum Feſtorum, quę Octauam habent, quando fit Officium de Octaua.
32 In Dominicis infra Octauam dictorum Feſtorum per Annum occurrentibus.

Rubeo colore vtitur.

1 A Vigilia Pentecoſtes in Miſſa vſque ad ſabbathum ſequens incluſiue.
2 In feſto Decollationis Sancti Johannis Baptiſtę.
3 In feſto Sanctę Crucis.
4 In feſto Sancti Johannis ante portam Latinam.
5 In feſto ſanctorum Innocentium, quando in Dominica venit ſimuliter, & in eius die octaua.
6 In Natali Apoſtol. exceptis Feſtis { Johannis Euangeliſtę infra Octa. Natiuitatis Domini. Conuerſionis Sancti Pauli: S. Petri, Cathedrę & Vinculorum.
7 In feſtis Martyrū excepto Feſto ſanctorum Innocentium, niſi in Dominica venerit
8 In Octaua prędictorum Feſtorū quę Octauas habent, quando fit de Octaua.
9 In Dominicis per annū infra eas Oct. occurrentibus.

Viridi colore vtitur.

1 Ab Octaua Epiphanię vſque ad Septuageſimam excluſiue in Officio de Tempore.
2 Ab Octaua Pentecoſtes, vſque ad Aduentum excluſiue in Officio de Tempore.
Exceptis { Dominica Trinitatis. Dominicis infra Octauas occurrentibus, in quibus color Octauarum ſeruatur. Vigilijs, & Quatuor Temporibus.

Violaceo colore vtitur.

1 A Dominica prima Aduentus vſque ad Miſſam Vigilię Natiuitatis Domini incluſiue.
2 A Septuageſima vſq; ad Officiū ante Miſſā in Vigil. Paſchę incluſiue: in Officio de Tēpore: excepta Feria v. in Cęna Dñi & Paraſceue, & Benedictione Cerei, in qua Diaconus illius Pręfationem dicens ſolus vtitur Albo: ea autem finita, Violaceo, vt prius.
3 Officio in Vigilia Pētecoſtes ante Miſſam facta benedictione fontium incluſiue.
4 Quatuor Temporibus.
5 Vigilijs quę ieiunantur: exceptis Vigilia & Quatuor Tēporibus Pentecoſtes.
6 Miſſa Litaniarum, & Rogationum.
7 Feſto ſanctorū Innocentium quando nō venit in Dñica.
8 Benedictione cādelarū, in die purificationis B. Marię.
9 Benedictione Palmarum, & in ipſa Dñica in Palmis.
10 Generaliter in omnibus proceſſionibus: exceptis proceſſionibus ſancti Sacramenti, & quę fiunt in ſolennibus diebus.

Nigro colore vtitur.

¶ In Feria ſexta in Paraſceue, & in Miſſis Defunctorum.

¶ In officio Miſſę celebrans ſemper vtitur Planeta ſuper Albam. Si autem ſit Epiſcopus, & ſolēniter celebrat, ſuper Dalmatica & Tunicella.

¶ Pluuiali vtitur in proceſſionibus, & benedictionibus, quę fiunt in Altari. Item in Officio Laudum & Veſperarum, quando ſolenniter dicuntur: eodem vtitur aſſiſtens celebrāti in Miſſa Pontificali. Item quando celebrans poſt Miſſam defunctorum facit in fine abſolutionem.

¶ Cum celebrās vtitur pluuiali, ſemper deponit manipulū: & vbi pluuiale haberi non poteſt, in benedictionibus, quę fiūt in altari, celebrans ſtat ſine Planeta cum Alba & Stola.

¶ Dalmatica & Tunicella vtuntur Diaconus & Subdiaconus in Miſſa ſolenni & proceſſionibus, & benedictionibus, quandocunque Sacerdoti miniſtrant.

¶ In diebus vero ieiuniorum pręterquam in Vigilijs Sanctorū, & in Dominicis, & Ferijs Aduētus & Quadrageſimę, ac in Vigilia Pentecoſtes ante Miſſam, exceptis Dominica, Gaudete, etiam ſi eius Miſſa infra hebdomadā repetatur, Dominica Lętare, Vigilia Natiuitatis. Sabbatho ſancto in benedictione Cerei, & in Miſſa, & Quatuor Temporibus Pentecoſtes, in Cathedralibus & pręcipuis Eccleſijs vtuntur Planetis plicatis ante pectus: quam Planetam Diaconus dimittit, cum lecturus eſt Euangelium, & tunc ſuper ſiniſtrum humerum ſuper Stolam complicatur, aut ponitur aliud genus Stolę latioris in modum Planetę plicatę: & facta communione, reſumit Planetam vt prius. Similiter Subdiaconus dimittit eam, cū lecturus eſt Epiſtolam, quam legit in Albis: & poſtea eam reſumit vt prius.

¶ In minoribus autem Eccleſijs, prędictis diebus ieiuniorum Alba tantum amicti miniſtrent: Subdiaconus cum manipulo, Diaconus etiam cum Stola ab humero ſiniſtro ſub dextrum pendente.

# DE DEFECTIBVS In celebratione Miſſarum occurrentibus.

SAcerdos celebraturus omnem adhibeat diligentiam, ne aliquid ex requiſitis ad ſacramentum euchariſtię conficiendū deſit. Poteſt autem defectus contingere ex parte materię conſecrandę, & ex parte formę adhibendę, & ex parte miniſtri conficientis. Quicquid enim horum deficit, ſcilicet materia debita, forma cum intētione, & ordo ſacerdotalis in conficiente, non conficitur ſacramentum. Et his exiſtentibus, quibuſcunque alijs deficientibus, veritas adeſt ſacramēti. Alij vero ſunt defectus, qui in Miſſę celebratione occurrentes, & ſi veritatem ſacramenti non impediant, poſſunt tamē aut cum peccato, aut cum ſcandalo contingere.

## De defectu materię.

DEfectus ex parte materię poſſunt cōtingere, ſi aliquid deſit ex ijs, quę ad ipſā requiruntur. Requiritur enim, vt ſit panis triticeus, & vinū de vite: & vt huiuſmodi materia conſecranda in actu conſecrationis ſit coram ſacerdote.

## De defectu Panis.

SI panis non ſit triticeus, vel ſi triticeus ſit admiſtus granis alterius generis in tanta quantitate, vt non maneat panis triticeus, vel ſit alioqui corruptus: non conficitur ſacramentum. Si ſit confectus de aqua roſacea vel alterius diſtillationis, dubium eſt an conficiatur. Si cęperit corrumpi, ſed non ſit corruptus, ſimiliter ſi non ſit azymus ſecundum morem Eccleſię latinę, conficitur: ſed conficiens grauiter peccat.

¶ Si celebrans ante conſecrationem aduertit hoſtiam eſſe corruptam, aut non eſſe triticeam: remota illa hoſtia aliam ponat, & canonem iterum incipiat, & proſequatur miſſam. Si id aduertit poſt conſecrationem, etiam poſt illius hoſtię ſeu ſanguinis ſumptionem poſita alia, a conſecratione incipiat, ſcilicet ab illis verbis: Qui pridie quam pateretur: illam priorem ſi non ſumpſit, ſumat poſt ſumptionem corporis & ſanguinis, vel alij ſumendam tradat, vel alicubi reuerenter conſeruet. Si autem ſumpſerit, nihilominus ſumat eā, quā conſecrauit, quia pręceptum de perfectione ſacramenti maioris eſt ponderis, quam quod a ieiunis ſumatur.

Aduer-

Aduertendum autem, quod ſi hoc contingat poſt ſumptionem ſanguinis, apponi debet rurſus nouus panis, ⁊ vinum cum aqua, facta prius oblatione, ⁊ proſequenda omnia que ſequuntur: ne ſacramentum remaneat imperfectum, ⁊ vt debitus ſeruetur ordo.

¶ Si hoſtia conſecrata diſpareat, vel caſu aliquo, vt vento aut miraculo, vel a mure accepta, vel alio animali, ⁊ nequeat reperiri: tunc altera conſecretur (ab eo loco incipiendo, Qui pridie quam pateretur: facta eius prius oblatione) ⁊ illud animal ſi capi poteſt, occidatur, ⁊ comburatur, ⁊ cineres ponantur in ſacrarium vel ſub altari.

## De defectu Vini.

Si vinum ſit factum penitus acetum vel penitus putridum, vel de vuis acerbis, ſeu non maturis expreſſum, vel admixtum tantum aque, vt vinum ſit corruptum, non conficitur Sacramentum.

¶ Si vinum ceperit aceſcere, vel corrũpi, vel fuerit aliquãtulũ acre vel muſtũ, tunc de vuis expreſſum, vel non fuerit admixta aqua, vel fuerit admixta aqua roſacea, ſeu alterius diſtillationis: conficitur ſacramentum, ſed cõficiens grauiter peccat.

¶ Si celebrans ante conſecrationem ſanguinis, quamuis poſt cõſecrationem corporis, aduertat, aut vinum, aut aquã, aut vtrunque non eſſe in calice: debet ſtatim apponere vinum cum aqua, ⁊ conſecrare, incipiendo ab illis verbis, Simili modo. ⁊c. Si poſt verba conſecrationis aduertat vinum non fuiſſe poſitum, ſed aquam: depoſita aqua, iterum vinum cum aqua ponat in calice, ⁊ reſumat a verbis predictis. Si hoc aduertat poſt ſumptionẽ corporis, vel huiuſmodi aque, apponat aliam hoſtiam iterum conſecrandam, ⁊ vinum in calice: ⁊ vtrunque conſecret, ⁊ ſumat in fine, quamuis aliam hoſtiam conſecratam, vel aquam ſumpſerit: propter ſacramenti integritatem in celebratione ſeruandam.

¶ Si quis percipiat ante conſecrationem vel poſt conſecrationem, totum vinum eſſe acetum, vel alias corruptum: idem ſeruetur quod ſupra, ac ſi deprehenderet non eſſe poſitum vinum, vel ſolam aquam fuiſſe appoſitam in calice. Si autem Celebrans ante conſecrationem calicis aduertat non fuiſſe appoſitam aquam, ſtatim ponat eam, ⁊ proferat verba conſecrationis. Si id aduertat poſt cõſecrationem calicis nullo modo apponat, quia non eſt de neceſſitate ſacramenti.

¶ Si materia que eſſet apponenda ratione defectus, vel panis, vel vini, non poſſet vllo modo haberi: ſi id ſit ante conſecrationem corporis, vlterius procedi non debet: ſi poſt conſecrationem corporis, aut etiam vini, deprehẽditur defectus alterius ſpeciei, altera iam conſecrata: tunc ſi nullo modo haberi poſſit, procedendum erit, ⁊ miſſa abſoluenda. Quod ſi expectando aliquandiu, haberi poſſit, expectandum erit, ne imperfectum ſacrificium remaneat.

## De defectibus Forme.

Defectus ex parte forme poſſunt contingere, ſi aliquid deſit ex iis, que ad integritatem verborum in ipſa conſecratione requiruntur. Verba autẽ cõſecrationis, que ſunt forma huius ſacramenti: ſunt hec, Hoc eſt enim corpus meũ. Et, Hic eſt enim calix ſanguinis mei, noui ⁊ eterni teſtamẽti, myſterium fidei, qui pro vobis ⁊ pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Si quis autẽ aliquid diminueret, vel immutaret de forma cõſecrationis corporis ⁊ ſanguinis, ⁊ in ipſa verborum immutatione, verba idẽ nõ ſignificarẽt: nõ cõficeret ſacramẽtũ. Si quis aliquid adderet, quod ſignificationẽ non mutaret, conficeret quidem, ſed grauiſſime peccaret.

¶ Si celebrans non recordetur ſe dixiſſe ea, que in conſecratione communiter dicuntur: non debet propterea turbari. Si tamen certo ei, vel valde probabiliter conſtet, ſe omiſiſſe aliquid, eorum, que ſunt de neceſſitate ſacramenti: id eſt formam conſecrationis: reſumat ipſam formam, ⁊ cetera proſequatur per ordinem. Si autem non ſunt de neceſſitate ſacramenti: non reſumat, ſed procedat vlterius.

## De defectibus miniſtri.

Defectus ex parte miniſtri poſſunt contingere, quo ad ea, que in ipſo requiruntur. Hec autem ſunt: in primis intentio, deinde diſpoſitio anime, diſpoſitio corporalis, diſpoſitio veſtimentorum, diſpoſitio in miniſterio ipſo, quoad ea que in ipſo poſſunt occurrere.

## De defectu intentionis.

Si quis non intendit cõficere, ſed deluſorie aliquid agere. ¶ Item ſi alique hoſtie ex obliuione remaneãt in altari, vel aliqua pars vini, vel aliqua hoſtia lateat, cum non intendat conſecrare niſi quas videt.

¶ Item ſi quis habeat coram ſe vndecim hoſtias, ⁊ intendat conſecrare ſolum decẽ, non determinans quas decẽ intẽdit: non cõſecrat, quia requiritur intentio. Secus ſi putãs quidẽ eſſe decem, tamen omnes voluit conſecrare quas coram ſe habebat: nam tũc omnes erũt conſecrate: atque ideo quilibet ſacerdos talẽ ſemper intẽtionẽ habere debet, ſcilicet conſecrãdi eas omnes, quas ante ſe ad cõſecrandũ poſitas habet.

¶ Si ſacerdos putans ſe tenere vnam hoſtiam, poſt conſecrationem inuenerit fuiſſe duas ſimul iunctas: in ſumptione ſumat ſimul vtranque. Quod ſi comprehẽdat poſt ſumptionem corporis ⁊ ſanguinis, aut etiam poſt ablutionem, reliquias aliquas relictas conſecratas, eas ſumat, ſiue parue ſint, ſiue magne, quia ad idem ſacrificium ſpectant.

¶ Si vero relicta ſit hoſtia integra conſecrata, eam in tabernaculo cum aliis reponat: ſi hoc fieri nequit, ſequenti ſacerdoti ibi celebraturo, in altari ſupra corporalia decenter opertam ſumendam vna cum altera quam eſt conſecraturus, relinquat: vel, ſi neutrum horum fieri poſſit, in ipſo Calice ſeu patena decenter conſeruet, quouſque vel in tabernaculo reponatur, vel ab altero ſumatur: quod ſi non habeat quomodo honeſte conſeruetur, poteſt eam ipſemet ſumere.

¶ Si intentio non ſit actualis in ipſa conſecratione propter euagationem mẽtis, ſed virtualis, cum accedẽs ad altare intẽdat facere quod facit eccleſia: cõficitur ſacramentum: etſi curare debet ſacerdos, vt etiã actualẽ intẽtionem adhibeat.

## De defectibus diſpoſitionis anime.

Si quis ſuſpenſus, excommunicatus, ⁊ degradatus celebret: conficit quidem ſacramentum, ſed grauiſſime peccat, tam propter communionem, quam indigne ſumit, quam propter executionem ordinum, que ſibi erat interdicta.

¶ Si quis habens copiam confeſſoris celebret in peccato mortali, grauiter peccat.

¶ Si quis autem in caſu neceſſitatis non habens copiã confeſſoris, in peccato mortali abſque contritione celebret: grauiter peccat. Secus ſi conteratur: debet tamen, cum primum poterit, confiteri. Si in ipſa celebratione miſſe ſacerdos recordetur ſe eſſe in peccato mortali, conteratur cũ propoſito confitendi, ⁊ ſatisfaciendi. Si recordetur ſe eſſe excommunicatum, vel ſuſpenſum, aut locum eſſe interdictum: ſimiliter conteratur, cum propoſito petendi abſolutionem: ante cõſecrationem autem, ſi non timetur ſcandalum debet miſſam inceptam deſerere, ſecus ſi eſſet publice excommunicatus.

## De defectibus diſpoſitionis corporis.

Si quis non eſt ieiunus poſt mediam noctem, etiam poſt ſumptionem ſolius aque, vel alterius potus, aut cibi, per modum etiam medicine, ⁊ in quãtumcunque parua quantitate: non poteſt communicare, nec celebrare.

¶ Si autem ante mediam noctem cibum, aut potum ſumpſerit, etiam ſi poſtmodum non dormierit, nec ſit digeſtus, non peccat, ſed ob perturbationem mentis, ex qua deuotio tollitur, conſulitur aliquando abſtinendum.

¶ Si reliquie cibi remanentes in ore transglutiantur, non impediunt communionem, cum non transglutiantur per modum cibi, ſed per modum ſaliue. Idem dicẽdum, ſi lauando os, deglutiantur ſtille aque preter intentionem.

¶ Si plures miſſas in vna die celebret, vt in nocte Natiuitatis: in vltima tantum miſſa percipiat purificationem.

¶ Si preceſſerit pollutio nocturna, que cauſata fuerit ex precedenti cogitatione, que ſit peccatum mortale, vel, euenerit propter nimiam crapulam, abſtinẽdum eſt a communione, ⁊ celebra-

celebratione. Si dubium eſt, an in præcedenti cogitatione fuerit peccatum mortale, conſulitur abſtinendum, extra tñ caſum neceſſitatis. Si autem certum eſt non fuiſſe in illa cogitatione peccatum mortale, vel nullam fuiſſe cogitationez, ſed eueniſſe ex naturali cauſa, aut ex diabolica illuſione: poteſt communicare, & celebrare, niſi ex illa corporis commotione tãta euenerit perturbatio mẽtis, vt abſtinẽdũ videat.

De defectibus in miniſterio ipſo occurrentibus.

Poſſunt etiam defectus occurrere in miniſterio ipſo, ſi aliquid ex requiſitis ad illud deſit: vt ſi non celebretur in loco ſacro, vel deputato ab epiſcopo: nec in altari conſecrato: nec tribus mappis cooperto. Si nõ adſint luminaria cerea. Si non ſit tempus debitum celebrandi, quod eſt ab aurora vſq; ad meridiem, communiter. Si celebrans ſaltem matutinum cum laudibus non dixerit. Si omittat aliquid ex veſtibus ſacerdotalib⁹. Si veſtes ſacerdotales, & mappę nõ ſint ab epiſcopo vel ab alio hanc habente poteſtatem benedictę. Si non adſit clericus, vel alius deſeruiens in miſſa: vel adſit, qui deſeruire non debet, vt mulier. Si non adſit calix cum patena conueniens, cuius cuppa debet eſſe aurea, vel argentea, vel ſtannea: non ęrea, vel vitrea. Si corporalia non ſint mũda, quę debẽt eſſe ex lino, nec ſerico in medio ornata, & ab epiſcopo, vel ab alio hanc habẽte poteſtatez benedicta. Si celebrat capite cooperto ſine diſpenſatione. Si nõ adſit miſſale, licet memoriter ſciret miſſam, quam intendit dicere.

¶ Si ſacerdote celebrante violetur eccleſia ante canonem, dimittatur miſſa. Si poſt canonem, non dimittatur.

¶ Si ſacerdos ante conſecrationẽ grauiter infirmetur, vel in ſyncopẽ inciderit, aut moriatur: pętermittitur miſſa. Si poſt conſecrationem corporis tantum ante conſecrationem ſanguinis: vel vtroq; conſecrato, id accidit: miſſa per alium ſacerdotem expleatur ab eo loco vbi ille deſiit. Si autem nõ obierit, ſed fuerit infirmus, adeo vt poſſit communicari: & nõ adſit alia hoſtia conſecrata: diuidat hoſtiam, & vnam partem prębeat infirmo, aliaz ipſe ſumat. Si autẽ ſemiprolata forma corporis obijt ſacerdos, aut ſemiprolata forma ſanguinis: tũc alter ſimiliter proſequatur miſſam, & ſuper eandem hoſtiam ſeu eundem calicem repetat integram formam, ab eo loco (Qui pridie quã pateretur.) & in ſanguine ab eo loco (Similiter poſtquam cęnauit.) vel poſſet ſuper alium panem, & in calice ſimiliter, cũ in forma calicis deficit, ſuper aliũ calicem pręparatum, integram formam proferre, & hoſtiã primi ſacerdotis inter reliquias ſeruare, vel eaz ſumere poſt oblationem ſanguinis, ſi conſtat quod non ſit conſecrata: in dubio vero, tutius eſt accipere poſt ſumptionem: & idem de calice relicto ſemiconſecrato. Siquis extra huiuſmodi caſus neceſſitatis integra ſacramenta non ſumpſerit, grauiſſime peccat.

¶ Si muſca, vel aranea, vel aliquid aliud ceciderit in calicẽ ante conſecrationem: proijciat vinum ſubtus altare, & aliud ponat in calice, miſceat parum aquę: offerat, & proſequatur miſſam. Si poſt conſecrationez ceciderit muſca, aut aliquid eiuſmodi & fiat nauſea ſacerdoti: extrahat eam, & lauet cum vino: finita miſſa comburat: & combuſtio, ac lotio huiuſmodi in ſacrarium proijciatur. Si autem non fuerit ei nauſea, nec vllum periculum timeat, ſumat cum ſanguine.

¶ Si aliquod venenoſum ceciderit in calicẽ, vel quod prouocaret vomitum: vinum conſecratum reponendum eſt in alio calice, & aliud vinum cum aqua apponendum denuo conſecrandum: & finita miſſa ſanguis repoſitus in panno lineo vel ſtuppa tamdiu ſeruet, donec ſpecies vini fuerint deſiccatę: & tunc comburatur, & combuſtio in ſacrario proijciatur. Si aliquod venenatum contigerit hoſtiam conſecratam, tunc alteraz conſecret, & ſumat modo, quo dictũ eſt: & illa ſeruetur in tabernaculo loco ſeparato, & animal captum occidatur, & comburatur, vt ſupra dictum eſt. Si ſumendo ſanguinem, particula remanſerit in calice: digito ad labiuz calicis adducat, & ſumat ante purificationem, vel infundat vinũ, & ſumat.

¶ Si hoſtia ante cõſecrationẽ inueniatur fracta, niſi populo euidenter appareat, talis hoſtia cõſecretur. Si autẽ ſcãdalũ populo eſſe poſſit, alia accipiatur, & offeratur: quod ſi illius hoſtię iaz erat facta oblatio, eã poſt ablutionẽ ſumat. Quod ſi ante oblationẽ hoſtia appareat confracta, accipiatur altera integra, ſi citra ſcandalum, aut lõgam morã fieri poterit.

¶ Si propter frigus, vel negligentiam hoſtia conſecrata dilabatur in calicem, propterea nihil eſt reiterandum, ſed ſacerdos miſſam proſequatur.

¶ Si in hyeme ſanguis cõgeletur in calice, inuoluatur calix pannis calefactis: ſi id non proficeret, ponatur in feruenti aqua dummodo in calicem non intret, donec liqueſiat.

¶ Si per negligentiaz aliquid de ſanguine Chriſti ceciderit, ſiquidem ſuper tabulam, lingua lambatur, & pars illa tabulę radatur quantum ſatis eſt. Item ſi non fuerit tabula, locus ipſe radatur, & comburatur: cinis vero iuxta altare recondatur. Si vero ſuper lapidez altaris ceciderit, ſorbeat ſacerdos ſtillã, & locus bene abluatur, & ablutio in ſacrariũ proijciatur. Si ſuper linteum altaris, & ad aliud linteũ ſtilla peruenerit, & ſi vſq; ad tertium: linteamina ter abluantur, vbi ſtilla ceciderit, calice ſuppoſito, & aqua ablutionis in ſacrarium proijciatur: & pars illa lintei ſiue pallę poſt ablutionem abſcindatur, & comburatur, & cinis in ſacrario condatur. Quod ſi in ipſo ſolum corporali, aut ſi in veſtibus ipſis ſacerdotalibus ceciderit: ſatis erit ablui, & ablutio in ſacrarium proijciatur. Si in ſubſtrato pedibus pãno, vel tapeto: & ablui oportebit, & partem abſcindi & comburi, & cineres ſimiliter in ſacrariũ immitti. At ſi contingat totum ſanguinem poſt conſecrationem effundi, ſi quidem aliquid vel parum remanſit, illud ſumatur, & de effuſo reliquo ſanguine fiat, vt dictum eſt. Si vero nihil omnino remanſit, ponat iterum vinum & aquam, & conſecret ab eo loco (Similiter poſtquam cęnauit) facta prius tamen calicis oblatione.

¶ Si ſacerdos euomat eucharistiam, ſi ſpecies integrę appareant, reuerenter ſumantur, niſi nauſea fiat: tunc eniz ſpecies conſecratę caute ſeparentur, & in aliquo loco ſacro reponantur. Quod ſi ſpecies non appareant, comburatur vomitus, & cineres in ſacrarium proijciantur.

¶ Si hoſtia cõſecrata, vel aliqua eius particula dilabatur in terram: reuerenter accipiatur, & locus vbi cecidit, mũdetur, & aliquantulum abradatur, & puluis ſeu abraſio huiuſmodi in ſacrariũ proijciat. Si ceciderit extra corporale in mappã, ſeu alio quouis modo in aliquod linteũ, mappa vel linteũ huiuſmodi diligẽter lauetur, & lotio ipſa in ſacrarium effundatur.

¶ Poſſunt etiã defectus in miniſterio ipſo occurrere, ſi Sacerdos ignoret ritus & ceremonias ipſas in eo ſeruandas, de quibus omnibus in ſuperioribus rubricis copioſe dictuz eſt.

# PRÆPARATIO AD Miſſam pro opportunitate ſacerdotis facienda.

Ad Eccleſię ingreſſum ante altare genuflexus orans dicit.

Introibo in domum tuam in holocauſtis: reddam tibi vota mea, quę diſtinxerunt labia mea. Antiphona.

Ne reminiſcaris, Domine, delicta noſtra, vel parentum noſtrorum: neq; vindictam ſumas de peccatis noſtris.

Quę Antiphona in duplicibus tantum duplicatur.

Deinde dicuntur ſequentes pſalmi. Pſ. 82.

Quam dilecta tabernacula tua dñe virtutum: concupiſcit & deficit anima mea in atria domini.

Cor meum & caro mea: exultauerũt in Deũ viuũ.

Etenim paſſer inuenit ſibi domum: & turtur nidum, vbi reponat pullos ſuos.

Altaria tua domine virtutum: rex meus, & Deus meus.

Beati qui habitant in domo tua domine: in ſęcula ſęculorum laudabunt te.

Beatus vir, cuius eſt auxilium abs te: aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lacrymarum, in loco quem poſuit.

Etenim benedictionem dabit legiſlator, ibunt de virtute in virtutem:

virtutem:videbitur Deus deorum in Sion.
Domine Deus virtutum exaudi orationem meam: auribus percipe Deus Jacob.
Protector noſter aſpice Deus: ꝛ reſpice in faciē Chriſti tui.
Quia melior eſt dies vna in atrijs tuis:ſuper millia.
Elegi abiectus eſſe in domo Dei mei: magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.
Quia miſericordiam ꝛ veritatem diligit Deus: gratiam ꝛ gloriam dabit Dominus.
Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia: Dñe virtutum, beatus homo qui ſperat in te. Gloria pñ. Ps. 84.
Benedixiſti Domine terram tuam: auertiſti captiuitatem Jacob.
Remiſiſti iniquitatē plebis tuę: operuiſti omnia peccata eorū.
Mitigaſti omnē iram tuā: auertiſti ab ira indignationis tuę.
Conuerte nos deus ſalutaris noſter: ꝛ auerte irā tuā a nobis.
Nunquid in ęternum iraſceris nobis? aut extendes iram tuam a generatione in generationem?
Deus tu cōuerſus viuificabis nos: ꝛ plebs tua lętabit in te.
Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam: ꝛ ſalutare tuum da nobis.
Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: quoniam loquetur pacem in plebem ſuam.
Et ſuper ſanctos ſuos: ꝛ in eos qui conuertuntur ad cor.
Veruntamen prope timentes eum ſalutare ipſius: vt inhabitet gloria in terra noſtra.
Miſericordia ꝛ veritas obuiauerunt ſibi: iuſtitia ꝛ pax oſculatę ſunt.
Veritas de terra orta eſt: ꝛ iuſtitia de cęlo proſpexit.
Etenim Dominus dabit benignitatem: ꝛ terra noſtra dabit fructum ſuum.
Iuſtitia ante eum ambulabit: ꝛ ponet in via greſſus ſuos.
Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ ſpiritui ſancto. Pſalmus 85.
Inclina Domine aurem tuam, ꝛ exaudi me: quoniam inops ꝛ pauper ſum ego.
Cuſtodi animam meam, quoniam ſanctus ſum: ſaluum fac ſeruum tuum Deus meus ſperantem in te.
Miſerere mei Domine, quoniam ad te clamaui tota die: lętifica animam ſerui tui, quoniam ad te Domine animam meam leuaui.
Quoniam tu Domine ſuauis ꝛ mitis: ꝛ multę miſericordię omnibus inuocantibus te.
Auribus percipe orationem meam: ꝛ intende voci deprecationis meę.
In die tribulationis meę clamaui ad te: quia exaudiſti me.
Non eſt ſimilis tui in dijs dñe: ꝛ non eſt ſecūdum opera tua.
Omnes gentes quaſcunque feciſti, venient, ꝛ adorabunt coram te Domine: ꝛ glorificabunt nomen tuum.
Quoniā magnus es tu, ꝛ faciēs mirabilia: tu es Deus ſolus.
Deduc me Domine in via tua, ꝛ ingrediar in veritate tua: lętetur cor meum, vt timeat nomen tuum.
Confitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo: ꝛ glorificabo nomen tuum in ęternum.
Quia miſericordia tua magna eſt ſuper me: ꝛ eruiſti animaꝫ meam ex inferno inferiori.
Deus, iniqui inſurrexerunt ſuper me: ꝛ ſynagoga potentium quęſierunt animam meam, ꝛ non propoſuerunt te in conſpectu ſuo.
Et tu Domine Deus miſerator ꝛ miſericors: patiens ꝛ multę miſericordię ꝛ verax.
Reſpice in me, ꝛ miſerere mei, da imperiuꝫ tuum puero tuo: ꝛ ſaluum fac filium ancillę tuę.
Fac mecum ſignum in bonum, vt videant, qui oderunt me, ꝛ confundantur: quoniam tu Domine adiuuiſti me, ꝛ conſolatus es me. Gloria patri, ꝛ filio. Pſalmus 115.
Credidi propter quod locutus ſum: ego autem humiliatus ſum nimis.
Ego dixi in exceſſu meo: omnis homo mendax.
Quid retribuam Domino, pro omnibus quę retribuit mihi?
Calicem ſalutaris accipiam: ꝛ nomen Domini inuocabo.
Vota mea Domino reddam coram omni populo eius: precioſa in conſpectu Domini, mors ſanctorum eius.
O dñe qa ego ſeruus tuus: ego ſeru⁹ tuus, ꝛ filius ancillę tuę.
Dirupiſti vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis: ꝛ nomen Domini inuocabo.
Vota mea Domino reddam in conſpectu omnis populi eius: in atrijs domus domini, in medio tui Jeruſalem. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ ſpiritui ſancto. Pſalmus 129.
De profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.
Fiant aures tuę intendentes: in vocem deprecationis meę.
Si iniquitates obſeruaueris Dñe: Domine quis ſuſtinebit?
Quia apud te propitiatio eſt: ꝛ propter legem tuam ſuſtinui te Domine.
Suſtinuit aia mea in verbo eius: ſperauit anima mea in dño.
A cuſtodia matutina vſqꝫ ad noctem: ſperet Jſrael in dño.
Quia apud Dominum miſericordia: ꝛ copioſa apud eum redemptio.
Et ipſe redimet Jſrael: ex omnibus iniquitatibus eius.
Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio, ꝛ nunc, ꝛ ſemper, ꝛ in ſęcula ſęculorum. ℟. Amen.
Deinde repetitur Aña. Ne reminiſcaris Domine delicta noſtra, vel parentum noſtrorum: neque vindictam ſumas de peccatis noſtris. Deinde ſacerdos dicit. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Ego dixi, Domine, miſerere mei. ℟. Sana animam meam, quia peccaui tibi. ℣. Conuertere Domine aliquantulum. ℟. Et deprecare ſuper ſeruos tuos. ℣. Fiat miſericordia tua Dñe ſuper nos. ℟. Quemadmodum ſperauimus in te. ℣. Sacerdotes tui induantur iuſtitiam. ℟. Et ſancti tui exultent. ℣. Ab occultis meis munda me Domine. ℟. Et ab alienis parce ſeruo tuo. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Aures tuę pietatis, mitiſſime Deus, inclina precibus noſtris, ꝛ gratia ſancti ſpiritus illumina cor noſtrum: vt tuis myſterijs digne miniſtrare, teque ęterna charitate diligere mereamur.

Deus, cui omne cor patet, ꝛ omnis voluntas loquitur, ꝛ quem nullum latet ſecretum: purifica per infuſionem ſancti ſpiritus cogitationes cordis noſtri: vt te perfecte diligere, ꝛ digne laudare mereamur.

Ure igne ſancti Spiritus renes noſtros, ꝛ cor noſtrum Domine: vt tibi caſto corpore ſeruiamus, ꝛ mundo corde placeamus.

Mentes noſtras quęſumus Domine, paraclitus, qui a te procedit, illuminet: ꝛ inducat in omnem, ſicut tuus promiſit filius, veritatem.

Adſit nobis, quęſumus, Domine, virtus Spiritus ſancti, quę ꝛ corda noſtra clementer expurget, ꝛ ab omnibus tueatur aduerſis.

Deus, qui corda fidelium ſancti Spiritus illuſtratione docuiſti: da nobis in eodem ſpiritu recta ſapere, ꝛ de eius ſemper conſolatione gaudere.

Conſcientias noſtras, quęſumus Domine, viſitando purifica: vt veniens Dominus noſter Jeſus Chriſtus, filius tuus, paratam ſibi in nobis inueniat manſionem. Qui tecum viuit ꝛ regnat, in vnitate Spiritus ſancti, Deus, per omnia ſęcula ſęculorum. Amen. Tum dicit Pontifex.

Calcia me, Domine, caligas iucunditatis, ꝛ corrobora genua meę debilitatis, vt indefeſſus valeam per ſemitaꝫ mandatorum tuorum ad te peruenire. Alia Oratio.

Calcia, dñe, pedes meos in pręparationē euāgelij pacis, ꝛ ptege me i velamēto alarū tuarū. Deinde dicit pōtifex.

Exue me, Domine, veterem hominem, cum moribus ꝛ actibus ſuis: ꝛ indue me nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt.

Sequuntur

D A Domine, virtutem manibus meis, ad abſtergẽdum omnem maculã: vt ſine pollutione mentis ⁊ corporis valeam tibi ſeruire.

I Mpone, Domine, capiti meo galeam ſalutis, ad expugnandos diabolicos incurſus.

D Ealba me, Domine, ⁊ munda cor meum, vt in ſanguine agni dealbatus, gaudijs perfruar ſempiternis.

P Recinge me, Domine, cingulo puritatis: ⁊ extingue in lumbis meis humorem libidinis: vt maneat in me virtus continentię, ⁊ caſtitatis.

M Unire digneris me, domine Jeſu Chriſte, ab omnibus inſidijs inimicorum omnium, ſigno ſanctiſſimę Crucis tuę: ac concedere digneris mihi indigno ſeruo tuo: vt ſicut hanc Crucem ſanctorum tuorum reliquijs refertam ante pectus meum teneo: ſic ſemper mente retineam ⁊ memoriam paſſionis, ⁊ ſanctorum victorias Martyrum.

M Erear, Domine portare manipulum fletus ⁊ doloris, vt cum exultatione recipiam mercedem laboris.

R Edde mihi, Domine, ſtolam immortalitatis, quam perdidi in preuaricatione primi parentis: ⁊ quamuis indignus accedo ad tuum ſacrum myſterium, merear tamen gaudium ſempiternum.

T Unica iocunditatis, ⁊ induméto letitię induat me dñs.

I Ndue me Domine indumento ſalutis ⁊ veſtimento letitię: ⁊ dalmatica iuſtitię circunda me ſemper.

C Ircunda, dñe, manus meas mũditia noui hominis, qui de cęlo deſcẽdit, vt quẽadmodũ Jacob dilectus tuus, pelliculis hędorũ opertis manibus, paternã benedictionem, oblato patri cibo potuq; gratiſſimo impetrauit: ſic ⁊ oblata per manus noſtras ſalutari hoſtia, gratię tuę benedictionẽ merear.

D Omine, qui dixiſti: Jugum meũ ſuaue eſt, ⁊ onus meum leue: fac, vt iſtud portare ſic valeam, quod conſequar tuam gratiam. Amen.

M Itram Domine, ⁊ ſalutis galeam impone capiti meo, vt contra antiqui hoſtis, omniumque inimicorum meorum inſidias inoffenſus euadam.

C Ordis corporis mei Domine digitos virtute decora, ⁊ ſeptiformis ſpiritus ſanctificatione circunda.

M Erear Domine, portare manipulum fletus ⁊ doloris: vt cum [illegible] recipiam mercedem laboris.

GRA[illegible] A[illegible]

Trium puerorum [illegible] hymnum: quem cantabant ſancti in camino [illegible] benedicentes Dominum.

B Enedicite omnia opera domini domino: laudate ⁊ ſuperexaltate eum in ſecula.

B enedicite angeli domini domino: benedicite cęli domino.
B enedicite aquę omnes, quę ſuper cęlos ſunt domino: benedicite omnes virtutes domini domino.
B enedicite Sol ⁊ Luna dño: benedicite ſtellę cęli domino.
B enedicite imber ⁊ ros domino: benedicite omnes ſpiritus Dei domino.
B enedicite ignis ⁊ ęſtus domino: benedicite frigus ⁊ ęſtas domino.
B enedicite rores ⁊ pruina domino: benedicite gelu ⁊ frigus domino.
B enedicite glacies ⁊ niues domino: benedicite noctes ⁊ dies domino.
B enedicite lux ⁊ tenebrę domino: benedicite fulgura ⁊ nubes domino.
B enedicat terra dñm: laudet ⁊ ſuperexaltet eum in ſecula.
B enedicite montes ⁊ colles domino: benedicite vniuerſa germinantia in terra domino.
B enedicite fontes Domino: benedicite maria ⁊ flumina domino.
B enedicite cete ⁊ omnia quę mouentur in aquis, domino: benedicite omnes volucres cęli domino.
B enedicite omnes beſtię ⁊ pecora domino: benedicite filij hominum domino.
B enedicat Jſrael dñm: laudet ⁊ ſuperexaltet eum in ſecula.
B enedicite ſacerdotes domini domino: benedicite ſerui domini domino.
B enedicite ſpiritus ⁊ animę iuſtorum domino: benedicite ſancti ⁊ humiles corde domino.
B enedicite Anania, Azaria, Miſael domino: laudate ⁊ ſuperexaltate eum in ſecula.
B enedicamus Patrem ⁊ Filium cum ſancto Spiritu: laudemus ⁊ ſuperexaltemus eum in ſecula.
B enedictus es domine in firmamento cęli: ⁊ laudabilis ⁊ glorioſus ⁊ ſuperexaltatus in ſecula.

L Audate dominum in ſanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.
L audate eum in virtutibus eius: laudate eum ſecundum multitudinem magnitudinis eius.
L audate eum in ſono tubę: laudate eum in Pſalterio ⁊ cithara.
L audate eum in tympano ⁊ choro: laudate eum in chordis ⁊ organo.
L audate eum in cymbalis beneſonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis, omnis ſpiritus laudet dominum.
G loria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto. S icut erat in principio, ⁊ nunc, ⁊ ſemper, ⁊ in ſecula ſeculorum. Amen.

Trium puerorum cantemus hymnum: quem cantabant ſancti in camino ignis benedicentes dominum.

K yrie eleiſon. C hriſte eleiſon. K yrie eleiſon. P ater noſter. E t ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo. C onfiteantur tibi Domine omnia opera tua. Et ſancti tui benedicant tibi. E xultabunt ſancti in gloria. Letabuntur in cubilibus ſuis. N on nobis Domine non nobis. Sed nomini tuo da gloriam. D omine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. D ominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo. O remus.

D Eus, qui tribus pueris mitigaſti flammas ignium, concede propitius: vt nos famulos tuos non exurat flamma vit[illegible].

A Ctiones noſtras, quęſumus Domine, aſpirando preueni, ⁊ adiuuando proſequere: vt cuncta noſtra oratio ⁊ operatio a te ſemper incipiat, ⁊ per te cępta finiatur.

D A nobis, quęſumus Domine, vitiorum noſtrorum flammas extinguere: qui beato Laurentio, martyri tuo, tribuiſti tormentorum ſuorum incendia ſuperare. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

# ALIÆ ORATIONES pro opportunitate ſacerdotis ante celebrationem ⁊ cõ munionem dicendę.

[illegible]

SUmme ſacerdos ⁊ vere Põtifex Ieſu Chriſte, qui te obtuliſti Deo patri hoſtiam pu[illegible] ⁊ immaculatã in ara [illegible] pro nobis miſeris peccatoribus, quique dediſti nobis carnem tuam ad manducandum: ⁊ ſanguinem tuum ad bibendum: ⁊ poſuiſti myſterium illud in virtute Spiritus ſancti tui dicens, hec quotieſcunque feceritis in mei memoriam facietis. Rogo te per ſanguinem tuum pretioſum, magnum ſalutis noſtrę pretium. Rogo per hanc mirabilẽ ⁊ ineffabilẽ charitatem tuam, qua nos miſeros ⁊ indignos ſic amare dignatus es: vt lauares nos a peccatis noſtris in ſanguine tuo. Doce me ſeruum [illegible]um indignum, quem inter cęteras dona tua ad officium ſacerdotale vocare dig[illegible]s es, nullis meis meritis, ſed ſola dignatione miſericordię tuę. Doce me quęſo per Spiritum ſanctum tuum tantũ myſterium tractare, ca reu[illegible]ia, ⁊ honore, eaq; deuotione ⁊ timore: quibus oportet ⁊ decet. Fac me dñe Ieſu Chriſte, per gratiam tuam ſemper illud de tãto myſterio credere, ⁊ intelligere, ſentire, ⁊ firmiter retinere, dicere, ⁊ cogitare, quod tibi placet ⁊ expedit animę meę. Intret ſpiritus tuus bonus in cor meum, qui ſonet ibi ſine ſono ⁊ ſine ſtr[illegible]pitu verborũ: ⁊ loquatur omnem veritatẽ tantorum myſteriorũ. Profunda quippe ſunt nimis: ⁊ ſacro tecta velamine. Propter magnam clementiam tuã Deus concede mihi hodie ⁊ ſemper miſſarum ſolennia, puro corde ⁊ pura mente celebrare. Libera cor meum ab immundis, nefandis, [illegible]is ⁊ noxiis cogitationibus. Muni me beatorũ pia ⁊ fida tutela atq; fortiſſima cuſtodia: angelorũ vt hoſtes omniũ bonorũ cõfuſi diſcedant, per virtutẽ tanti myſterii: ⁊ per manum ſancti angel[illegible] tui. Repelle a me domine Ieſu Chriſte, ⁊ a cunctis ſeruis tuis duriſſimum ſpiritum ſuperbię ⁊ cenodoxię, inuidię, iracundię, fornicationis, ⁊ immundicię, dubietatis ⁊ blaſphemię. Confundantur qui me perſequuntur: pereant illi qui perdere cuncta feſtinant.

Rex virtutũ amator caſtitatis ⁊ integritatis omnipotens deus, cęleſti rore benedictionis tuę extingue in me ⁊ in corpore meo totum fomitẽ ardentis libidinis: vt maneat in me feruor totius caſtitatis animę ⁊ corporis. Mortifica in mẽbris meis carnis ſtimulos, omnesq; libidinis cõmotiones, ⁊ da mihi perpetuam caſtitatem cum cęteris bonis tuis quę tibi placent in veritate: vt ſacrificium laudis caſto corpore ⁊ mundo corde valeam tibi offerre. Quanta eniʒ domine Ieſu Chriſte cordis contritione ⁊ lachrymarũ fonte: quanta reuerentia ⁊ tremore: q[illegible]ta corporis caſtitate ⁊ animę puritate: iſtud [illegible]ium [illegible]m ⁊ cę[illegible]eſte ſacrificium eſt celebrandum, vbi caro tu[illegible] in veritate ſumitur, vbi ſanguis tuus in veritate bibitur: vbi ſummis ima coniunguntur: vbi adeſt preſentia ſanctorum angelorũ: vbi tu es ſacerdos, ⁊ ſacrificium mirabiliter ⁊ ineffabiliter c[illegible]ſtitutus. Quis digne hoc celebrare poterit, niſi tu deus omnipotens offerentem feceris dignum? Scio, ⁊ vere ſcio, ⁊ ipſum pietati [illegible]ę confi[illegible]r quia non ſũ dignus accedere ad tantum myſterium, pr[illegible]pter nimia p[illegible]ccata mea, ⁊ infinitas negligentias meas. [illegible]cio ver[illegible], ⁊ [illegible]edo ex toto corde, ⁊ ore confiteor, quia potes me [illegible]ac[illegible]e dignum, qui ſolus potes facere mundum de immundo conceptum ſemine, ⁊ de peccatoribus iuſtos facis ⁊ ſanctos.

Per hanc omnipotentiam tuam te rogo: vt [illegible] mihi peccatori hoc cęleſte ſacrificium [illegible]elebrare cum timore ⁊ tremore, cũ cordis puritate ⁊ lachrymarum fonte, cum lętitia ſpirituali, ⁊ cęleſti gaudio. Sentiat mens mea dulc[illegible]nẽ beatiſſimę pręſentię tuę, ⁊ excubias ſanctorum angelorum tuorum in circuitu meo. Ego enim dñe, memor venerandę paſſionis tuę accedo ad altare tuũ: licet peccator, vt offeram tibi ſacrificiũ quod tu [illegible]ſti, ⁊ offerri pręcepiſti, in commemoratione tua, pro ſalute noſtra.

Suſcipe ergo iſtud, quęſo, ſumme Deus, dulciſſime Ieſu Chriſte, pro eccleſia tua ſancta ⁊ pro cuncto populo tuo quem acquiſiuiſti ſanguine tuo pretioſo. [illegible] quoniã me peccatorem inter te ⁊ eundem populum medium eſſe voluiſti, licet in me boni operis teſtimonium non agnoſcas, officium diſpenſationis creditę non recuſes, nec per me indignum famulum tuum eorum ſalutis pereat pretium, pro quibus victima factus ſalutaris, dignatus es eſſe redemptio. Profero ergo domine (ſi dignaris propitius intueri) tribulationes plebium, pericula populorum, captiuorum gemitum ⁊ miſeriam orphanorum, neceſſitates peregrinorum, inopiam debilium, deſperationes languentium, defectus ſenum, ſuſpiria iuuenum, vota virginum, lamenta viduarum.

Tu enim miſereri[illegible]mnium dñe, ⁊ nihil odiſti eorum quę feciſti. Memorare quę ſit noſtra ſubſtantia, quia tu Pater noſter es, ne iraſcaris ſatis, neq; multitudinẽ viſcerum tuorũ ſuper nos contineas. Non enim in iuſtificationibus noſtris proſternimus preces noſtras ante faciẽ tuam, ſed in miſerationibus tuis multis. Aufer a nobis dñe iniquitates noſtras, ⁊ ignẽ ſancti Spiritus in nobis clemẽter accẽde. Aufer cor lapideũ de carne nrã, ⁊ da nobis cor carneũ, quod te timeat, diligat, ⁊ honorificet, te delectetur, te ſequatur, ⁊ te perfruatur.

Oramus dñe clementiam tuam, vt ſereno vultu familiam tuam, ſacri tui nominis officia pręſtolantem, aſpicere digneris, ⁊ vt nullius ſit irritum votum, nullius vacua poſtulatio, tu nobis preces ſuggere, quas ipſe audire propitius ⁊ exaudire delecteris. Rogamus etiam te ſancte Pater pro ſpiritibus fidelium defunctorum, vt ſit illis ſalus ęterna, ac perpetua ſanitas, gaudium ⁊ refrigerium ſempiternum, hoc magnum pietatis ſacramentum. Domine Deus meus, ſit illis hodie magnum ⁊ plenum gaudium de te pane viuo ⁊ vero, qui de cęlo deſcendiſti, ⁊ das vitam mundo, de carne ſancta ⁊ benedicta, agni videlicet immaculati, qui tollis peccatum mundi paſci, ⁊ potare de fonte pietatis tuę, qui per lanceam militis de latere emanauit crucifixi dñi noſtri, vt conſolati exultent in laude ⁊ gloria tua ſancta.

Peto dñe clemẽtiam tuam vt deſcẽdat ſuper hũc panem ⁊ calicem illum plenitudo tuę diuinitatis. Deſcẽdat etiã dñe illa ſancti Spiritus tui inuiſibilis forma ⁊ incõprehenſibilis maieſtas, ſicut quõdam in patrum hoſtias deſcẽdebat: qui ⁊ oblationes noſtras, corpus ⁊ ſanguinem tuum efficiat: ⁊ me indignũ ſacerdotem tuũ doceat t[illegible]tum tractare myſteriũ, ita vt placide ⁊ benigne ſacrificiũ ſuſcipias de manibus meis: ad ſalutẽ omnium tã viuorum quã defunctorũ. Rogo te dñe per ipſum ſacroſanctũ myſterium corporis ⁊ ſanguinis tui, quo quotidie in eccleſia tua paſcimur ⁊ potamur, abluimur ⁊ ſanctificamur, atq; vnius tuę ſummęq; diuinitatis participes efficimur: quatenus des mihi virtutes tuas ſanctas: quibus repletus, bona cõſciẽtia, ad altare tuũ accedã: ita vt hęc cęleſtia ſacramẽta efficiãtur mihi ſalus ⁊ vita. Tu enim dixiſti ore tuo ſanc[illegible]o ⁊ bened[illegible]o: Panis quẽ ego dedero, caro mea eſt pro mũdi vita. ⁊, Qui mãducat me, viuet ꝑpter me: ipſe manet in me, ⁊ ego in eo. Ego ſum panis viuus, qui de cęlo deſcendi. Siquis manduca[illegible] [illegible]t ex hoc [illegible]e, viuet in ęternũ.

Pan[illegible] dulciſſime, ſa[illegible]m cordis mei: vt ſentiam ſuauitatem amoris tui. [illegible]ana ab omni languore, vt nullam pręt[illegible] te amem pulchritudinem. Panis candidiſſime, habẽ[illegible] in te om[illegible]e delectamentum, ⁊ omnis ſaporis ſuauitatem, qui nos ſemper reficis, comedat te cor meum: ⁊ dulcedine ſaporis tui repleantur viſcera animę meę. Manducat te [illegible]ngelus pleno ore, manducet t[illegible] peregrinus homo pro mod[illegible]lo ſ[illegible], ne deficere poſſit in via, tali recreatus viatico.

Panis ſancte, panis viue, panis pulcher, panis munde, qui deſcendiſti de cęlo, ⁊ das vitam mundo: veni in cor meum, ⁊ munda me ab omni inquinamẽto carnis ⁊ ſpiritus.

Intra

Intra in animam meam: ſana ⁊ ſanctifica me interius, ⁊ exterius. Eſto tutamē ⁊ perpetua ſalus corporis ⁊ animę meę. Repelle a me inſidiantes mihi. Hoſtes recedant, procul a pręſentia tua: vt foris ⁊ intus per te munitus, recto tramite perueniam ad tuum regnum: vbi non myſteriis ſicut in hoc tempore agitur, ſed facie ad faciem te videbimus, cum tradideris regnum Deo patri, ⁊ erit Deus omnia in omnibus. Tunc me de te ſatiabis ſatietate mirifica: vt nec eſuriam, nec ſitiam in ęternum. Qui cum eodem Deo patre ⁊ Spiritu ſancto viuis ⁊ regnas in ſęcula ſęculorum. Amen.

Alia oratio ſancti Ambroſij.

AD menſam dulciſſimi conuiuij tui, pie Domine Ieſu Chriſte, ego peccator de proprijs meritis nihil pręſumens, ſed de tua confidens miſericordia ⁊ bonitate, accedere vereor ⁊ contremiſco. Nam cor ⁊ corpus habeo multis criminibus maculatum, mentem ⁊ linguam non caute cuſtoditam. Ergo o pia Deitas, o tremenda maieſtas: ego miſer inter anguſtias deprehenſus, ad te fontem miſericordię recurro: ad te feſtino ſanandus: ſub tuam protectionem fugio: ⁊ quem iudicem ſuſtinere nequeo, ſaluatorem habere ſuſpiro. Tibi Domine plagas meas oſtendo: tibi verecundiam meam detego. Scio peccata mea multa, ⁊ magna, pro quibus timeo. Spero miſericordias tuas, quarum non eſt numerus. Reſpice ergo in me oculis miſericordię tuę Domine Ieſu Chriſte, rex ęterne, Deus, ⁊ homo, crucifixus propter hominem. Exaudi me ſperantem in te: miſerere mei pleni miſerijs ⁊ peccatis, tu qui fontem miſerationis nunquam manare ceſſabis. Salue ſalutaris victima, pro me ⁊ omni humano genere in patibulo crucis oblata. Salue nobilis ⁊ pretioſe ſanguis, de vulneribus crucifixi domini mei Ieſu Chriſti profluens, ⁊ peccata totius mundi abluens. Recordare Domine creaturę tuę, quam tuo ſanguine redemiſti: pęnitet me peccaſſe: cupio emendare quod feci. Aufer ergo a me clementiſſime pater omnes iniquitates ⁊ peccata mea: vt purificatus mente ⁊ corpore, digne degustare merear ſancta ſanctorum: ⁊ concede, vt ſancta pręlibatio corporis ⁊ ſanguinis tui, quam ego indignus ſumere intendo, ſit peccatorum meorum remiſſio, ſit delictorū perfecta purgatio, ſit turpium cogitationum effugatio, bonorumque ſenſuum regeneratio, operumque tibi placentium ſalubris efficacia: animę quoque ⁊ corporis contra inimicorum meorum inſidias firmiſſima tuitio. Amen.

Oratio ſancti Thomę Aquinatis.

OMnipotēs ſempiterne Deus, ecce accedo ad Sacramentum vnigeniti filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti. Accedo tanquam infirmus ad medicum vitę, immundus ad fontem miſericordię, cęcus ad lumen claritatis ęternę, pauper ⁊ egenus ad Dominum cęli ⁊ terrę. Rogo ergo immenſę largitatis tuę abundantiam, quatenus meam curare digneris infirmitatem, lauare fęditatē, illuminare cęcitatem, ditare paupertatem, veſtire nuditatem: vt te panē Angelorum, Regem Regū, ⁊ Dominum dominantium, tanta ſuſcipiam reuerentia ⁊ humilitate, tanta contritione ⁊ deuotione, tāta puritate ⁊ fide, tali propoſito ⁊ intētione, ſicut expedit ſaluti animę meę. Da mihi quęſo Dominici corporis ⁊ ſanguinis, non ſolum ſuſcipere Sacramentum, ſed etiam rem ⁊ virtutem Sacramenti. O mitiſſime Deus, da mihi corpus vnigeniti filij tui domini noſtri Ieſu Chriſti, quod traxit de virgine Maria, ſic ſuſcipere, vt corpori ſuo myſtico merear incorporari, ⁊ inter eius membra connumerari. O amātiſſime pater, concede mihi dilectum filium tuum, quem nunc velatum in via ſuſcipere propono, reuelata tandem facie perpetuo contemplari. Qui tecum viuit ⁊ regnat, in vnitate Spiritus ſancti Deus: Per omnia ſęcula ſęculorum. Amen.

Alię orationes poſt celebrationem, ⁊ cōmunionem dicēdę.

Oratio Sancti Thomę.

GRatias tibi ago Domine ſancte, Pater omnipotens, ęterne Deus, qui me peccatorem, indignum famulum tuum, nullis meis meritis, ſed ſola dignatione miſericordię tuę ſatiare dignatus es, pretioſo corpore ⁊ ſanguine filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti. Et precor vt hęc ſancta communio non ſit mihi reatus ad pęnam, ſed interceſſio ſalutaris ad veniam. Sit mihi armatura fidei, ⁊ ſcutum bonę voluntatis. Sit vitiorum meorum euacuatio, concupiſcentię ⁊ libidinis exterminatio: charitatis ⁊ patientię, humilitatis ⁊ obediētię augmentatio: contra inſidias inimicorum omnium, tam viſibilium quam inuiſibilium, firma defenſio: motuum meorum, tam carnalium quam ſpiritualium, perfecta quietatio: in te vno ac vero Deo firma adhęſio: atque finis mei felix conſummatio. Et precor te, vt ad illud ineffabile conuiuium me peccatorem perducere digneris: vbi tu cum Filio tuo ⁊ Spiritu ſancto, Sanctis tuis es lux vera, ſatietas plena, gaudium ſempiternum, iucunditas conſummata, ⁊ fęlicitas perfecta. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Alia oratio ſancti Bonauenturę.

TRansfige dulciſſime Domine Ieſu medullas ⁊ viſcera animę meę, ſuauiſſimo ac ſaluberrimo amoris tui vulnere, vera, ſerenaque ⁊ Apoſtolica ſanctiſſima charitate, vt langueat ⁊ liqueſcat anima mea ſolo ſemper amore, ⁊ deſiderio tui, te concupiſcat, ⁊ deficiat in atria tua, cupiat diſſolui, ⁊ eſſe tecum. Da, vt anima mea te eſuriat, panem angelorum, refectionem animarum ſanctarum, panem noſtrum quotidianum, superſubſtantialem, habentem omnem dulcedinem, ⁊ ſaporem, ⁊ omne delectamentum ſuauitatis: te, in quem deſiderant angeli proſpicere, ſemper eſuriat, ⁊ comedat cor meum, ⁊ dulcedine ſaporis tui repleantur viſcera animę meę: te ſemper ſitiat fontem vitę, fontem ſapientię ⁊ ſcientię, fontem ęterni luminis, torrentem voluptatis, vbertatem domus Dei: te ſemper ambiat, te quęrat, te inueniat: ad te tendat, ad te perueniat: te meditetur, te loquatur: ⁊ omnia operetur in laudem ⁊ gloriam nominis tui, cū humilitate ⁊ diſcretione, cum dilectione ⁊ delectatione, cum facilitate ⁊ affectu, cum perſeuerantia vſque in finem: ⁊ tu ſis ſolus ſemper ſpes mea, tota fiducia mea, diuitię meę, delectatio mea, iucūditas mea, gaudium meum, quies, ⁊ trāquillitas mea, pax mea, ſuauitas mea, odor meus, dulcedo mea, cibus meus, refectio mea, refugium meum, auxilium meum, ſapientia mea, portio mea, ⁊ poſſeſſio mea, theſaurus meus, in quo fixa, ⁊ firma, ⁊ immobiliter ſemper ſit radicata mens mea, ⁊ cor meum. Amen.

Rhythmus S. Thomę ad ſacram Euchariſtiam.

ADoro te deuote latens Deitas,
Quę ſub his figuris vere latitas:
Tibi ſe cor meum totum ſubijcit,
Quia te contemplans totum deficit.
Viſus, guſtus, tactus in te fallitur,
Sed auditu ſolo tute creditur.
Credo quicquid dixit Dei filius,
Nihil veritatis hoc verbo verius.
In cruce latebat ſola Deitas,
Sed hic latet ſimul ⁊ humanitas.
Ambo tamen credens atque confitens,
Peto quod petiuit latro pęnitens.
Plagas, ſicut Thomas, non intueor,
Deum tamen meum te confiteor.
Fac me tibi ſemper magis credere,
In te ſpem habere, te diligere.
O memoriale mortis Domini,
Panis verus, vitam pręſtans homini,
Pręſta meę menti de te viuere,
Et te illi ſemper dulce ſapere.
Pie pellicane Ieſu Domine,
Me immundum munda tuo ſanguine:
Cuius vna ſtilla ſaluum facere
Totum mundum poſſet omni ſcelere.
Ieſu, quem velatum nunc aſpicio,
Quando fiet illud, quod tam ſitio:
Vt te reuelata cernens facie,
Viſu ſim beatus tuę glorię. Amen.


·I·N·R·I·

# ORDINARIVM MISSARVM DE TEMPORE.

## DOMINICA PRIMA ADVENTVS.

Statio ad ſanctam Mariam maiorem.
Ad Miſſam. Introitus.



AD te leuaui animam
meam Deus meus,
in te cõfido, non erubeſcã:
neqꝫ irrideant me inimici
mei: ètenim vniuerſi q̃ te ex
pectant, non confundẽtur.
Ps. Vias tuas dñe demon
ſtra mihi: ⁊ ſemitas tuas edo
ce me. ℣. Gloria patri, ⁊ fi
lio, ⁊ ſpũi ſcõ. Sicut erat in
principio, ⁊ nũc, ⁊ ſemper:
⁊ in ſecula ſeculorũ. Amen.
Quo finito repetit̃ Ad te
leuaui. vſqꝫ ad pſ. Hic mo
dus repetendi Introitum
ſeruatur per totum annum
poſt Kyrie eleiſon. Nõ dr̃
Gloria in excelſis. ab hac Dominica vſqꝫ ad Natiuitatem Do
mini, niſi in feſtis. Oremus. Oratio.

EXcita quęſumus dñe, potentiam tuam, ⁊ veni:
vt ab imminentibuſ peccatorum noſtrorũ pe
riculis: te mereamur protegente éripi, te liberãte ſal
uari. Qui viuiſ ⁊ regnas cũ deo patre i vnitate ſpũs
ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.
Ab hac die vſqꝫ ad vigiliam Natiuitatis Dñi, poſt orationẽ diei

dr Oratio. Deus qui de beatę Marię ⁊ Ecclesię. vel Deus omnium fidelium. vt infra. Si autem facienda ſit commemoratio alicuius feſti ſimplicis occurrentis, poſt orationem diei dicitur oratio de ſancto, tertia de ſancta Maria.

Oremus. Oratio de ſctã Maria.

Deus q de beatę Marię virginis vtero, verbum tuũ, angelo nunciãte, carnẽ ſuſcipere voluiſti: pſta ſupplicib⁹ tuis: vt, q verẽ eã genitricem dei credim⁹, eius apud te itercesſiõib⁹ adiuuemur.

Contra perſecutores Eccleſię.

Eccleſię tuę, q̃s dñe, p̃ces placatus admitte: vt, deſtructis aduerſitatibus, ⁊ erroribus vniuerſis, ſecura tibi ſeruiat libertate. Per dñm noſtrũ Jeſum Chriſtum filium tuum: Qui tecũ viuit ⁊ regnat in vnitate ſpirit⁹ ſancti, Deus, per omnia ſęcula ſęculorũ. ℟. Amen. Uel pro Papa.

Deus omniũ fideliũ paſtor ⁊ rector, famulũ tuum N. quẽ paſtorẽ Eccleſię tuę preeſſe voluiſti, propitius reſpice: da ei, q̃s, verbo ⁊ exẽplo, quibus pręeſt proficere: vt ad vitaz, vna cum grege ſibi credito perueniat ſempiternã. Per dñm.

Infra hebdomadas Aduentus qñ dr Miſſa de feſto ſemiduplici, ſecunda oratio erit de Aduentu, iij. de s. Maria; q̃ terminat ſic: Per eũdẽ dñm nr̃m. ⁊c. Si aũt dicat Miſſa de feſto duplici, poſt oõnem feſti dr oratio tñ de Aduentu. In Aduentu, de feſtis ſimplicibus non dr Miſſa conuentualis, ſed eorum fit tantum cõmemoratio.

Lcõ eplę b. Pauli apl'i ad Rom.

ca.3. Fratres: Scientes, qa hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. (Nũc aũt propior eſt nr̃a ſalus: quã cuz credidimus. Nox p̃ceſſit, dies aũt appropinquauit.) Abijciamus ergo opera tenebrarũ: ⁊ induamur arma lucis. Sicut i die honeſtẽ ambulem⁹. Nõ in comeſſationibus, ⁊ ebrietatibus: non in cubilibus, ⁊ impudicitijs: non in contentione, ⁊ ęmulatione: ſed induimini dominũ Jeſum Chriſtũ.

Gradu. Uniuerſi, qui te expectãt, non confundentur dñe. ℣. Uias tuas dñe notas fac mihi: ⁊ ſemitas tuas edoce me. 24. ps.

Halãh, hal. ℣. Oſtẽde nobis dñe miſericordiã tuam: ⁊ ſalutare tuũ da nobis, hal. 84. ps.

In ferijs Aduentus qñ per hebdomadaz reſumitur Miſſa de Dñica, non dicitur Halãh. nec verſus ſequẽs, ſed tñ Grad.

Sequẽtia s. euangelij ſm Lucã.



In illo tẽpore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. 21. ca. Erunt ſigna in ſole, ⁊ luna, ⁊ ſtellis, ⁊ in terris p̃ſſura gentium, prę cõfuſione ſonitus maris, ⁊ fluctuum: areſcentibus hominibus prę timore, ⁊ expectatione, quę ſuperuenient vniuerſo orbi. Nam virtutes cęlorum mouebũtur. Et tunc videbunt filiũ hominis venientẽ in nube cũ poteſtate magna, ⁊ maieſtate. His aũt fieri incipiẽtibus, reſpicite, ⁊ leuate capita veſtra: qm̃ appropinquat redemptio veſtra. Et dixit illis ſimilitudinem. Uidete ficulneam, ⁊ omnes arbores: cum producunt iam ex ſe fructuz, ſcitis qm̃ prope eſt ęſtas. Jta ⁊ vos, cum videritis

hęc

hęc fieri: ſcitote qm̃ ꝓpe eſt regnũ
dei. Amẽ dico vobis: quia nõ pteri
bit generatio hęc, donec oĩa fiant.
Cęlum ⁊ terra tranſibunt: verba
aũt mea non tranſibũt. Credo.
Ps. 24. Offert. Ad te leuaui aĩam meã: Deus
meus in te confido, non erubeſcã: neq; ir-
rideãt me inimici mei: etenim vniuerſi qui
te expectant, non confundent. Secreta.
HÆc ſacra nos dñe potẽti vir-
tute mũdatos, ad ſuũ faciant
puriores venire principiũ. Per d.
Oremus. De ſancta Maria.
IN mentibus noſtris, q̃s dñe,
verę fidei ſacramenta confir
ma: vt, qui conceptum de virgine
Deum verũ ⁊ hominẽ cõfitemur,
per eius ſalutiferę reſurrectionis
potentiam: ad ęternã mereamur
peruenire lętitiam. Per eundez.
Contra perſecutores Eccleſię.
PRotege nos dñe tuis myſte
rijs ſeruientes: vt, diuinis re
bus ihęrẽtes, ⁊ corpe tibi famule-
mur, ⁊ mẽte. Per d. Vel p Papa.
Oblatis, q̃s dñe, placare munera
bus: ⁊ famulũ tuum N. quẽ paſto
rẽ eccleſię tuę pręeſſe voluiſti, aſſi-
dua ꝓtectione guberna. Per do.
Ps. 84. Comm. Dñs dabit benignitatẽ: ⁊ ter-
ra noſtra dabit fructum ſuuz. Poſtcom.
SUſcipiamus domine miſeri-
cordiam tuam in medio tem
pli tui: vt reparationis noſtrę vẽ-
tura ſolennia: congruis honori-
bus pręcedamus. Per dominuz.
Oremus. De ſancta Maria.
GRatiã tuã, q̃s dñe, mentibus
noſtris infunde: vt qui ange
lo nunciante, Chriſti filij tui incar
nationẽ cognouimus, per paſſio-
nem eius ⁊ crucẽ, ad reſurrectio-
nis gloriã perducamur. Per eun.
Contra perſecutores Eccleſię.
QUęſumus domine Deus no
ſter: vt, quos diuina tribuis
participatione gaudere: huma-
nis non ſinas ſubiacẽre periculis.
Per dominum. Vel pro Papa.
Hęc nos, q̃s dñe, diuini ſacramẽ
ti perceptio prótegat: ⁊ famulum
tuũ N. quẽ paſtorem Eccleſię tuę
pęſſe voluiſti, vna cuz cõmiſſo ſibi
grege, ſaluet ſemp, ⁊ muniat. p d.
Benedicamus dño. Et ſic ſeruatur
quoties non dr̃ Gloria in excelſis Deo.
Si infra hebdomadas dicenda ſit miſ-
ſa de feria, ſemp reſumitur Miſſa de Dñi-
ca pręcedẽti, niſi propria Miſſa aſſignetur.
Cum in Aduẽtu, Quadrag. Quatuor
temporibus, Vigilijs, ⁊ Rogationibus dr̃
Miſſa de feſto duplici, vel ſemiduplici oc-
currente, ſemper fit cõmemo. de feria: ⁊ p
commemoratione feriarum Aduentus dr̃
oratio Dñicę p̃cedentis, niſi ſint Quatuor
tẽpora: in quibus habetur oratio propria.

DOMINICA SECVNDA
ADVENTVS.
Statio ad Sanctam Crucem in
Jeruſalem. Introitus.



POpulus Sion, Iſa. 30
ecce dñs veniet
ad ſaluandas gentes,
⁊ auditã faciet dñs glo
riam vocis ſuę, in lęti-
tia cordis veſtri. Ps.
Qui regis Iſrael intẽ
de, qui deducis velut
ouem Ioſeph. ℣. Gloria patri, ⁊ filio.
Non dr̃ Gloria in excelſis Deo. Oĩo.
EXcita dñe corda noſtra ad p̃
parãdas vnigeniti tui vias:

vt per eius aduentuȝ, purificatis
tibi mentibuſ ſeruire mereamur.
Qui tecum viuit, ⁊ regnat in vni-
tate ſpiritus ſancti Deus: per om
nia ſecula ſeculoꝛum. ℟. Amen.

Oꝛemus. Oꝛatio de ſctā Maria.

DEuſ, q̄ de beatę Marię virgi
nis vtero verbū tuū, angelo
nunciante, carnē ſuſcipere volui-
ſti: p̄ſta ſupplicibuſ tuiſ: vt, q̄ vere
eam genitricē dei credimus: eius
apud te interceſſionibus adiuue
mur. Per eundē. Uel pꝛo Papa.

Deus omnium fideliū paſtoꝛ, ⁊
rectoꝛ, famulū tuuȝ N. quē paſto-
reȝ Eccleſię tuę p̄eſſe voluiſti pꝛo-
piti⁹ reſpice: da ei, q̄s, verbo, ⁊ exē
plo quibuſ pꝛęeſt, pꝛoficere: vt ad
vitam, vna cuȝ grege ſibi credito,
perueniat ſempiternam. Per do.

Uel contra perſecutoꝛes Eccleſię. Oratio.

Eccleſię tuę. vt in Dn̄ica pꝛęterita.

Lcō eplę b. Pauli apl̄i ad Rom̄.

cap.15. FRatres: Quęcunq; ſcripta
ſunt, ad noſtram doctrinam
ſcripta ſunt: vt per patientiā, ⁊ cō
ſolationē ſcripturarum, ſpem ha-
i.coꝛ.2. b beamus. Deus aūt patientię ⁊ ſo
latij, det vobis idipſum ſapere in
alterutrum ſm̄ Jeſum Chꝛiſtum:
vt vnanimes, vno oꝛe honoꝛifice-
tis Deum, ⁊ patrē dn̄i noſtri Jeſu
Chꝛiſti. Pꝛopter qđ, ſuſcipite in-
uicē, ſicut ⁊ Chꝛiſtuſ ſuſcepit voſ,
in honoꝛē dei. Dico enim Chꝛiſtū
Jeſuȝ miniſtrū fuiſſe circūciſionis
pꝛopter veritatē dei, ad confirmā-
das pꝛomiſſiones patrū. Gentes
aūt ſuper miſericoꝛdia honoꝛare
ps.17. d Deum, ſicut ſcriptum eſt. Pꝛopte
2.re.22 rea confiteboꝛ tibi in gētib⁹ dn̄e,
⁊ nomini tuo cantabo. Et iterum
dicit. Lętamini genteſ cum plebe 126.ps
eius. Et iterū: Laudate oēs gēteſ
dn̄m, ⁊ magnificate euȝ oēs popu
li. Et rurſum Jſaias ait. Erit ra- 11.ca.
dix Jeſſe, ⁊ qui exurget regere gē
tes, in eum gētes ſperabūt. Deus
auteȝ ſpei repleat vos oī gaudio,
⁊ pace in credendo: vt abundetis
in ſpe, ⁊ virtute ſpiritus ſancti.

Grad. Ex Sion ſpecies decoꝛis eiuſ: ps. 49.
Deus manifeſtē veniet. ℣. Congregate il
li ſanctos eius: qui oꝛdinauerunt teſtamen
tum eiuſ ſuper ſacrificia. Haleluiah, hal.
℣. Lętatus ſuȝ in his quę dicta ſunt mihi: ps.121
in domum domini ibimus. Haleluiah.

Seq. ſ. euangelij ſm̄ Mattheū.

IN illo tempoꝛe: Cū audiſſet cap.11.
Johannes in vinculis ope-
ra Chꝛiſti, mittens duos ex diſci-
pulis ſuis, ait illi. Tu es qui ventu
rus es, an alium expectamus? Et
reſpondens Jeſus, ait illis. Eun-
tes, renunciate Johanni, quę au-
diſtiſ, ⁊ vidiſtiſ. Cęci vidēt, claudi
ambulant, lepꝛoſi mundātur, ſur-
di audiunt, moꝛtui reſurgūt, pau-
peres euāgelizant. Et beatus eſt,
q̄ non fuerit ſcandalizatus in me.
Jllis aūt abeuntibuſ, cępit Jeſuſ
dicere ad turbas de Johanne.
Quid exiſtis in deſertum videre?
Arundinē vēto agitatā? Sed qđ
exiſtis videre? Hominē mollibus
veſtitū? Ecce qui mollibus veſtiū-
tur, in domibus regum ſunt. Sed
quid exiſtis videre? Pꝛophetaȝ?
Etiam dico vobis, ⁊ pluſquā pꝛo
phetam. Hic eſt enim de quo ſcri-
ptum eſt. Ecce ego mitto angelū mal.3.
meum ante faciem tuā, qui pꝛępa- a
rabit

rabit viam tuam ante te. Credo.
ps. 84. Offertorium. Deus tu conuertens viuificabis nos, ⁊ plebs tua letabitur in te: oſtende nobis dñe miſericordiam tuam, ⁊ ſalutare tuum da nobis. Secreta.

PLacare, q̃s dñe, humilitatis nrẽ p̃cib⁹ ⁊ hoſtijs: ⁊, vbi nulla ſuppetũt ſuffragia meritorum, tuis nobis ſuccurre p̃ſidiis. Per do.

Oremus. De ſancta Maria.

IN mẽtibus noſtris, q̃s dñe, vere fidei ſacramenta cõfirma: vt, q conceptũ de virgine deum verum ⁊ hominẽ confitemur, per eius ſalutifere reſurrectionis potentiá, ad eternã mereamur peruenire letitiá. Per eun. Pro Papa.

Oblatis, q̃s dñe, placare muneribus: ⁊ famulũ tuũ N. quẽ paſtorẽ Eccleſie tue preeſſe voluiſti; aſſidua protectione guberna. Per do.

vel Protege. vt in dominica preterita.

Communio. Jeruſalem ſurge, ⁊ ſta in excelſo: ⁊ vide iucunditatem, que veniet tibi a Deo tuo. Poſtcommunio.

REpleti cibo ſpiritualis alimonie, ſupplices te dñe deprecamur: vt, huius participatione myſterij, doceas nos terrena deſpicere, ⁊ amare celeſtia. Per do.

Oremus. De ſancta Maria.

GRatiam tuam, q̃s dñe, mentibus nrĩs infunde: vt, qui, angelo nunciante, Chriſti filij tui incarnationem cognouimus: per paſſionem eius, ⁊ crucem: ad reſurrectionis gloriá perducamur. Per eundem dnm. Pro Papa.

Hec nos, q̃s dñe, diuini ſacramẽti perceptio protegat: ⁊ famulũ tuũ N. quẽ paſtorẽ Eccleſie tue preeſſe voluiſti: vna cũ cõmiſſo ſibi grege, ſaluet ſemp, ⁊ muniat. Per do.

vel Queſum⁹ dñe. vt in dñica preterita.

DOMINICA TERTIA DE ADVENTV.

Statio ad S. Petrum. Introitus.



GAudete in dño ſemper: iterũ dico, gaudete: modeſtia veſtra nota ſit omnib⁹ hominibus: dñs enim prope eſt: nihil ſoliciti ſitis, ſed in omni oratione, petitiones veſtre innoteſcant apud Deum. phil. 4. ps. Benedixiſti dñe terram tuam: auertiſti captiuitatem Jacob. ps. 84. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Non dicitur Gloria in excelſis Deo. Oratio.

AUrem tuá, q̃s dñe, p̃cibus nrĩs accõmoda: ⁊ mentis noſtre tenebras: gratia tue viſitationis illuſtra. Qui viuis ⁊ regnas cũ deo patre in vnitate ſpũs ſancti deus, per oĩa ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Oremus. Oratio de S. Maria.

DEus, qui de beate Marie virginis vtero, verbum tuũ angelo nunciante carnem ſuſcipere voluiſti, preſta ſupplicibus tuis: vt, qui vere eam genitricem Dei credimus, eius apud te interceſſionibus adiuuemur. Per eundẽ.

Contra pſecutores Eccliẽ. Orõ.

EccleſIe tue, queſumus domine, preces placatus admitte: vt deſtructis aduerſitatibus, ⁊ erroribus vniuerſis, ſecura tibi ſeruiat libertate. Per dominum noſtrum Jeſum. Vel pro Papa.

Oratio. Deus omnium fidelium. vt in prima Dominica.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Philippenſes.
ca. 4. FRatres. Gaudete i dño ſem
per: iterũ dico gaudete. Mo
deſtia veſtra nota ſit oibus homi
nibus: dñs enim prope eſt. Nihil
ſoliciti ſitis: ſed i omni oratione ⁊
obſecratione, cũ gratiaruꝫ actio
ne, petitiones veſtre innoteſcant
apud deum. Et pax dei que exupe
rat omnem ſenſum, cuſtodiat cor
da veſtra, ⁊ intelligẽtias veſtras,
in Chriſto Jeſu domino noſtro.
ps. 79. Gradua. Qui ſedes dñe ſuper Che
rubim, excita potentiam tuam: ⁊ veni. ℣.
Qui regis Jſraël intẽde, qui deducis ve
lut ouem Joſeph. Haleluiah, haleluiah.
℣. Excita domine potentiam tuam, ⁊ ve
ni: vt ſaluos facias nos. Haleluiah.
Seq. ſ. euangelij ſm Johannē.
ca. 1. IN illo tẽpore: Miſerunt Ju
dei ab Jeroſolymis ſacerdo
tes ⁊ leuitas ad Johannem, vt in
terrogarent eum: tu quis es? Et
confeſſus eſt, ⁊ non negauit. Et cõ
feſſus eſt: quia non ſuꝫ ego Chr̄s.
Et interrogauerunt eũ. Quid er
go? Elias es tu? Et dixit. Nõ ſuꝫ.
Propheta es tu? Et rñdit, Non.
Dixerunt ergo ei. Quis es, vt re
ſponſum demus his, qui miſerunt
nos? Quid dicis de teipſo? Ait.
Ego vox clamãtis in deſerto: Di
rigite viam dñi, ſicut dixit Jſaias
propheta. Et qui miſſi fuerant,
erant ex phariſeis. Et interroga
uerunt eũ, ⁊ dixerunt ei. Quid er
go baptizas, ſi tu nõ es Chriſtus,
neqꝫ Elias, neqꝫ propheta? Re
ſpondit eis Johãnes, dicẽs. Ego
baptizo in aqua: medius autẽ ve
ſtrum ſtetit, quẽ vos neſcitis. Ip
ſe eſt, qui poſt me venturus eſt, q
ante me factus eſt: cuius ego non
ſum dignus vt ſoluam eius corri
giã calciamẽti. Hec in Bethania
facta ſunt trans Jordanem, vbi
erat Johãnes baptizãs. Credo.
Offerto. Benedixiſti domine terram ps. 84.
tuam: auertiſti captiuitatem Jacob: remiſi
ſti iniquitatem plebis tue. Secreta.
DEuotionis noſtre tibi, que
ſumus dñe, hoſtia iugiter im
moletur: que, ⁊ ſacri peragat inſti
tuta myſterij, ⁊ ſalutare tuũ in no
bis mirabiliter operetur. Per d.
Oremus. De ſancta Maria.
IN mẽtibus noſtris, q̃s dñe,
vere fidei ſacramenta confir
ma: vt qui conceptum de virgine
Deum verum, ⁊ hominẽ confite
mur, p eius ſalutifere reſurrectio
nis potentiam, ad eternaꝫ merca
mur peruenire letitiã. Per eund.
Contra perſecutores Eccleſie.
PRotege nos dñe tuis myſte
rijs ſeruientes: vt, diuinis re
bus inherentes, ⁊ corpore tibi fa
mulemur, ⁊ mente. Per dominũ.
Vel pro Papa. Oblatio. vt in dñica j.
Communio. Dicite puſillanimis: cõfor Jſa. 33
tamini, ⁊ nolite timere: ecce Deus noſter
veniet, ⁊ ſaluabit nos. Poſtcommu.
IMploramus, dñe, clementiã
tuã: vt hec diuina ſubſidia,
a vitiis expiatos, ad feſta ventura
nos preparent. Per dominum.
Oremus. De ſancta Maria.
GRatiam tuam, q̃s dñe, menti
bus noſtris infunde: vt, qui
angelo nunciante, Chri filij tui in
carnationẽ cognouimus: per paſ
ſionem

ſioné eius, ⁊ crucé, ad reſurrectio
nis gloriam pducamur. Per eũd.

Contra perſecutores Eccleſię.

Queſumus dñe Deus noſter:
vt quos diuina tribuis par-
ticipatione gaudere, humanis nó
ſinas ſubiacére periculis. Per d.
Vel pro Papa. Nec nos. vt in j. dñica.

F E R I A Q V A R T A
Quatuor tpoꝝ Aduentus.
Statio ad s. Mariá Maioré. Int.



Iſa.45 Rorate cę
li deſup,
⁊ nubes pluát
iuſtum: aperiat
terra, ⁊ germi-
net ſaluatorem.
ps.18. Ps. Celi enar-
rát gloriá Dei:
⁊ opa manuũ
eius annunciat
firmamentum.
V. Gloria pa.
poſt Kyrie
eleiſ. imme-
diate dr Ore
mus. Flecta
mus genua. R. Leuate. Oratio.

Pręſta q̃s ops Deus: vt redé
ptionis noſtrę ventura ſolé-
nitas, ⁊ pręſentis nobis vitę ſub-
ſidia conferat, ⁊ ęternę beatitudi-
nis pręmia largiatur. Per dñm.

Lectio Iſaię prophetę.

ca.2. In diebus illis: Dixit Iſaias
pphetá. Erit in nouiſſimis
diebus pparatus mons dom⁹ dñi
in vertice montium: ⁊ eleuabitur
ſup colles: ⁊ fluent ad eũ oés gen-
tes: ⁊ ibunt populi multi, ⁊ dicét.
Venite, aſcédamus ad monté dñi,
⁊ ad domum dei Iacob: ⁊ docebit
nos vias ſuas, ⁊ ambulabimus in
ſémitis eius: quia de Sion exibit
lex, ⁊ verbum domini de Ieruſa-
lem. Et iudicabit gentes: ⁊ ar-
guet populos multos. Et confla-
bunt gladios ſuos in vómeres, ⁊
lánceas ſuas in falces. Non leua-
bit gens contra gentem gladiũ:
nec exercebuntur vltra ad prę-
lium. Domus Iacob venite, ⁊ am
bulemus in lumine Dei noſtri.

Graduale. Tollite portas principes ps.23.
veſtras: ⁊ eleuamini portę ęternales: ⁊ in-
troibit rex glorię. V. Quis aſcendet in mõ
tem dñi: aut quis ſtabit in loco ſancto ei⁹:
innocens manibus ⁊ mũdo corde. Hic dr
V. Dominus vobiſcum. ſine Fle-
ctamus genua. Oratio.

Feſtina q̃s dñe, ne tardaue-
ris: ⁊ auxiliũ nobis ſupernę
virtutis impéde: vt aduentus tui
conſolationibus ſubleuétur, qui
in tua pietate cõfidunt. Qui viuis
⁊ regnas cũ deo patre in vnitate.

Oremus. De s. Maria. Oratio.

Deus qui de btę Marię virgi
nis vtero, verbũ tuũ, angelo
nunciante, carné ſuſcipere volui-
ſti: pſta ſupplicibus tuis: vt qui ve
re eam genitricé dei credimus, ei⁹
apud te itercesſióib⁹ adiuuemur.

Pro Papa. Oratio.

Deus omniũ fideliũ paſtor, ⁊
rector: famulũ tuũ N. quem
paſtoré Eccleſię tuę pęſſe voluiſti
ppitius reſpice: da ei q̃s, verbo ⁊
exéplo quibus pręeſt, proficere: vt
ad vitá, vna cũ grege ſibi credito,
perueniat ſempiternam. Per do.
vel Eccleſię tuę q̃s. vt in Dñica pterita.

Lectio Iſaię prophetę.

cap. 7. In diebus illis, Locutus eſt dñs ad Achaz dicens. Pete tibi ſignum a dño deo tuo in pfundū inferni, ſiue in excelſum ſupra. Et dixit Achaz. Nō petā, ⁊ non tētabo dñm. Et dixit. Audite ergo domus Dauid. Nunquid parum vobis eſt moleſtos eſſe hominibus, qa moleſti eſtis ⁊ Deo meo? Propter hoc, dabit dominus ipſe vobis ſignum. Ecce virgo concipiet, ⁊ pariet filium: ⁊ vocabitur nomen eius Emmanuel. Butyrum ⁊ mel comedet: vt ſciat reprobare malum, ⁊ eligere bonū.

Ps. 144 Grad. Prope eſt dñs oībus inuocantibus eum, oībus q inuocant eū, in veritate. ℣. Laudem dñi loquetur os meum: ⁊ benedicat omnis caro nomen ſanctum eius.

Sequen. ſ. euangelij ſm Lucam.

cap. 1. In illo tpe. Miſſus eſt angelꝰ Gabriel a deo, in ciuitatē Galilęę, cui nomen Nazareth, ad virginem deſponſatā viro, cui nomē erat Ioſeph, de domo Dauid: ⁊ nomē virginis Maria. Et ingreſſus angelus ad eam, dixit. Aue, gratia plena, dñs tecum: benedicta tu in mulieribus. Quę cū audiſſet, turbata eſt in ſermone eius: ⁊ cogitabat, qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas Maria: inueniſti enim gratiam apud deū. Ecce concipies in vtero, ⁊ paries filiū: ⁊ vocabis nomē eius Ieſuꝫ. Hic erit magnus: ⁊ filius altiſſimi vocabitur. Et dabit illi dñs deus ſedē Dauid patris eius: ⁊ regnabit in domo Iacob in ęternum: ⁊ regni eius nō erit finis. Dixit aūt Maria ad Angelum. Quomodo fiet iſtud, qm̄ virū non cognoſco? Et reſpondens angelus dixit ei. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te: ⁊ virtus altiſſimi obūbrabit tibi. Ideoqꝫ, ⁊ qđ naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei. Et ecce Eliſabeth cognata tua: ⁊ ipſa concepit filiū in ſenectute ſua. Et hic menſis eſt ſextus illi, quę vocatur ſterilis: qa non erit impoſſibile apud Deuꝫ omne verbū. Dixit aūt Maria, Ecce ancilla domini: fiat mihi ſecundum verbum tuū.

Offer. Confortamini, ⁊ iā nolite timere: ecce enim deus noſter retribuet iudicium: ipſe veniet, ⁊ ſaluos nos faciet. Secreta.

Accepta tibi ſint, q̄s dñe, noſtra ieiunia: q̄ ⁊ expiādo nos tua gratia dignos efficiāt, ⁊ ad pmiſſa ſempiterna pducāt. Per d.

Oremus. De ſancta Maria.

In mētibus noſtris, q̄s dñe, verę fidei ſacramenta confirma: vt qui conceptum de virgine deum verū ⁊ hominē confitemur: per eius ſalutiferę reſurrectionis potentiam, ad ęternaꝫ mereamur peruenire lętitiam. Pro Papa.

Oblatis, q̄s dñe, placare muneribus: ⁊ famulū tuū N. quē paſtorē Eccleſię tuę pēſſe voluiſti, aſſidua protectione guberna. Per dñm. vel Protege. vt in dominica preterita.

Communio. Ecce, virgo concipiet, ⁊ pariet filium, ⁊ vocabitur nomen eius Emmanuel. Iſa. 7.

Poſtcommunio.

Salutaris tui domine munere ſatiati, te ſupplices deprecamur: vt cuius lętamur guſtu, renouemur effectu. Per dominum.

Oremus.

Oꝛemus. De ſancta Maria.
GRatiam tuam, q̄s dñe, menti
bus noſtris infunde: vt q an-
gelo nunciante, Chꝛiſti filij tui in-
carnationem cognouimus: ꝑ paſ-
ſioné eius ⁊ crucé, ad reſurrectio-
nis gloꝛiā ꝑducamur. Pꝛo papa.
Hęc nos, q̄s dñe, diuini ſacramē-
ti ꝑceptio pꝛotegat: ⁊ famulū tuū
N. qué paſtoré Eccleſię tuę pꝛęeſ-
ſe voluiſti, vna cū cômiſſo ſibi gre
ge, ſaluet ſemꝑ ⁊ muniat. Per do.
vel Queſumus. vt in Dñica ꝑterita.

FERIA SEXTA
Quatuoꝛ tpoꝝ Aduentus.
Statio ad ſanctos xij. Aplo. Intr.



ps. 118 PRope es
tu dñe: ⁊
omnes vię tuę
veritas: initio
cognoui de te-
ſtimonijs tuis,
quia in ęternū
tu es. ps. Bea
ti immaculati í
via: qui ambu-
lāt in lege dñi.
℣. Gloꝛia pa-
tri ⁊ fi. Oro.
EXcita,
q̄s do-
mine, poten
tiam tuā, ⁊ veni: vt hi, q in tua pie-
tate confidunt, ab oi citius aduer
ſitate liberētur. Qui viuis ⁊ reg.
Oꝛemus. De ſ. Maria. Oꝛatio.
DEus, qui de btē Marię virgi
nis vtero, verbū tuū angelo
nunciāte, carné ſuſcipere voluiſti:
p̄ſta ſupplicibus tuis: vt, q vere eā
genitricé dei credimus, eius apud
te interceſſionibus adiuuemur.
Contra perſecutoꝛes Eccleſię.
ECcleſię tuę, q̄s dñe, pꝛeces pla
catus admitte: vt, deſtructis
aduerſitatibus, ⁊ erroꝛibus vni-
uerſis, ſecura tibi ſeruiat liberta-
te. Per dominum. Uel pro Papa.
Deus oium fide. vt in fer. iiij. ꝑterita.
Lectio Iſaię pꝛophetę.
HÆc dicit dñs deus. Egredietᷣ cap. 11.
virga de radice Ieſſe: ⁊ flos
de radice eius aſcendet. Et requie
ſcet ſuper eū ſpūs dñi, ſpiritus ſa-
pientię ⁊ intellectus, ſpiritus con
ſilij ⁊ foꝛtitudinis, ſpiritus ſciētię
⁊ pietatis: ⁊ replebit eum ſpūs ti-
moꝛis dñi. Non ſm viſioné oculo-
rum iudicabit: neq; ſm auditum
auriū arguet: ſed iudicabit i iuſti-
tia pauperes: ⁊ arguet i ęquitate
ꝓ manſuetis terrę. Et ꝑcutiet ter
ram virga oꝛis ſui: ⁊ ſpū labioꝛu;
ſuoꝛum interficiet impiū. Et erit
iuſtitia cingulum lumboꝛu; eius:
⁊ fides cinctoꝛium renum eius.
Gradua. Oſtende nobis domine mi- ps. 84.
ſericoꝛdiam tuam, ⁊ ſalutare tuum da no-
bis. ℣. Benedixiſti domine terram tuam:
auertiſti captiuitatem Iacob.
Sequen. ſ. euangelij ſm Lucam.
IN illo tpe: Exurgēs Maria cap. 1.
abijt in mōtana cū feſtinatio
ne in ciuitaté Iuda, ⁊ intrauit in
domū Zacharię, ⁊ ſalutauit Eliſa
beth. Et factū eſt, vt audiuit ſalu-
tationé Marię Eliſabeth: exulta-
uit infans in vtero eius. Et reple-
ta eſt ſpiritu ſancto Eliſabeth: ⁊
exclamauit voce magna, ⁊ dixit.
Benedicta tu inter mulieres: ⁊ be
nedictus fruct⁹ ventris tui. Et vn
de hoc

de hoc mihi, vt veniat mater dñi mei ad me? Ecce enim vt facta eſt vox ſalutationis tuę in auribus meis: exultauit in gaudio infans i vtero meo. Et beata q̃ credidiſti: qm̃ pficietur ea, quę dicta ſunt tibi a dño. Et ait Maria, Magnificat aia mea dñm. Et exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo.

ps. 84. Offertorium. Deus tu conuertens viuificabis nos: ꝛ plebs tua lętabitur in te: oſtende nobis domine miſericordiam tuã: ꝛ ſalutare tuum da nobis. Secreta.

Muneribus noſtris, q̃s dñe, precibuſq; ſuſceptis: ꝛ cęleſtibus nos munda myſterijs, ꝛ clementer exaudi. Per dominum.

Oremus. De ſancta Maria.

In mentibus nr̃is, q̃s dñe, verę fidei ſacramenta cõfirma: vt, q cõceptũ de virgine deũ verum ꝛ hoiem cõfitemur, p eius ſalutiferę reſurrectionis potentiam, ad ęternã mereamur puenire lętitiã.

Contra perſecutores Eccleſię.

Protege nos dñe, tuis myſterijs ſeruientes: vt, diuinis rebus inhęrentes, ꝛ corpe tibi famulemur, ꝛ mẽte. Per d. Vel p Papa.

Oblatis q̃s. vt in feria iiij. preterita.

Zac. 14 Communio. Ecce dominus veniet, ꝛ omnes ſancti eius cum eo: ꝛ erit in die illa lux magna. Poſtcommunio.

Tui nos dñe ſacramenti libatio ſancta reſtauret: ꝛ a vetuſtate purgatos, in myſterij ſalutaris faciat trãſire conſortiũ. Per d.

Oremus. De ſancta Maria.

Gratiã tuã, q̃s dñe, mentibus nr̃is infunde: vt, q angelo nũciãte, Chr̃i filij tui icarnationẽ cognouim⁹, p paſſionẽ ei⁹ ꝛ crucẽ, ad reſurrectionis gloriã pducamur.

Contra perſecutores Eccleſię.

Quęſumus dñe Deus nr̃: vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non ſinas ſubiacere periculis. Per d.

Vel p papa. Hęc nos. vt i fer. iiij. pter.

## SABBATHO

Quatuor tpor Aduentus.

Statio ad Sanctum Petrum.

Introitus.



Veni, ꝛ oſtẽde nobis faciem tuã dñe, qui ſedes ſuper Cherubim: ꝛ ſalui erimus. ps. 79. Ps. Qui regis Iſrael intende: qui deducis velut ouem Ioſeph. V. Gloria patri.

poſt Kyrie eleiſon, dicit Oremus. Flectamus genua. R. Leuate. Oro.

Deus, qui conſpicis, quia ex noſtra prauitate affligimur: concede propitius, vt ex tua viſitatione conſolemur. Qui viuis ꝛ regnas cum Deo patre in vnitate.

Lectio Iſaię prophetę.

In diebus illis: Clamabunt ca. 19. ad dñm a facie tribulantis: ꝛ mittet eis ſaluatorem, ꝛ propugnatorem: qui liberet eos. Et cognoſcet dñs ab Ægypto: ꝛ cognoſcent Ægyptij dñm in die illa: ꝛ colent eum in hoſtijs ꝛ muneribus: ꝛ vota vouebunt domino, ꝛ ſoluent. Et percutiet dñs Ægyptum plaga, ꝛ ſanabit eam: ꝛ reuertentur ad dñm, ꝛ placabitur eis: ꝛ ſanabit eos dominus Deus noſter.

Grad. A ſummo cęlo egreſſio ei⁹ ꝛ oc ps. 18.

curſus

curſus eius vſq; ad ſummū eius. ℣. Celi enarrant gloriā dei, ⁊ opera manuum eius annunciat firmamentū. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Concede, q̄s, oipotens deus: vt, q ſub peccati iugo, ex vetuſta ſeruitute, deprimimur: expectata vnigeniti filij tui noua Natiuitate liberemur. Per eundē d.

Lectio Iſaię prophetę.

cap.35. HÆc dicit dn̄s. Letabit deſerta ⁊ inuia: ⁊ exultabit ſolitudo: ⁊ florebit quaſi lilium. Germinās germinabit: ⁊ exultabit lętabunda ⁊ laudās. Gloria Libani data eſt ei: decor Carmeli ⁊ Saron. Ipſi videbunt gloriam dn̄i: ⁊ decorē dei noſtri. Cōfortate manus diſſolutas: ⁊ genua debilia roborate. Dicite puſillanimis. Confortamini, ⁊ nolite timere. Ecce deus noſter vltionē adducet retributionis: Deus ipſe veniet, ⁊ ſaluabit nos. Tunc aperientur oculi cęcorum: ⁊ aures ſurdorū patebunt. Tunc ſaliet, ſicut ceruus, claudus: ⁊ aperta erit lingua mutorū: quia ſciſſę ſunt in deſerto aquę, ⁊ torrētes in ſolitudine. Et, quę erat arida, erit in ſtagnū: ⁊ ſitiēs in fontes aquarum. Ait dn̄s omnipotens.

ps. 18. Graduale. In ſole poſuit dn̄s tabernaculum ſuum, ⁊ ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo. ℣. A ſummo cęlo egreſſio eius: ⁊ occurſus eius vſque ad ſummum eius. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

INdignos nos, q̄s dn̄e, famulos tuos, quos actionis proprię culpa contriſtat, vnigeniti filij tui aduentu letifica. Per eund.

Lectio Iſaię prophetę.

HÆc dicit dn̄s: Super montē excelſum aſcende tu qui euāgelizas Sion. Exalta in fortitudine vocem tuam, qui euangelizas Ieruſalē. Exalta, noli timere. Dic ciuitatibus Iudę. Ecce deus veſter: ecce dn̄s deus in fortitudine veniet: ⁊ brachiū eius dn̄abitur. Ecce, merces eius cum eo: ⁊ opus illius corā ipſo. Sicut paſtor, gregem ſuū paſcet: ⁊ in brachio ſuo congregabit agnos: ⁊ in ſinu ſuo leuabit eos dominꝰ deus noſter. cap.40.

Grad. O dn̄e deus virtutum conuerte nos: ⁊ oſtende faciem tuā, ⁊ salui erimus. ps. 79. ℣. Excita dn̄e potentiam tuam, ⁊ veni: vt ſaluos facias nos. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

PReſta, quęſumus, omnipotens deus: vt filij tui ventura ſolēnitas, ⁊ pręſentis nobis vitę remedia conferat, ⁊ pręmia ęterna concedat. Per eundem dn̄m.

Lectio Iſaię prophetę.

HÆc dicit dn̄s Chriſto meo Cyro: cuius apprehēdi dexteram, vt ſubijciā ante faciē eius gentes: ⁊ dorſa regum vertam: ⁊ aperiam corā eo ianuas: ⁊ portę nō claudentur. Ego ante te ibo: ⁊ glorioſos terrę humiliabo. Portas ęreas conteram: ⁊ vectes ferreos confringā. Et dabo tibi theſauros abſconditos, ⁊ arcana ſecretorū: vt ſcias, quia ego dn̄s, q voco nomen tuum, Deus Iſrael: propter Iacob ſeruum meum, ⁊ Iſrael electum meum. Et vocaui te nomine tuo: aſſimilaui te, ⁊ nō cognouiſti me. Ego dn̄s, ⁊ nō eſt cap.45.

amplius:

amplius: extra me non eſt Deus. Accinxi te, ⁊ nõ cognouiſti me: vt ſciant hi qui ab ortu ſolis, ⁊ q ab occidente: qm̃ abſque me non eſt deus. Ego dominus, ⁊ non eſt alter: formans lucem, ⁊ creans tenebras: faciens pacem, ⁊ creans malum. Ego dñs, faciens omnia hec. Rorate celi deſup, ⁊ nubes pluant iuſtum: aperiatur terra, ⁊ germinet ſaluatorem: ⁊ iuſtitia oriatur ſimul. Ego dominus creaui eum.

Ps. 79. Graduale. Excita domine potentiã tuam, ⁊ veni vt ſaluos facias nos. ℣. Qui regis Iſrael, intende: qui deducis, velut ouem Ioſeph: qui ſedes ſuper Cherubim, appare coram Ephraim, Beniamin, ⁊ Manaſſe. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Preces populi tui, queſumus domine, clementer exaudi: vt, qui iuſte pro peccatis noſtris affligimur, pietatis tue viſitatione conſolemur. Qui viuis ⁊ reg.

Lectio Danielis prophete.

cap. 3. In diebus illis: Angelus dñi deſcẽdit cum Azaria ⁊ ſocijs eius in fornacẽ: ⁊ excuſſit flammã ignis de fornace: ⁊ fecit mediũ fornacis quaſi ventum roris flantẽ. Flãma autem diffuſa eſt ſuper fornacem cubitis quadraginta nouem, ⁊ incẽdit quos rẽpperit iuxta fornacẽ de Chaldeis miniſtros regis, qui eam incendebãt. Illos autem omnino non tẽtigit ignis, neque contriſtauit, nec quicquaꝫ moleſtie intulit. Tũc hi tres, quaſi ex vno ore laudabant, ⁊ glorificabant, ⁊ benedicebant Deum in fornace, dicentes. Hymnus.

Benedictus es domine Deus patrum noſtrorum. Et laudabilis ⁊ glorioſus in ſecula. Dan. 3

Et benedictum nomen glorie tue: qđ eſt ſanctum. Et laudabile ⁊ glorioſum in ſcla.

Benedictus es in templo ſancto glorie tue. Et laudabilis ⁊ glorioſus in ſecula.

Benedictus es ſuper thronũ ſanctum regni tui. Et laudabilis ⁊ glorioſus in ſecula.

Benedictus es ſuper ſceptrũ diuinitatis tue. Et laudabilis ⁊ glorioſus in ſecula.

Benedictus es qui ſedes ſuper Cherubim intuens abyſſos. Et laudabilis ⁊ glorioſus in ſecula.

Benedictus es, qui ambulas ſuper pennas ventorũ, ⁊ ſuper vndas maris. Et laudabilis ⁊ glorioſus in ſecula.

Benedicãt te omnes angeli, ⁊ ſanct itui. Et laudent te, ⁊ glorificent in ſecula.

Benedicant te celi, terra, mare, ⁊ oĩa que in eis ſunt. Et laudẽt te, ⁊ glorificẽt in ſecula.

Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto. Et laudabili ⁊ glorioſo in ſecula.

Sicut erat in principio, ⁊ nunc, ⁊ ſemper, ⁊ in ſecula ſeculorum. Amen. Et laudabilis ⁊ glorioſus in ſecula.

Benedictus es dñe Deus patrũ noſtrorum. Et laudabilis ⁊ glorioſus in ſecula.

Hic dicitur ℣. Dominus vobiſcuꝫ, ſine Flectamus genua. Oratio.

Deus, qui tribus pueris mitigaſti flãmas ignium, concede ꝓpitius: vt nos famulos tuos non exurat flãma vitiorũ. Per d.

Oremꝰ. De ſancta Maria. Oro.

Deus, qui de btẽ Marie virginis vtero, verbũ tuũ angelo nunciãte, carnẽ ſuſcipere voluiſti: pſta ſupplicibus tuis: vt, q vere eã genitricẽ dei credimus, eius apud te interceſſionibus adiuuemur. Pro

**Pꝛo Papa. Oꝛatio.**

Deus omnium fidelium paſtoꝛ,
⁊ rectoꝛ, famulum tuuꝫ N. quem
paſtoꝛē Eccleſię tuę p̄eſſe voluiſti;
ꝓpitius reſpice: da ei q̄s, verbo ⁊
exēplo, quibꝰ pꝛęeſt, pꝛoficere: vt
ad vitā, vna cū grege ſibi credito,
perueniat ſempiternam. Per do:
vel Eccleſię tuę. vt in feria vi. p̄cedēti.

**Lectio epiſtolę beati Pauli apo ſtoli ad Theſſalonicenſes.**

ca.2. Fratres: Rogamus vos per
aduentuꝫ dn̄i nr̄i Jeſu Chꝛi-
ſti, ⁊ noſtrę congregationis in ip-
ſum: vt non cito moueamini a ve-
ſtro ſenſu, neqꝫ terreámini, neque
per ſpiritum, neqꝫ per ſermoneꝫ,
neqꝫ p̄ epiſtolam tanquā per nos
miſſaꝫ: quaſi inſtet dies dn̄i. Neqs
vos ſedúcat vllo modo: qm̄, niſi
venerit diſceſſio pꝛimū: ⁊ reuela-
tus fuerit homo peccati, filius per
ditionis: qui aduerſatur, ⁊ extollit
ſupꝛa omne quod dicitur Deus,
aut quod cólitur: ita vt in templo
Dei ſédeat: oſtendens ſe tanquaꝫ
ſit Deus. Num retinetis, ꝙ cū ad-
huc eſſem apud vos, hęc dicebam
vobis? Et nunc quid detineat ſci-
tis: vt reueletur in ſuo tēpoꝛe. Nā
myſteriū iam operat̄ iniquitatis:
tantum, vt qui tenet, nunc teneat,
donec de medio fiat. Et tunc reue-
labitur ille iniquus, quem dn̄s Je-
ſus interficiet ſpiritu oꝛis ſui: ⁊ dē
ſtruet illuſtratione aduentus ſui.

79. Tractus. Qui regis Iſrael intende,
qui deducis, velut ouem, Joſeph. ℣. Qui
ſedes ſup̄ Cherubim: appare corā Ephꝛa-
im, Beniamin, ⁊ Manaſſe. ℣. Excita dn̄e
potētiam tuā, ⁊ veni: vt ſaluos facias nos.

Euāg. Anno qntod. vt in ſeq. Miſſa.

Offerto. Exulta ſatis filia Sion: pꝛę Zac. 9.
dica filia Jeruſalem: ecce rex tuus veniet
tibi, ſanctus, ⁊ ſaluatoꝛ. **Secreta.**

Sacrificijs p̄ſentibus q̄s dn̄e,
placatus intende: vt ⁊ deuo-
tioni nr̄ę pꝛoficiāt, ⁊ ſaluti. Per d.
Oꝛemus. **De ſancta Maria.**

In mētibus noſtris, q̄s dn̄e,
verę fidei ſacramenta confir
ma: vt qui conceptum de virgine
deum verū ⁊ hominē confitemur:
per eius ſalutiferę reſurrectionis
potentiam: ad ęternaꝫ mereamur
peruenire lętitiam. **Pꝛo Papa.**

Oblatis, q̄s dn̄e, placare munerí
bus: ⁊ famulū tuū N. quē paſtoꝛē
Eccleſię tuę p̄eſſe voluiſti, aſſidua
pꝛotectione guberna. Per dn̄m.
vel Pꝛotege. vt in feria vi. pręcedenti.

Cōmu. Exultauit vt gigas ad currēdā ps. 18.
viā: a ſummo cęlo egreſſio eius: ⁊ occurſus
eius vſqꝫ ad ſummū eius. **Poſtcōmu.**

Quęſumus dn̄e Deus noſter:
vt ſacroſancta myſteria, quę
pꝛo reparationis noſtrę munimi-
ne cōtuliſti: ⁊ pręſens nobis reme
dium eſſe facias ⁊ futurū. Per do.
Oꝛemus. **De ſancta Maria.**

Gratiam tuam, q̄s dn̄e, mentí
bus noſtris infunde: vt q̄ an-
gelo nunciante, Chꝛiſti filij tui in-
carnationem cognouimus: p̄ paſ-
ſionē eius ⁊ crucē: ad reſurrectiō-
nis gloriā p̄ducamur. **Pꝛo Papa.**

Hęc nos, q̄s dn̄e, diuini ſacramē
ti p̄ceptio pꝛotegat: ⁊ famulū tuū
N. quē paſtoꝛē Eccleſię tuę pręeſ-
ſe voluiſti, vna cū cōmiſſo ſibi gre
ge, ſaluet ſemp̄ ⁊ muniat. Per do.
vel Quęſumus. vt in feria vi. pręcedē.

## DOMINICA QVARTA ADVENTVS.

**Statio ad ſanctos duodecim Apoſtolos. Introitus.**

Iſa. 45

Rorate celi deſuper, ⁊ nubes pluent iuſtum: aperiat terra, ⁊ germinet ſaluatorem. Ps. 18. Celi enarrãt gloriam Dei: ⁊ opera manuum eius annunciat firmamentum. ℣. Gloria p. Nõ dr̃ Glia i exc. Oratio.

Excita dñe, potentiam tuam, ⁊ veni: ⁊ magna nobis virtute ſuccurre: vt per auxiliũ gratie tue; quod noſtra peccata prepediunt: indulgẽtia tue propitiationis accéleret. Qui viuis ⁊ regnas.

Oremus. De ſancta Maria.

Deus qui de btẽ Marie virginis vtero, verbũ tuũ, angelo nunciante, carnẽ ſuſcipere voluiſti: pſta ſupplicibus tuis: vt qui vere eam genitricẽ dei credimus, eiꝰ apud te itercesſiõibꝰ adiuuemur.

Contra perſecutores Eccleſie.

Eccleſie tue, qs dñe, preces placatus admitte: vt, deſtructis aduerſitatibus, ⁊ erroribus vniuerſis: ſecura tibi ſeruiat libertate. Per dominum. Vel pro Papa: Deus oium fi. vt in Sabba. preceden.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

I. ca. 4. Fratres: Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, ⁊ diſpenſatores myſteriorum Dei. Hic iam queritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur. Mihi aũt pro minimo eſt, vt a vobis iudicer, aut ab humano die: ſed neque meipſum iudico. Nihil enim mihi conſcius ſum: ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Qui autẽ iudicat me, dominus eſt. Itaque nolite ante tempus iudicare: quoadusque veniat dominus, q ⁊ illuminabit abſcondita tenebrarum; ⁊ manifeſtabit conſilia cordium. Et tunc laus erit vnicuiq; a Deo.

Graduale. Prope eſt dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus qui inuocant eum in veritate. Ps. 144 ℣. Laudem domini loquetur os meum, ⁊ benedicat omnis caro nomen ſanctum eius. Halleluiah, haliah. ℣. Veni dñe, ⁊ noli tardare, relaxa facinora plebis tue Iſrael. Halleluiah.

Sequẽtia ſ. euangelij ſm Lucam.

Anno quintodecimo imperij cap. 3.
Tyberij Ceſaris; procurãte Pontio Pilato Iudeam, tetrarcha autem Galilee Herode, Philippo autem fratre eius tetrarcha Iturée ⁊ Traconitidis regionis, ⁊ Lyſania Abiline tetrarcha, ſub principibus ſacerdotum Anna ⁊ Caipha: factũ eſt verbum dñi ſup Iohannem Zacharie filiũ in deſerto. Et venit in oẽm regionem Iordanis, predicans baptiſmũ penitentie in remiſsionem peccatorũ: ſicut ſcriptũ eſt in libro ſermonũ Iſaie prophete. Vox clamantis in deſerto: Parate viã dñi, rectas fa- Iſa. 40
cite ſemitas eius. Omnis vallis implebitur: ⁊ ois mons, ⁊ collis humiliabit. Et erũt praua in directa: ⁊ aſpera i vias planas. Et videbit ols caro ſalutare dei. Credo.

Offertorium.

Aue Maria gratia plena: dominus tecũ: Luc. 1.
benedicta

benedicta tu in mulieribus: ꝛ benedictus fructus ventris tui. Secreta.

Sacrificijs preſentibus, quęſumus domine, placatus intende: vt ꝛ deuotioni noſtrę proficiát, ꝛ ſaluti. Per dominum noſtrum.

De ſancta Maria. Oremus.

In mentibus nr̃is, q̃s dñe, verę fidei ſacramenta cõfirma: vt, q conceptũ de virgine deũ verum ꝛ hoiem confitemur, p eius ſalutiferę reſurrectionis potentiam, ad ęternã mereamur peruenire lętitiã.

Contra perſecutores Eccleſię.

Protege nos dñe, tuis myſterijs ſeruientes: vt, diuinis rebus inhęrentes, ꝛ corpe tibi famulemur, ꝛ mẽte. Per d. Vel p Papa.

Oblatis q̃s. vt in ſabbatho precedẽti.

Communio.

Iſa. 7. Ecce virgo concipiet, ꝛ pariet filiũ, ꝛ vocabitur nomẽ eius Emmanuel. Poſtcõ.

Sumptis muneribus, quęſumus domine: vt cum frequẽtatione myſterij: creſcat noſtrę ſalutis effectus. Per dominum.

De ſancta Maria. Oremus.

Gratiã tuã, q̃s dñe, mentibus nr̃is infunde: vt, q angelo nũciãte, Chr̃i filij tui icarnationẽ cognouim⁹, p paſſionẽ ei⁹ ꝛ crucẽ, ad reſurrectionis gloriã pducamur.

Contra perſecutores Eccleſię.

Quęſumus dñe Deus nr̃: vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non ſinas ſubiacére periculis. Per d.

Vel pro Papa. Hęc nos quęſum⁹. vt in ſabbatho precedenti.

¶ Si vigilia Nat. dñi venerit in dñica, totũ offiũ Miſſę fit de vig. cum cõme. dñicę.

## IN VIGILIA Natiuitatis domini.

Statio ad ſ. Mariã Maiorẽ. Int.

Hodie ſcietis, quia veniet dñs, ꝛ ſaluabit nos: ꝛ mane videbitis gloriam eius. Exod. 16. Ps. Dñi eſt terra, ꝛ plenitudo eius: orbis terrarum, ꝛ vniuerſi qui habitant in eo. 23. ps. ℣. Gloria pa. Oratio.

Deus qui nos redemptionis noſtrę annua expectatione lętificas: preſta, vt vnigenitũ tuũ, quem redemptorem lęti ſuſcipimus: venientem quoque iudicem ſecuri videamus, dñm noſtrũ Ieſum Chriſtum filium tuũ. Qui te.

Et dr̃ hęc or̃o tñ, niſi vig. venerit in dñica.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Romanos.

Fratres: Paulus ſeruus Ieſu Chriſti, vocatus apoſtol⁹, 1. cap. ſegregatus in euangeliũ Dei, (qđ ante pmiſerat per pphetas ſuos in ſcripturis ſanctis) de filio ſuo, q factus eſt ei ex ſemine Dauid ſm carnem: qui prędeſtinatus eſt fili⁹ Dei in virtute, ſecundum ſpiritũ ſanctificationis, ex reſurrectione mortuorum Ieſu Chriſti domini noſtri. Per quem accepimus gratiam ꝛ apoſtolatum, ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius: in quibus eſtis ꝛ vos vocati Ieſu Chriſti dñi nr̃i.

Graduale. Hodie ſcietis, quia veniet dñs, ꝛ ſaluabit nos: ꝛ mane videbitis gloriam eius. Exod. 16. ℣. Qui regis Iſrael intende: q deducis velut ouem, Ioſeph: 79. ps. qui ſedes ſuper Cherubim, appare coram Ephraim, Beniamin,

Beniamin, ꝛ Manaſſe. Non dr̄ Halah. cum ſequenti verſu, niſi hęc vigilia venerit in dñica. Haleluiah, haleluiah. ℣. Craſtina die delebitur iniquitas terrę: ꝛ regnabit ſuper nos Saluator mundi, haleluiah.

Seq. ſ. euangelij ſm̄ Mattheũ.

cap. 1. In illo tempore: Cum eſſet deſponſata mater Jeſu Maria, Joſeph: antequã conuenirẽt, inuenta eſt in vtero habẽs de ſpiritu ſancto. Joſeph autem vir eiꝰ cum eſſet iuſtus, ꝛ nollet eam traducere: voluit occulte dimittere eam. Hec autem eo cogitante, ecce angelus domini in ſomnis apparuit ei, dicens. Joſeph fili Dauid, noli timére accipere Mariã coniugem tuã. Quod enim in ea natũ eſt, de ſpiritu ſancto eſt. Pariet autẽ filium: ꝛ vocabis nomen eius Jeſum. Jpſe enim ſaluum faciet populum ſuũ a peccatis eoꝝ.

Offertorium.

ps. 23. Tollite portas principes veſtras, ꝛ eleuamini portę ęternales, ꝛ introibit rex glorię.

Secreta.

Da nobis, quęſumus, omnipotens Deus: vt ſicut adorãda filij tui natalitia pręuenimus: ſic eius munęra capiamus ſempiterna gaudentes. Qui tecum viuit ꝛ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſęc. ꝛc.

Communio.

Iſa. 40 Reuelabitur gloria dñi: ꝛ videbit omnis caro ſalutare dei noſtri.

Poſtcommu.

Da nobis, quęſumꝰ domine, vnigeniti filij tui recẽſita Natiuitate reſpirare: cuius cęleſti myſterio paſcimur ꝛ potamur. Per eundem dominum noſtrũ.

# IN NATIVITATE DOMINI.

Sacerdos in die Natalis Domini celebrans tres Miſſas, in prima ꝛ ſecunda non ſumat purificationem, ſed in tertia.



## AD PRIMAM MISSAM

In nocte Natalis Dñi.

Statio ad ſanctam Mariam maiorem ad pręſepe. Introitus.

Dominus dixit ad me: filius meꝰ 2. ps.
es tu, ego hodie genui te. Ps. Quare fremuerũt gẽtes, ꝛ populi meditati ſunt inania? ℣. Gloria pa. Oratio.

Deus qui hanc ſacratiſſimã noctem veri luminis feciſti illuſtratione clareſcere: da quęſumꝰ: vt, cuius lucis myſteria in terra cogno-

gnouimus, eius quoq; gaudijs in
celo perfruamur. Qui tecū viuit.
Lcō eplē b. Pauli apli ad Titū.
ca.2. Chariſsime: Apparuit gratia
Dei ſaluatoris nrī omnibus
hominib⁹, erudiēs nos: vt abnegā
tes impietatē, & ſecularia deſideria:
ſponſo accepto in ſomnis ne redi-
rẽt ad Herodem: per aliã viã re-
uerſi ſunt in regionẽ ſuã. Credo.

**Offertorium.** Reges Tharſis ⁊ inſu- Ps.71
le munera offerent: reges Arabũ, ⁊ Saba
dona adducẽt: ⁊ adorabũt eum omnes re-
ges terre, omnes gẽtes ſeruiẽt ei. **Secre.**

Eccleſie tue, q̃s dñe, dona pro-
pitius intuere: quib⁹ nõ iã
aurũ, thus, ⁊ myrrha profertur:
ſed quod eiſdẽ muneribus decla-
rat, immolatur, ⁊ ſumitur. Per.

**Prefa.** Eterne De⁹. Qui cũ vnig.
Communicãtes, ⁊ diẽ ſacratiſſimũ.
Ut in prefationibus. Et dñr per octauam.

**Cõm.** Vidimus ſtellã eius in oriẽte: ⁊
venim⁹ cũ munerib⁹ adorare dñũ. **Poſtc.**

Preſta, q̃s, omnipotẽs De⁹: vt
que ſolẽni celebram⁹ officio,

purificatę mentiſ intelligentia cō ſequamur. Per dominuz noſtrū.

Infra oct. Epiph. fit idem officium, qđ in die: ⁊ poſt orationē dici dñr orationes. Deꝰ q ſalutis ęter. ⁊ Eccleſię tuę. vel pro Papa, vt in vigilia Epiphanię.

De feſtis duplicibus ⁊ ſemiduplicibꝰ, quę infra oct. veniunt, nihil agit, niſi in ꝓpria eccleſia, ſed peracta oct. celebrantur: de ſimplicibus autē fit tantum commem.

De Dñica infra octauam Epiphanię, Miſſa dicitur vt infra. Quod ſi feſtū Epiphanię in Dominica venerit, ipſa Miſſa dominicę dicitur in Sabbatho infra oct. ⁊ in oct. Epiph. nihil fit de Dominica.

## DOMINICA INFRA octauam Epiph. Introitus. 8.



IN excelſo throno vidi ſedere virum, quem adorat multitudo angelorum pſallentes in vnū: ecce cuiꝰ imperij nomē eſt ī ęternuz. ps. Jubilate Deo
ps.99 omnis terra: ſeruite domino in letitia. ℣. Gloria pa. Oremꝰ.

VOta, q̄s dñe, ſupplicantis populi cęleſti pietate pſequere vt, ⁊ q̄ agenda ſunt videāt: ⁊ adimplēda q̄ viderint, cōualeſcant. p d.

Oremus. Pro cōm. Epiphanię.

DEus, q hodierna die vnigenitum tuum gentibus ſtella duce reuelaſti: concede propitius: vt qui iam te ex fide cognouimus, vſqz ad contemplandā ſpeciē tuę celſitudinis pducamur. Per eun.

Lcō eplę b. Pauli apli ad Rom.

cap.12. FRatres: Obſecro vos p miſericordiaz dei: vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiā viuentē, ſanctam, Deo placentez, rationabile obſequiū veſtrū. Et nolite cōformari huic ſeculo, ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri, vt probetis, quę ſit voluntas Dei bona, ⁊ beneplacens, ⁊ perfecta. Dico enim per gratiā Dei quę data eſt mihi omnibus qui ſunt inter vos. Nō plus ſapere quam oportet ſapere: ſed ſapere ad ſobrietatem. Et vnicuiqz, ſicut Deus diuiſit mēſuraz fidei. Sicut enim in vno corpore multa mēbra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi vnū corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra. In Chriſto Jeſu domino noſtro.

Graduale. Benedictus dñs Deus ps 71.
Iſrael, qui facit mirabilia magna ſolus a ſeculo. ℣. Suſcipiant montes pacem populo tuo: ⁊ colles iuſtitiam. Halelujah; halelujah. ℣. Jubilate Deo omnis terra: 99.ps
ſeruite domino in letitia, halelujah.

Sequētia ſancti euang. ſm Lucā.

CUm factus eſſet Jeſus annorum duodecim, aſcēdētibus cap.2.
illis Jeroſolymam ſecūdum conſuetudinem diei feſti, conſummatiſqz diebus cum redirēt, remāſit puer Jeſus in Jeruſalē, ⁊ non cognouerūt parētes eius. Exiſtimātes aūt illum eſſe in comitatu, venerunt iter diei: ⁊ requirebant eū inter cognatos ⁊ notos. Et non inuenientes, regreſſi ſunt in Jeruſalem, requirentes eum. Et factū eſt: poſt triduum inuenerūt illum in tēplo ſedētez in medio doctoꝝ, audientem illos, ⁊ interrogātem. Stupebant aūt oēs qui eum audiebant

dicebant, ſup prudẽtia ⁊ reſponſis eius. Et videntes admirati ſunt. Et dixit mater eius ad illum. Fili, quid feciſti nobis ſic? Ecce pater tuus ⁊ ego dolẽtes quęrebamus te. Et ait ad illos. Quid eſt, q me quęrebatis? Neſciebatis, quia in his quę patris mei ſunt, oportet me eſſe? Et ipſi non intellexerunt verbum, qđ locutus eſt ad illos. Et deſcẽdit cum eis, ⁊ venit Nazareth: ⁊ erat ſubditus illis. Et mater eius conſeruabat omnia verba hęc in corde ſuo. Et Jeſus proficiebat ſapientia, ⁊ ętate, ⁊ gratia apud Deum ⁊ homines. Credo.

Ps. 99 Offer. Jubilate Deo oĩs terra: ſeruite dño in lętitia: intrate in conſpectu eius in exultatione, quia dñs ipſe eſt Deus. Sec.

OBlatum tibi domine ſacrificium viuificet nos ſemper ⁊ múniat. Per d. Pro Epiphania.

ECcleſię tuę, q̃s dñe, dona propitius intuẽre: quibus non iam aurũ, thus, ⁊ myrrha profertur: ſed qđ eiſdẽ muneribus declaratur, immolatur, ⁊ ſumit. Per d.

Communio.

Luc. 2. Fili, qd feciſti nobis ſic: ego ⁊ pater tuus dolentes quęrebamus te. Et quid eſt q me quęrebatis: neſciebatis: quia in his quę patris mei ſunt, oportet me eſſe? Poſtco.

SUpplices te rogamus omps deus: vt, quos tuis reficis ſacramẽtis: tibi etiã placitis moribus dignanter deſeruire concedas. P.

Pro Epiphania.

PReſta, q̃s, omps Deus: vt q̃ ſolenni celebramus officio: purificatę mentis intelligentia cõſequamur. Per dominuz noſtrũ.

M. N. R.

IN OCTAVA EPIPHANIÆ.

Introitus. 2.



ECce aduenit dominator dñs: ⁊ regnum in manu eius, ⁊ poteſtas, ⁊ imperium. Mal. 3
Ps. Deus iudiciuz tuũ regi da, ⁊ iuſtitiam tuaz filio regis. Ps. 71 ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Oremus.

DEus, cuius vnigenitus in ſubſtãtia nrę carnis apparuit: pſta q̃s: vt per eum quem ſimilem nobis foris agnouimus: intus reformari mereamur. Qui tecuz vi.

Lectio Iſaię prophetę.

SUrge, illuminare Jeruſalez: cap. 60. qa venit lumen tuuz: ⁊ gloria Domini ſuper te orta eſt. Quia ecce tẽnebrę operient terram: ⁊ caligo populos. Super te autẽ orietur dñs: ⁊ gloria eius in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo: ⁊ reges in ſplendore ortus tui. Leua in circúitu oculos tuos, ⁊ vide: oẽs iſti ꝯgregati ſunt, venerũt tibi. Filij tui de longe venient: ⁊ filię tuę de latere ſurgent. Tũc vidẽbis ⁊ afflues: ⁊ mirabit, ⁊ dilatabitur cor tuũ: quando cõuerſa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gẽtium venerit tibi. Jnũdatio camelorum operiet te, Dromedarij, Madiã, ⁊ Epha. Oẽs de Saba veniẽt, aurũ ⁊ thus deferẽtes: ⁊ laudem dño annunciantes.

Graduale. Omnes de Saba venient, aurũ, ⁊ thus deferentes: ⁊ laudem dño annunciantes. ℣. Surge ⁊ illuminare Jeruſalem: quia gloria domini ſuper te orta eſt. Haleluiah, haleluiah. ℣. Vidimus ſtellaz

eius in oriente: ⁊ venimus cum munen bus adorare dominum. Alleluiah.

Sequētia ſcti euāge. ſm Johānē.

ca. 1. IN illo tempore: Vidit Johānes Jeſum veniētem ad ſe, ⁊ ait. Ecce agnꝰ Dei: ecce qui tollit peccata mundi. Hic eſt, de quo dixi. Poſt me venit vir, qui ante me factꝰ eſt: quia prior me erat, ⁊ ego neſciebam eum. Sed vt manifeſtetur in Iſrael, propterea veni ego in aqua baptizās. Et teſtimoniū perhibuit Johānes, dicēs. Quia vidi ſpiritum deſcendentem quaſi columbam de celo, ⁊ manſit ſuper eum. Et ego neſciebam eum: ſed q miſit me baptizare in aqua, ille mihi dixit. Super quē videris ſpiritū deſcēdētē, ⁊ manētē ſup eū, hic eſt, q baptizat in ſpiritu ſctō. Et ego vidi, ⁊ teſtimonium perhibui: quia hic eſt filiꝰ Dei. Credo.

ps. 71. Offertorium. Reges Tharſis ⁊ inſule munera offerent: reges Arabum ⁊ Saba dona adducent: ⁊ adorabunt eum omnes reges terre, omnes gētes ſeruiēt ei. Sec.

HOſtias tibi dñe pro nati filij tui apparitiōe deferimꝰ, ſuppliciter exorantes: vt ſicut ipſe noſtrorū auctor eſt munerum, ita ſit ipſe miſericors ⁊ ſuſceptor, Jeſus Chriſtus dñs noſter. Qui tecum.

mat. 2. Cōm. Vidimus ſtellā eiꝰ in oriēte: ⁊ venimꝰ cū muneribus adorare dñm. Poſtc.

CÆleſti lumine, q̄s dñe, ſemper ⁊ vbiq; nos preueni, vt myſteriū, cuiꝰ nos participes eſſe voluiſti, ⁊ puro cernamus intuitu: ⁊ digno pcipiamꝰ affectu. Per d.

¶ Ab octaua Epiphanie vſq; ad Purificationem, niſi fuerit duplex, poſt orationes diei dicuntur iſte orationes. Deus qui ſalutis eterne. ⁊ A cuncte eccleſie tue. vel Deus omniū fideliū. vt in ſeq. miſſa.

¶ Si tempus breue fuerit ab octaua Epiph. vſq; ad Septuageſimā, ita q Dñicalia officia non poſſint expleri ſuis diebus, officia reſiduarum Dñicarum, poſt ſecundam Dñicam poſt Epiphaniā, eo anno omittuntur, ⁊ reſumuntur (quo ad orationem, epiſtolam, ⁊ Euāgelium dūtaxat) poſt vigeſimam tertiam dominicam poſt Pentecoſten, vt ibi dicitur in rubrica.

¶ Si dñica Septuageſi. venerit ſequenti dñica poſt oct. Epiph. i p̄cedēti Sabbatho, ſi non eſt impeditum feſto duplici vel ſemiduplici, dicit miſſa de Dñica ij. poſt Epiphaniam cum commemoratione feſti ſimplicis in eo occurrentis. Si vero Sabbathum fuerit impeditum feſto duplici vel ſemiduplici, tunc prima die poſt octauam Epiph. dicitur Miſſa de ij. Dominica, ⁊ feſtum duplex vel ſemiduplex transfertur in primam diem ſimili feſto non impeditam.

## DOMINICA SECVNDA poſt Epiph. Introitus. 4.



OMnis terra adoret te Deus, ⁊ pſallat tibi: pſalmum dicat nomini tuo altiſſime. Ps. Jubilate Deo omnis terra, pſalmum dicite nomini eius: date gloriam laudi eius. ℣. Gloria patri. D. Gloria in excelſis. in Dnicis vſq; ad Septuageſimam excluſiue: in ferialibus vero diebus, quādo reſumitur Miſſa de Dominica preterita, nō dicitur. Quod ſeruatur etiam poſt Pentecoſten. Oratio.

OMnipotēs ſempiterne Deꝰ, q celeſtia ſimul ⁊ terrena moderaris: ſupplicationes populi tui clementer exaudi: ⁊ pacem tuam

noſtris

noſtris cōcede temporibus. Per.

Oremus. De ſancta Maria.

DEus, q ſalutis eterne beate Marie virginitate fecunda: humano generi premia preſtitiſti, tribue qs: vt ipſaȝ pro nobis intercedere ſentiam⁹: p quā meruimus auctorem vite ſuſcipere, dñm noſtrum Jeſum Chriſtum filiū tuuȝ.

Contra perſecutores Eccleſie.

ECcleſie tue qs dñe, pces placat⁹ admitte: vt, deſtructis aduerſitatibus, ⁊ errorib⁹ vniuerſis: ſecura tibi ſeruiat libertate. Per.

Uel pro Papa.

Deus omnium fideliuȝ paſtor, ⁊ rector: famulum tuum. N. quē paſtorem Eccleſie tue preeſſe voluiſti, ppitius reſpice: da ei, queſum⁹, verbo ⁊ exemplo, quibus preeſt proficere, vt ad vitam, vna cuȝ grege ſibi credito, perueniat ſempiternam. Per dominum noſtrum Je.

Lcō eplē bti Pauli apli ad Roñ.

ca.12. FRatres, Habentes donationes, ſecūdū gratiam, que data eſt nobis, differentes: ſiue prophetiam ſm rationem fidei: ſiue miniſterium, in miniſtrando: ſiue qui docet, in doctrina: qui exhortatur in exhortando: qui tribuit, in ſimplicitate: q preeſt, in ſolicitudine: q miſeret, in hilaritate. Dilectio ſine ſimulatione. Odiētes malū, adherentes bono. Charitateȝ fraternitatis inuicē diligentes, honore inuicē preuenientes. Solicitudine nō pigri: ſpiritu feruētes: dño ſeruiētes: ſpe gaudētes: in tribulatione patiētes: orationi inſtantes: neceſſitatib⁹ ſanctorū cōmunicantes: hoſpitalitatē ſectātes. Benedicite pſequētibus vos: benedicite, ⁊ nolite maledicere. Gaudete cum gaudētib⁹: flete cū flētibus. Idipſuȝ inuicē ſentientes. Non alta ſapiētes: ſed humilibus cōſentiētes.

Grad. Miſit dñs verbum ſuum, ⁊ ſanauit eos: ⁊ eripuit eos de interitu eoruȝ. ps.106
V. Confiteantur dño miſericordie eius: ⁊ mirabilia eius filijs hominum. Alłah, hał.
V. Laudate dñm omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius, haleluiah. ps.148.

Sic dr Hałah, cū verſu poſt graduale ab oct. Epiph. vſqȝ ad Septuage. ⁊ ab oct. Pentec. vſqȝ ad Aduen. etiā infra hebdomadā quando reſumitur Miſſa de Dñica.

Sequētia ſcti euāge. ſm Johānē.

IN illo tempore: Nuptie facte ſunt in Cana Galilee: ⁊ erat mater Jeſu ibi. Uocatus eſt auteȝ ⁊ Jeſus, ⁊ diſcipuli ei⁹ ad nuptias. Et deficiente vino, dicit mater Jeſu ad eum. Uinum non habēt. Et dicit ei Jeſus. Quid mihi ⁊ tibi eſt mulier? Nōdū venit hora mea. Dicit mater ei⁹ miniſtris. Quodcūqȝ dixerit vobis, facite. Erāt autē ibi lapidee hydrie ſex poſite, ſecundū purificationē Judeoruȝ: capiētes ſingule, metretas binas vel ternas. Dicit eis Jeſ⁹. Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vſqȝ ad ſummū. Et dicit eis Jeſus. Haurite nūc, ⁊ ferte Architriclino. Et tulerūt. Ut autē guſtauit architriclinus aquam vinum factā, ⁊ nō ſciebat vnde eſſet: miniſtri autem ſciebāt q hauſerāt aquam: vocat ſpōſum architriclinus, ⁊ dicit ei. Omnis homo, primū, bonū vinum ponit: ⁊ cuȝ inebriati fuerint, tunc id quod

quod deteri⁹ eſt. Tu autē ſeruaſti
bonū vinū vſq; adhuc. Hoc fecit
initiū ſignoꝝ Jeſus in Cana Gali
leę, ⁊ manifeſtauit gl'iā ſuā. Et cre
diderūt i eū diſcipuli ei⁹. Credo.

ps.65 Offert. Iubilate Deo vniuerſa terra:
pſalmum dicite nomini eius: venite ⁊ audi
te, ⁊ narrabo vobis, omnes q timetis Deū,
quāta fecit dñs animę meę, alleluia. Secr.

OBlata domine munera ſan
ctifica: noſq; a peccatoꝝ no
ſtrorum maculis emunda. Per d.

Oremus. De ſancta Maria.

MUneribus noſtris, quęſu
mus domine, pꝛecibuſq; ſu
ſceptis: ⁊ cęleſtibus nos munda
myſterijs, ⁊ clementer exaudi.

Contra perſecutores Eccleſię.

PRotege nos domine tuis my
ſterijs ſeruiētes: vt diuinis re
bus inhęrentes, ⁊ corpore tibi fa
mulemur, ⁊ mente. Per dominū.

Uel pro Papa.

Oblatis, q̃s dñe, placare muneri
bus: ⁊ famulum tuū N. quē paſto
rē, Eccleſię tuę pꝛęeſſe voluiſti, aſ
ſidua protectione guberna. Per.

Joh.2. Cōmunio. Dicit dominus, Implete
hydrias aqua, ⁊ ferte architriclino: dū gu
ſtaſſet architriclinus aquā vinū factā, dicit
ſponſo: Seruaſti bonum vinū vſq; adhuc:
hoc ſignum fecit Jeſus primum coram
diſcipulis ſuis. Poſtcommunio.

AUgeat in nobis, q̃s dñe, tuę
virtutis operatio: vt diuinis
vegetati ſacramentis: ad eoꝝ pꝛo
miſſa capiēda, tuo munere pꝛępa
remur. Per dominum noſtrū Je.

Oremus. Pro ſancta Maria.

HAec nos communio dñe pur
get a crimine: ⁊ intercedēte
beata Dei genitrice Maria, cęle
ſtis remedij faciat eſſe conſortes.

Contra perſecutores Eccleſię.

QUęſumus, dñe Deus noſter:
vt, quos diuina tribuis par
ticipatione gaudere, humanis nō
ſinas ſubiacere periculis. Per do.

Uel pro Papa.

Hęc nos, q̃s dñe diuini ſacramēti
perceptio pꝛotegat: ⁊ famulū tuū
N. quē paſtorē Eccleſię tuę pꝛęeſ
ſe voluiſti, vna cum commiſſo ſibi
grege, ſaluet ſemꝑ ⁊ muniat. Per.

DOMINICA TERTIA
poſt Epiph. Introitus. 7.



ADorate deū oēs ps.96.
angeli ei⁹: audi
uit, ⁊ lętata eſt Sion: ⁊
exultauerūt filię Judę.
Ps. Dominus regna
uit, exultet terra, lętent
inſulę multę. V. Glo
ria patri. Oremus.

OMnipotēs ſempiterne De⁹,
infirmitatē noſtrā pꝛopitius
reſpice: atq; ad ꝓtegēdū nos, dex
terā tuę maieſtatis extēde. Per d.

Oremus. De ſancta Maria.

DEus qui ſalutis ęternę beatę
Marię virginitate fęcūda: hu
mano generi pꝛęmia pꝛęſtitiſti: tri
bue q̃s: vt ipſā ꝓ nobis intercede
re ſentiamus: ꝑ quā meruimus au
ctorē vitę ſuſcipere, dñm nrm̃ Je
ſum Chꝛiſtū filiū tuū. Pro Papa.

DEus omniū fideliū paſtor,
⁊ rector, famulū tuū N. quē
paſtorē Eccleſię tuę pꝛęeſſe volui
ſti, ꝓpitius reſpice: da ei, q̃s: verbo
⁊ exēplo, quibus pꝛęeſt, pꝛoficere:
vt ad vitā vna cū grege ſibi credi
to,

ro, perueniat ſempiternam. Per.
Vel contra perſecutores Eccleſię. Oratio,
Eccleſię tuę. vt in dñica pręcedenti.
Lcō eplę bti Pauli apli ad Rom.

cap.22 Fratres: Nolite eſſe pruden-
tes apud voſmetipſos. Nul-
li malum pro malo reddētes. Pro
uidētes bona: non tantum coram
Deo, ſed etiā coram oibus hoibus.
Si fieri poteſt, qđ ex vobis eſt, cū
oibus hominibus pacē habētes.
Nō voſmetipſos defendentes, ca-
riſſimi: ſed date locū irę. Scriptū
Eccl. eſt enim. Mihi vindictā: ⁊ ego re-
24. tribuā, dicit dñs. Sed ſi eſurierit
Heb.1 inimic⁹ tu⁹, ciba illū. Si ſitit, potū
da illi. Hoc enī faciēs, carbones
ignis cōgeres ſup caput ei⁹. Noli
vinci a malo: ſed vince i bono malū.
Ps.101 Graduale. Timebunt gentes nomen
tuum domine, ⁊ omnes reges terrę gloriā
tuam. ℣. Quoniam ędificauit dominus
Sion, ⁊ videbitur in maieſtate ſua. Hale-
Ps.96 luiah, haleluiah. ℣. Dñs regnauit, exul-
tet terra: lętentur inſulę multę, Haleluiah.
Sequētia ſcti euāg. ſm Matthęū.

ca.8. In illo tēpore. Cum deſcen-
diſſet Jeſus de monte, ſecu-
tę ſunt eum turbę multę. Et ecce
leproſus veniens, adorabat eum,
dicēs. Dñe, ſi vis potes me mūda-
re. Et extēdēs manū Jeſus, tētigit
eum dicēs. Volo. Mūdare. Et cō-
feſtim mūdata eſt lepra ei⁹. Et ait
illi Jeſus. Vide, nemini dixeris: ſed
Leuit. vade, oſtende te ſacerdoti: ⁊ offer
14 mun⁹, quod pręcepit Moyſes, in
teſtimoniū illis. Cū autē introiſſet
Capharnaū, acceſſit ad eū Cētu-
rio, rogans eū, ⁊ dicēs. Dñe, puer
meus iacet in domo paralytic⁹, ⁊
male torquetur. Et ait illi Jeſus.
Ego veniā, ⁊ curabo eū. Et reſpō-
dēs Cēturio ait. Dñe, nō ſū dign⁹,
vt intres ſub tectū meum: ſed tan-
tum dic verbo, ⁊ ſanabitur puer
meus. Nam ⁊ ego homo ſum ſub
poteſtate conſtitutus, habēs ſub
me milites: ⁊ dico huic, vade, ⁊ va-
dit: ⁊ alio, veni, ⁊ venit: ⁊ ſeruo
meo, fac hoc, ⁊ facit. Audiens au-
tē Jeſus, miratus eſt: ⁊ ſequētib⁹
ſe dixit. Amen dico vobis, nō inue-
ni tantā fidem in Jſrael. Dico au-
tē vobis: ꝙ multi ab oriēte ⁊ oc-
cidente venient, ⁊ recumbēt cum
Abrahā, Jſaac, ⁊ Jacob in regno
cęlorū: filij autē regni eijcient in te-
nebras exteriores. Jbi erit flet⁹, ⁊
ſtridor dentium. Et dixit Jeſus
Centurioni. Vade, ⁊ ſicut credidi-
ſti, fiat tibi. Et ſanatus eſt puer in
illa hora. Credo. Offertorium.
Dextera dñi fecit virtutem, dextera dñi Ps.117
exaltauit me: dextera dñi fecit virtutem: nō
moriar, ſed viuā: ⁊ narrabo opa dñi. Sec.
Hæc hoſtia, q̄s dñe, emundet
noſtra delicta: ⁊ ad ſacrificiū
celebrandū, ſubditorum tibi cor-
pora, menteſq; ſanctificet. Per d.
Oremus. Pro ſancta Maria.
Muneribus noſtris, quęſum⁹
domine, precibuſque ſuſce-
ptis, ⁊ cęleſtibus nos munda my-
ſterijs, ⁊ clementer exaudi.

Pro Papa.

Oblatis, quęſumus dñe, placare
muneribus, ⁊ famulum tuum N.
quē paſtorē Eccleſię tuę pēſſe vo-
luiſti, aſſidua ꝓtectione guberna.
Per d. Vel contra perſecutores Eccle-
ſię. Protege. vt in Dominica pterita.

Com.

Luc.4. Communio. Mirabantur omnes de his, quę ꝓcedebãt de oꝛe Dei. Poſtcõ.

Quos tãtis domine largiris vti myſterijs: quęſumꝰ, vt effectibus nos eoꝛuʒ veraciter aptare digneris. Per dominum noſt.

Oꝛemus. De ſancta Maria.

Hæc nos communio dñe purget a crimine: ⁊ intercedẽte beata Dei genitrice Maria, cęleſtis remedii faciat eſſe conſoꝛtes.

Uel pꝛo Papa.

Hęc nos, quęſumꝰ domine, diuini ſacramẽti perceptio pꝛotegat: ⁊ famulum tuum N. quem paſtorem Eccleſię tuę pręeſſe voluiſti: vna cum commiſſo ſibi grege, ſaluet, ſemper, ⁊ muniat. Per dñm.

Uel contra perſecutoꝛes Eccleſię. Quęſumus. vt in Dominica pręterita.

DOMINICA QVARTA poſt Epiph. Introitus. 7.



ps.96. Adoꝛate Deum omnes angeli eiꝰ: audiuit, ⁊ lętata eſt Siõ ⁊ exultauerunt filię Iudę. ps. Dñs regnauit, exultet terra, lętentur inſulę multę. ℣. Gloꝛia patri, ⁊ fi. Oꝛemus.

Deus, qui nos in tãtis periculis cõſtitutos, pꝛo humana, ſcis, fragilitate non poſſe ſubſiſtere: da nobis ſalutem mentis, ⁊ coꝛpoꝛis: vt ea, quę pꝛo peccatis noſtris patimur, te adiuuante, vincamus. Per dominum noſtrum. ⁊c.

Oꝛemus. De ſancta Maria.

Deus qui ſalutiſ ęternę beatę Marię virginitate fęcunda: humano generi pmia pſtitiſti: tribue qs: vt ipſaʒ ꝓ nobis intercedere ſentiamus: ꝑ quã meruimuſ auctoꝛẽ vitę ſuſcipere, dñm nr̃m Ieſum Chꝛm filium tuuʒ. Qui tecũ.

Contra perſecutoꝛes Eccleſie.

Eccleſię tuę qs dñe, pces placatus admitte: vt, deſtructis aduerſitatibꝰ, ⁊ erroꝛibꝰ vniuerſis ſecura tibi ſeruiat libertate. Per.

Uel pꝛo Papa. Deus omnium fidelium. vt in dominica pręcedenti.

Lcõ eplę btĩ Pauli aplĩ ad Rom.

Fratres: Nemini quicq̃ʒ debeatis: niſi, vt inuicem diligatis. cap.13. Qui enim diligit ꝓximũ, legẽ impleuit. Nã, Nõ adulterabis: nõ occides: non furaberis: nõ falſum teſtimonium dices: non concupiſces: ⁊, ſi quod eſt aliud mandatũ, in hoc verbo inſtauratur: Diliges pꝛoximum tuum ſicut teipſuʒ. Dilectio pꝛoximi, malum nõ operat. Plenitudo ergo legiſ eſt dilectio.

Grad. Timebunt gentes nomen tuum ps.10 domine, ⁊ omnes reges terrę gloꝛiam tuã. ℣. Quoniam ędificauit dominus Sion, ⁊ videbitur in maieſtate ſua. Haleluiah, haleluiah. ℣. Dominus regnauit, exultet terra: lętentur inſulę multę. Haleluiah. ps.96

Sequẽtia ſcti euãg. ſm Mattheũ.

In illo tẽpoꝛe: Aſcendẽte Ieſu in nauiculã, ſecuti ſunt eũ diſcipuli eius. ca.8. Et ecce motus magnus factus eſt in mari: ita vt nauicula operiretur fluctibus. Ipſe vero doꝛmiebat. Et acceſſerũt diſcipuli eius: ⁊ ſuſcitauerunt eum, dicentes. Dñe, ſalua nos, perimus. Et dicit eis. Quid timidi eſtis modicę fidei? Tũc ſurgẽs imperauit vẽtis ⁊ mari: ⁊ facta eſt tranquillitas

tas

tas magna. Porro homines mira
ti ſunt, dicentes. Qualis eſt hic quia
vēti ⁊ mare obediunt ei? Credo.
ps.117 Offertorium. Dextera domini fecit
virtutē, dextera domini exaltauit me: dexte-
ra domini fecit virtutem: non moriar, ſed vi
uam, ⁊ narrabo opera domini. Secreta.

CONcede, q̄s, op̄s Deus: vt hu
ius ſacrificij munus oblatū,
fragilitatē noſtrā ab omni malo
purget ſemper ⁊ muniat. Per d.
Oremus. De ſancta Maria.

MUneribus noſtris, quęſum⁹
domine, precibuſque ſuſce-
ptis: ⁊ cęleſtibus nos munda my-
ſterijs, ⁊ clementer exaudi.

Contra perſecutores Eccleſię.

PRotege nos dñe, tuis myſte
riis ſeruiētes: vt diuinis re-
bus inhęrentes, ⁊ corpore tibi fa-
mulemur, ⁊ mente. Per dominū.

Vel pro Papa.

Oblatis. vt in dominica pręcedenti.
Luc.4. Communio. Mirabātur oēs de his,
quę procedebāt de ore Dei. Poſtcōm.

MUnera tua nos Deus a dele
ctationibus terrenis expe-
diāt: ⁊ cęleſtibus ſemp inſtaurent
alimentis. Per dominum noſtrū.
Oremus. De ſancta Maria.

HÆc nos communio dñe pur-
get a crimine: ⁊ intercedente
beata Dei genitrice Maria, cęle-
ſtis remedij faciat eſſe conſortes.

Contra perſecutores Eccleſię.

QUęſumus domine Deus no
ſter: vt, quos diuina tribuis
participatione gaudere, humanis
non ſinas ſubiacēre periculis. per
dominum noſt. Vel pro Papa.
Hęc nos q̄s. vt in dominica pręterita.

## DOMINICA QVINTA poſt Epiphaniam. Introitus. 7.



ADorate Deū oēs ps.96.
angeli eius: audi-
uit, ⁊ lętata eſt Sion: ⁊
exultauerunt filię Iudę.
ps. Dominus regna-
uit, exultet terra, lętētur
inſulę multę. ℣. Glo-
ria patri. Oremus.

FAmiliam tuā: quęſumus do
mine continua pietate cuſto
di: vt quę in ſola ſpe gratię cęleſtis
innititur: tua ſemper protectio-
ne muniatur. Per dominum no.
Orem⁹. Ad poſcenda ſuffr. ſcōr.

ACunctis nos, quęſumus do-
mine, mentis ⁊ corporis de-
fende periculis: ⁊ intercedēte bea
ta ⁊ glorioſa ſempq; virgine Dei
genitrice Maria, cum beatis apo
ſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atq;
beato N. ⁊ omnibus ſanctis, ſalu-
tem nobis tribue benignus ⁊ pa-
cem: vt deſtructis aduerſitatibus
⁊ erroribus vniuerſis, eccleſia tua
ſecura tibi ſeruiat libertate.

Tertia ad libitum Sacerdotis.
Lcō ep̄le b. Pauli ap̄li ad Coloſſ. cap.3

FRatres: Induite vos: ſicut
electi Dei, ſancti, ⁊ dilecti, vi-
ſcera miſericordię: benignitatem,
humilitatem, modeſtiam, patien-
tiam, ſupportantes inuicem, ⁊ do-
nātes vobiſmetipſis, ſiquis aduer-
ſus aliquē habet querelā. Sicut
⁊ dñs donauit vobis: ita ⁊ vos.
Sup omnia autē hęc, charitatem
habētes, quod eſt vinculū perfe-
ctionis. Et pax Chr̄i exultet i cor-
dibus veſtris; in qua ⁊ vocati eſtis

in vno corpore: ⁊ grati eſtote. Verbū Chriſti habitet in vobis abundanter, in omni ſapientia: docētes ⁊ cōmonētes voſmetipſos: in pſalmis, hymnis, ⁊ cāticis ſpiritualib⁹ in gratia cantantes in cordib⁹ veſtris dño. Omne quodcūq; facitis in verbo aut in opere: oīa in noīe dñi noſtri Jeſu Chriſti facite, gratias agentes Deo, ⁊ patri, per Jeſum Chriſtum dominuz noſtrum.

ps. 101 Graduale. Timebunt gentes nomen tuum domine, ⁊ omnes reges terrę gloriaz tuam. ℣. Qm̄ ędificauit dñs Sion, ⁊ videbitur in maieſtate ſua. Haleluiah, haleluiah. ℣. Dominus regnauit, exultet terra, lętentur inſulę multę. Haleluiah. ps. 96.

Sequētia ſcti euāg. ſm Mattheū.

cap. 13. In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolā hāc. Simile factum eſt regnum cęlorū homini, qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo. Cum autem dormirent homines, venit inimicus eius, ⁊ ſuperſeminauit zizānia in medio tritici, ⁊ abijt. Cum autem creuiſſet herba, ⁊ fructum feciſſet: tunc apparuerūt ⁊ zizānia. Accedentes autē ſerui patrisfamilias, dixerūt ei. Dñe, nōne bonū ſemen ſeminaſti in agro tuo? Unde ergo habet zizānia? Et ait illis. Inimicus homo hoc fecit. Serui autē dixerūt ei. Uis imus, ⁊ colligim⁹ ea? Et ait. Nō, ne forte colligētes zizānia, eradicetis cū eis ſimul ⁊ triticū. Sinite ūtraq; crēſcere vſq; ad meſſem, ⁊ in tēpore meſſis dicam meſſoribus: Colligite primū zizānia, ⁊ alligate ea in faſciculos ad cōburendum: triticū autem congregate in horreum meum. Credo.

Offerto. Dextera domini fecit virtutem, dextera domini exaltauit me, dextera domini fecit virtutem: non moriar, ſed viuam, ⁊ narrabo opera domini. ps. 117

Secreta. Hoſtias tibi domine placationis offerim⁹: vt ⁊ delicta noſtra miſeratus abſoluas, ⁊ nutantia corda tu dirigas. Per dominū.

Oremus. Alia Secreta. Exaudi nos De⁹ ſalutaris noſter: vt per huius ſacramēti virtutē, a cūctis nos mentis ⁊ corporis hoſtib⁹ tuearis, gratiā tribuēs in pręſenti: ⁊ gloriam in futuro.

Communio. Mirabantur omnes de his, quę procedebant de ore Dei. Luc. 4.

Poſtc. Quęſumus omnipotēs Deus: vt illius ſalutaris capiamus effectum: cuius per hęc myſteria pignus accepimus. Per dñm no.

Oremus. Alia Poſtcommunio. Mundet, ⁊ muniat nos qſum⁹ domine, diuini ſacramenti munus oblatum: ⁊ intercedente beata ⁊ glorioſa virgine Dei genitrice Maria, cūm beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atq; beato N. ⁊ oībus ſanctis, a cūctis nos reddat, ⁊ peruerſitatibus expiatos, ⁊ aduerſitatibus expeditos.

## DOMINICA SEXTA poſt Epiphaniam. Introitus.



Adorate Deū oēs angeli eius: audiuit, ⁊ lętata eſt Sion: ⁊ exultauerunt filię Judę. ps. 96 ps. Dominus regnauit, exultet terra, lętētur inſulę multę. ℣. Gloria patri. Oremus.

Pręſta

PReſta q̄s, omñs Deus: vt ſemper rationabilia meditantes, quę tibi ſunt placita, ⁊ dictis exequamur, ⁊ factis. Per dominum. Oremus. Ad poſcenda ſuffragia Sanctorum. Oratio.

A Cunctis nos, quęſumus domine, mentis ⁊ corporis defende periculis: ⁊ intercedēte beata ⁊ glorioſa ſempqȝ virgine Dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atqȝ beato N. ⁊ omnibus ſanctis, ſalutem nobis tribue benignus ⁊ pacem: vt deſtructis aduerſitatibus, ⁊ erroribus vniuerſis, eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat libertate.

Tertia oratio dr̄ ad libitum Sacerdotis.

Lcō eplę b. Pauli apl̄i ad Theſſa.

ca.1. FRatres: Gratias agim⁹ Deo ſemper pro omnibus vobis: memoriam veſtri facientes in orationibus noſtris, ſine intermiſſione, memores operis fidei veſtrę, ⁊ laboris, ⁊ charitatis, ⁊ ſuſtinentię ſpei dñi noſtri Jeſu Chriſti, ante Deum ⁊ Patrem noſtruȝ. Scientes fratres dilecti, a Deo electionem veſtram: quia euangeliuȝ noſtrum non fuit ad vos in ſermone tantū: ſed i virtute, ⁊ i ſpiritu ſancto, ⁊ in plenitudine multa: ſicut ſcitis quales fuerimus in vobis ꝓpter vos. Et vos imitatores noſtri facti eſtis, ⁊ dñi: excipiētes verbū in tribulatione multa, cū gaudio ſpūs ſancti: ita vt facti ſitis forma omnibus credētibus in Macedonia, ⁊ in Achaia. A vobis eniȝ diffamatus eſt ſermo dñi: nō ſolū i Macedonia, ⁊ in Achaia: ſed ⁊ in omni loco fides veſtra, quę eſt ad Deū, profecta eſt: ita vt non ſit nobis neceſſe quicq̄ȝ loqui. Ipſi eniȝ de nobis annunciāt qualē introitum habuerimus ad vos: ⁊ quomodo ꝯuerſi eſtis ad Deū a ſimulacris, ſeruire Deo viuo ⁊ vero: ⁊ expectare filiū eius de cęlis (queȝ ſuſcitauit ex mortuis) Jeſum, qui eripuit nos ab ira ventura. Grad.

TImebunt gentes nomen tuum domine, ps 101.
⁊ omnes reges terrę gloriam tuā. ℣. Quoniam ędificauit dominus Sion: ⁊ videbitur in maieſtate ſua. Haleluiah, hal'ah.
℣. Dominus regnauit exultet terra, lętentur inſulę multę. Haleluiah. ps.96

Sequētia ſcti euāge. ſm̄ Mattheū.


IN illo tempore. Dixit Jeſus cap.13.
turbis parabolam hanc. Simile eſt regnuȝ cęloruȝ grano ſinapis: quod accipiens homo ſeminauit in agro ſuo: quod minimum quidem eſt omnibus ſeminibus. Cū autem creuerit, maius eſt omnibus oleribus, ⁊ fit arbor, ita vt volucres cęli veniāt, ⁊ habitent in ramis eius. Aliā parabolā locutus eſt eis. Simile eſt regnuȝ cęloꝝ fermento: quod acceptum mulier abſcōdit in farinę ſatis tribus donec fermentatum eſt totū. Hęc omnia locutus eſt Jeſus in parabolis ad turbas: ⁊ ſine parabolis non loquebat̄ eis: vt impleretur qđ dictum eſt per prophetā dicentem: Aperiam in parabolis ps.77.
os meum: eructabo abſcondita a conſtitutione mundi. Credo.

Offerto. Dextera domini fecit virtu- ps.117
tem, dextera domini exaltauit me, dextera domini fecit virtutem: non moriar, ſed

viuam,

viuam ⁊ narrabo opera domini. Secre.
HÆc nos oblatio Deus mun/
det, quęſumus, ⁊ renouet: gu
bernet, ⁊ protegat. Per dominū.
Oremus. Alia ſecreta.
EXaudi nos Deus ſalutaris
noſter: vt per huius ſacramē
ti virtutē, a cunctis nos mentis ⁊
corporis hoſtib⁹ tuearis, gratiaꝫ
tribuēs i p̄ſenti: ⁊ gloriā i futuro.
Luc.4. Communio. Mirabantur omnes de
his, quę procedebāt de ore Dei. Poſtc.
CÆleſtibus dn̄e paſti delicijs,
quęſumus: vt ſemper eadeꝫ,
per quę veraciter viuimus, appe-
tamus. Per dominum noſtrum.
Oremus. Alia Poſtcommunio.
MUndet, ⁊ muniat nos q̄ſum⁹
domine, diuini ſacramenti
munus oblatum: ⁊ intercedente
beata ⁊ glorioſa virgine Dei ge/
nitrice Maria, cum beatis apoſto
lis tuis Petro ⁊ Paulo, atqꝫ bea
to N. ⁊ oībus ſanctis, a cūctis nos
reddat, ⁊ peruerſitatibus expia/
tos, ⁊ aduerſitatibus expeditos.

DOMINICA SEPTVAGES.
Statio ad ſanctum Laurentium
extra muros. Introitus.



ps.17 CIrcundederunt
me gemit⁹ mor-
tis, ⁊ dolores inferni
circundederunt me: in
tribulatione mea inuo
caui dominū, ⁊ exaudi-
uit de templo ſancto
ſuo vocem meam. ps.
Diligā te dn̄e fortitudo mea, dn̄s firmamē
tum meū, ⁊ refugiū meū, ⁊ liberator meus.
℣. Gloria pa. Non dr̄ Gloria in excelſis.
a Dn̄ica Septuag. vſqꝫ ad Paſcha, exce-
ptis feria v. in Cęna Dn̄i, ⁊ Sabbatho ſan
cto, ⁊ qn̄ dicitur miſſa de feſto. Oratio.
PReces populi tui quęſumus
dn̄e clemēter exaudi: vt qui
iuſte pro peccatis noſtris affligi/
mur: pro tui nominis gloria miſe
ricorditer liberemur. Per dn̄m.
Oremus. Ad poſcenda ſuffragia
Sanctorum. Oratio.
ACunctis nos, quęſumus do-
mine, mentis ⁊ corporis de/
fende periculis: ⁊ intercedēte bea
ta ⁊ glorioſa ſempqꝫ virgine Dei
genitrice Maria, cum beatis apo
ſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atqꝫ
beato N. ⁊ omnibus ſanctis, ſalu
tem nobis tribue benignus ⁊ pa
cem: vt deſtructis aduerſitatibus,
⁊ erroribus vniuerſis, eccleſia tua
ſecura tibi ſeruiat libertate.
Tertia oratio dr̄ ad libitum Sacerdotis.
Sic dr̄ ſecunda ⁊ tertia orō a feſto Purifi
cationis vſqꝫ ad feriam iiij. Cinerum excluſiue, qn̄ nō eſt duplex: niſi Dn̄ica Septua-
geſimę venerit ante feſtū Purificationis,
vel in ipſa die Purificationis, quia tūc di
cunt orationes ſicut in Dn̄ica ij. poſt Epi
phaniā, de ſancta Maria, contra perſecuto
res Eccleſię, vel pro Papa. Simili modo
fiat in Sexageſima, ⁊ Quinquageſima.
Lcō eplę b. Pauli apli ad Corint. cap.9
FRatres: Neſcitis q̄ hi qui in
ſtadio currunt, omnes quidē
currunt: ſed vnus accipit brauiū?
Sic currite, vt comprehendatis.
Omnis autem qui in agone con/
tendit: ab omnibus ſe abſtinet. Et
illi quidem, vt corruptibileꝫ coro/
nam accipiant, nos auteꝫ incorru/
ptā. Ego igitur ſic curro, nō quaſi
in incertum: ſic pugno, non quaſi
aerem

aerē verberās:ſed caſtigo coꝛpus
meum,⁊ in ſeruitutem rēdigo: ne
forte cū alijs pꝛędicauerim, ipſe rē
pꝛob⁹ efficiar. Nolo eniꝫ voſ igno
rare fratres: qm̄ patres noſtri oēſ
ſub nube fuerunt, ⁊ omnes mare
tranſierūt, ⁊ omnes in Moyſe ba
ptizati ſunt in nube, ⁊ in mari. Et
oēs eandeꝫ eſcā ſpiritualem man
ducauerūt,⁊ oēſ eundeꝫ potū ſpi
ritualē biberūt. Bibebāt autē de
ſpirituali,conſequente eos petra:
Petra autē erat Chr̄s. Sed nō in
plurib⁹ eoꝝ beneplacitū eſt Deo.
ps.9 Graduale. Adiutoꝛ in oppoꝛtunitati
bus,in tribulatione: ſperent in te, qui no
uerunt te: quoniam non derelinquis quę
rentes te domine. ℣. Quoniam nō in
finem obliuio erit pauperis, patientia pau
perum non peribit in ęternum: exurge do
mine, non pręualeat homo. Tractus.
ps.129 De profundis clamaui ad te domine, do
mine exaudi vocem meam. ℣. Fiant au
res tuę intendentes in orationeꝫ ſerui tui.
℣. Si iniquitates obſeruaueris dn̄e, dn̄e
quis ſuſtinebit? ℣. Quia apud te ꝓpitia
tio eſt, ⁊ pꝛopter legē tuam ſuſtinui te dn̄e.
¶ A Septuageſima vſqꝫ ad feriā iiij. Ci
neruꝫ, Tractus dr̄ tātū in Dn̄icis ⁊ feſtis:
in ferijs auteꝫ quando repetitur Miſſa de
Dn̄ica, non dicitur, ſed tantum Graduale.
Sequētia ſcti euāg. ſm̄ Mattheū.
ca.20 In illo tēpoꝛe: Dixit Jeſus
diſcipulis ſuis parabolam
hanc. Simile eſt regnum cęloꝛum
homini patriſfamilias, q exijt pri
mo mane cōducere operarios in
vineam ſuam. Conuentione au
tem facta cū operarijs ex denario
diurno, miſit eos in vineaꝫ ſuam.
Et egreſſus circa hoꝛam tertiam,
vidit alios ſtātes in foꝛo ocioſos:
⁊ dixit illis. Jte, ⁊ vos in vineam
meam: ⁊ quod iuſtuꝫ fuerit, dabo
vobiſ. Jlli autē abierūt. Jterū au
tem exijt circa ſextam ⁊ nonaꝫ ho
raꝫ: ⁊ fecit ſimiliter. Circa vndeci
mam vero exijt: ⁊ inuenit alioſ ſtā
tes: ⁊ dicit illis: Quid hic ſtatiſ to
ta die ocioſi? Dicūt ei. Quia nemo
nos cōduxit. Dicit illis. Jte ⁊ voſ
in vineam meam. Cum ſero autē
factuꝫ eſſet, dicit dn̄s vineę pꝛocu
ratoꝛi ſuo. Uoca operarios, ⁊ red
de illis mercedem, incipiens a no
uiſſimis vſqꝫ ad pꝛimos. Cum ve
niſſent ergo, qui circa vndecimaꝫ
hoꝛam venerāt: acceperunt ſingu
los denarios. Uenientes autē ⁊ pꝛi
mi, arbitrati ſunt, ꝙ pl⁹ eſſent ac
cepturi: acceperūt auteꝫ ⁊ ipſi ſin
gulos denarios. Et accipientes,
murmurabāt aduerſus patreꝫ fa
milias dicētes. Hi nouiſſimi, vna
hoꝛa fecerūt: ⁊ pares illos nobis
feciſti, q poꝛtauim⁹ pōdus diei, ⁊
ęſtus? At ille reſpondens vni eo
rum dixit. Amice, non facio tibi in
iuriam. Nonne ex denario conue
niſti mecum? Tolle quod tuū eſt,
⁊ vade. Uolo autem huic nouiſſi
mo dare, ſicut ⁊ tibi. Aut non licet
mihi, quod volo facere? An ocu
lus tuus nequaꝫ eſt, quia ego bo
n⁹ ſum? Sic erūt nouiſſimi, pꝛimi:
⁊ pꝛimi, nouiſſimi. Multi eniꝫ ſūt
vocati pauci, vero electi. Credo.
Offertoꝛium. Bonum eſt confiteri ps.91
dn̄o, ⁊ pſallere nomini tuo altiſſime. Sec.
Muneribus noſtris, q̄ſumus
dn̄e, pꝛecibuſqꝫ ſuſceptis: ⁊
cęleſtibus nos munda myſterijs,

ꝛ clementer exaudi. Per dñm.

Oremus. Alia Secreta.

Exaudi nos Deꝰ ſalutaris noſter: vt p huius ſacraméti virtuté, a cũctis nos mentis ꝛ corporis hoſtibꝰ tuearis, gratiá tribueſ inpreſenti, ꝛ gloriam in futuro.

Tertia ad libitum. Communio.

Illumina faciem tuam ſuper ſeruũ tuũ, ꝛ ſaluũ me fac in tua miſericordia: dñe nõ confundar, qm̃ inuocaui te. Poſtcõm.

Fideles tui Deus per tua dona firmentur: vt eadem ꝛ pcipiendo requirant: ꝛ quęrendo ſine fine percipiant. Per dominũ.


Oremus. Alia Poſtcommunio.

Gaudeat, ꝛ muniat nos q̃ſumꝰ domine, diuini ſacramenti munus oblatum: ꝛ intercedente beata ꝛ glorioſa virgine Dei genitrice Maria, cũm beatis apoſtolis tuis Petro ꝛ Paulo, atq; beato N. ꝛ oĩbus ſanctis, a cũctis noſ reddat, ꝛ peruerſitatibus expiatos, ꝛ aduerſitatibus expeditos.

Tertia ad libitum. Bñdicamus domino. ℟. Deo gratias.

DOMINICA SEXAGESIMÆ.

Statio ad ſanctum Paulũ. Intr.



ps.43 Exurge, quare obdormis dñe: exurge, ꝛ ne repellas in finem: quare faciem tuam auertis: obliuiſceris tribulationẽ noſtrã: adhęſit in terra venter noſter: exurge dñe, adiuua nos, ꝛ libera nos. ps. Deus auribus noſtris audiuimus: patres noſtri annunciauerunt nobis. ℣. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ ſpirit. Oremus.

Deus, qui cõſpicis quia ex nulla noſtra actione cõfidimus, concede propitius: vt contra aduerſa omnia, doctoris gentiũ protectione muniamur. Per dñm n.

Oremus. Ad poſcenda ſuffragia Sanctorum. Oratio.

A Cunctiſ nos, q̃s dñe, mẽtis ꝛ corporis defende periculiſ, ꝛ intercedẽte beata ꝛ glorioſa ſemperq; virgine Dei genitrice Maria, cũ beatis aplis tuis Petro, ꝛ Paulo, atq; beato N. ꝛ omnibuſ ſanctis: ſalutẽ nobis tribue benignus ꝛ pacẽ: vt deſtructis aduerſitatibus ꝛ erroribꝰ vniuerſiſ, eccleſia tua, ſecura tibi ſeruiat libertate.

Tertia ad libitum.

Lcõ eplę bti Pauli Apli ad Cor.

Fratres: Libẽter ſuffertis inſipiẽtes, cũ ſitis ipſi ſapiẽtes. cap. 11. Suſtinetis enim, ſiqs voſ in ſeruitutẽ redigit, ſiqs deuorat, ſiqs accipit, ſiqs extollit, ſiqs in faciẽ vos cędit. Secũdũ ignobilitateſ dico, quaſi nos infirmi fuerimuſ in hac parte. In quo quis audet (in inſipiẽtia dico) audeo ꝛ ego. Hebręi ſunt: ꝛ ego: Iſraelitę ſunt: ꝛ ego. Semẽ Abrahę ſunt: ꝛ ego. Miniſtri Chriſti ſunt, ꝛ ego: vt minꝰ ſapiẽs dico, plus ego. In laboribus plurimis, in carceribus abũdantius, in plagis ſupra modũ, in mortibus frequẽter. A Iudęis, quinquies, quadragenaſ vna minꝰ accepi. Ter, virgis cęſus ſum, ſemel lapidatus ſum, ter naufragiũ feci: nocte, ꝛ die in pfundum maris fui. In itineribꝰ ſępe, periculis fluminũ, periculis latronũ, periculiſ ex genere, periculiſ ex gẽtibꝰ, periculis in ciuitate, periculis in ſolitudine,

ne periculis in mari, periculis in falſis fratrib⁹. In labore ⁊ ęrũna, in vigilijs multis, in fame ⁊ ſiti, in ieiunijs multis, in frigore ⁊ nuditate. Pręter illa, quę extrinſecus ſunt: inſtantia mea quotidiana, ſollicitudo omnium eccleſiarũ. Quis infirmatur, ⁊ ego non infirmor? Quis ſcandalizatur, ⁊ ego non vror? Si gloriari oportet: quę infirmitatis męę ſũt gloriabor. De⁹ ⁊ pater dñi noſtri Jeſu Chriſti, q eſt benedictus in ſecula, ſcit, ꝙ nõ mẽtior. Damaſci, prępoſitus gentis Aretę regis, cuſtodiebat ciuitatem Damaſcenorum: vt me comprehenderet: ⁊ per feneſtram in ſporta demiſſus ſum per murũ: ⁊ ſic effugi man⁹ ei⁹. Si gl'iari oportet, nõ expedit quidẽ. Veniã autẽ ad viſiones, ⁊ reuelationes domini. Scio hominẽ i Chriſto ante annos quatuordecim, ſiue in corpore, ſiue extra corpus, neſcio, Deus ſcit: raptũ huiuſmodi vſq; ad tertium cęlũ. Et ſcio huiuſmodi hominem, ſiue in corpore, ſiue extra corpus, neſcio, Deus ſcit: quoniã raptus eſt in paradiſũ: ⁊ audiuit arcana verba, q̃ non licet homini loq. Pro huiuſmodi gloriabor, p me autẽ nihil gloriabor, niſi in infirmitatibus meis. Nã ⁊ ſi voluero gloriari, non ero inſipiẽs. Veritatẽ enim dicã. Parco autẽ, nequis me exiſtimet ſupra id quod videt in me, aut audit aliqd ex me. Et, ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis męę, angel⁹ ſatanę, qui me colaphizet. Propter quod, ter dominus rogaui, vt diſcederet a me: ⁊ dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate pficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis: vt inhabitet in me virtus Chriſti.

Graduale. Sciant gentes quoniã nomen tibi Deus: tu ſolus altiſſimus ſuper omnem terram. ℣. Deus meus pone illos vt rotam, ⁊ ſicut ſtipulam ante faciẽ venti. Ps. 82.

Tractus. Commouiſti domine terrã, ⁊ conturbaſti eam. ℣. Sana contritiones eius, quia mota eſt. ℣. Vt fugiant a facie arcus: vt liberentur dilecti tui. Ps. 59

Sequẽtia ſancti euãg. ſm Lucã. cap. 8.

In illo tempore: Cum turba plurima conuenirẽt: ⁊ de ciuitatibus properarent ad Jeſũ, dixit per ſimilitudinem. Exijt qui ſeminat ſeminare ſemẽ ſuum. Et dum ſeminat: aliud cecidit ſecus viam, ⁊ conculcatum eſt: ⁊ volucres cęli comederunt illud. Et aliud cecidit ſupra petrã: ⁊ natum aruit, qa nõ habebat humorẽ. Et aliud cecidit inter ſpinas: ⁊ ſimul exortę ſpinę ſuffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terrã bonã: ⁊ ortũ, fecit fructum centuplũ. Hęc dicẽs clamabat. Qui habet aures audiẽdi, audiat. Interrogabãt autẽ eũ diſcipuli eius, q̃ eſſet hęc parabola. Quibus ipſe dixit. Vobis datũ eſt noſſe myſteriũ regni Dei, cęteris autẽ in parabolis, vt vidẽtes nõ videãt, ⁊ audiẽtes nõ intelligãt. Eſt autẽ hęc parabola. Semẽ, eſt verbũ Dei. Qđ autẽ ſecus viã: hi ſunt q audiũt, deinde venit diabolus, ⁊ tollit verbũ de corde eorũ, ne credentes ſalui fiãt. Nam

quod ſupꝛa petrā, hi ſunt, qui cuz
audierint, cū gaudio ſuſcipiūt ver
bum: ⁊ hi radices nō habēt: quia
ad tempus credunt, ⁊ in tempoꝛe
tētationis recedūt. Quod autem
in ſpinas cecidit, hi ſunt, qui audie
rūt: ⁊ a ſolicitudinibus, ⁊ diuitijs,
⁊ voluptatibus vitę, euntes, ſuf-
ſocantur: ⁊ non referūt fructum.
Quod autem in terram bonam:
hi ſunt, qui in coꝛde bono ⁊ opti-
mo, audientes verbum retinēt: ⁊
fructū afferūt in patiētia. Credo.
ps.16 Offertoꝛium. Perfice greſſus meos
in ſemitis tuis, vt non moueantur veſtigia
mea: inclina aurē tuā, ⁊ exaudi verba mea:
mirifica miſericoꝛdias tuas, qui ſaluos fa-
cis ſperantes in te domine. Secreta.
Oblatū tibi dn̄e ſacrificiū viui
ficet nos ſemp, ⁊ muniat. P.
Oꝛemus. Alia Secreta.
Exaudi nos Deꝰ ſalutaris no
ſter: vt p huiꝰ ſacramēti vir-
tutez, a cunctis nos mentis ⁊ coꝛ
poꝛis, hoſtibus tuearis, gratiā tri
buens in pꝛęſenti, ⁊ gloꝛiam in fu-
turo. Tertia ad libitum.
ps.42 Commu. Introibo ad altare Dei, ad
Deū q letificat iuuentutē meā. Poſtcō.
Supplices te rogamꝰ oþs deꝰ
vt, quos tuis reficis ſacramē
tis, tibi etiā placitis moꝛibus di-
gnāter deſeruire cōcedas. Per d.
Oꝛemus. Alia poſtcommunio.
Mundet ⁊ muniat nos, q̄s do
mine, diuini ſacramenti mu
nus oblatum: ⁊ intercedēte beata
virgine Dei genitrice Maria: cuz
beatis aplis tuis Petro ⁊ Pau-
lo, atqz beato N. et omnibus ſan
ctis, a cūctis nos reddat, ⁊ peruer
ſitatibus expiatos, ⁊ aduerſitati-
bus expeditos. Tertia ad libituz.
Benedicamꝰ dn̄o. Rx. Deo gratias.

DOMINICA QVINQVAGE.
Statio ad ſanctū Petrū. Introit.



Esto mihi i Deū ps.30
protectoꝛez ⁊ in
locum refugij: vt ſaluū
me facias: quoniam fir
mamētum meum: ⁊ re-
fugium meum es tu: ⁊
propter nomen tuum
dux mihi eris, ⁊ enu-
tries me. Ps. In te domine ſperaui, non
confundar in ęternum, in iuſtitia tua libera
me. ℣. Gloꝛia patri, ⁊ filio. Oꝛemus.
Preces noſtras, q̄s, dn̄e, clemē
ter exaudi: atqz a peccatoꝛū
vinculis abſolutos, ab omni nos
aduerſitate cuſtodi. Per domin.
Oꝛemus. Ad poſcenda ſuffragia
Sanctoꝛum.
A Cunctis nos, quęſumus do-
mine, mentis ⁊ coꝛpoꝛis de-
fende periculis: ⁊ intercedēte bea
ta ⁊ glorioſa ſempqz virgine Dei
genitrice Maria, cuz beatis aplis
tuis Petro ⁊ Paulo, atqz beato
N. ⁊ omnibus ſanctis, ſalutē no-
bis tribue benignus ⁊ pacē: vt de
ſtructis aduerſitatibꝰ ⁊ erroꝛibꝰ
vniuerſis, eccleſia tua ſecura tibi
ſeruiat libertate. Tertia ad libitū.
Lcō eplę b. Pauli apli ad Coꝛint.
Fratres: Si linguis hominū 1.co.13
loquar, ⁊ angeloꝛum: chari-
tatē autē non habeam, factus ſuz
velut ęs ſonās, aut cymbalum tin
niens. Et ſi habuero pꝛophetiaz,
⁊ nouerim myſteria omnia, ⁊ om-
nē ſciētiam: ⁊ ſi habuero oēm fidē,

ita vt montes transferā,charitatē
autē nō habuero, nihil ſum. Et,ſi
diſtribuero in cibos pauperū oēs
facultates meas:⁊ ſi tradidero cor
pus meum ita vt ardeā,charitatē
autē nō habuero: nihil mihi pro/
deſt.Charitas,patiēs eſt,benigna
eſt.Charitas: non ęmulat: nō agit
perperā:non inflatur: non eſt am/
bitioſa:nō quęrit quę ſua ſunt.Nō
irritatur: nō cogitat malum: non
gaudet ſuper iniquitate:congau/
det autē veritati. Omnia ſuffert,
oia credit,omnia ſperat,omnia ſu
ſtinet.Charitas nūquā excidit:ſi
ue prophetię euacuabunt:ſiue lin
guę,ceſſabūt:ſiue ſciētia,deſtruet.
Ex parte eniʒ cognoſcimus, ⁊ ex
parte prophetamus.Cum autem
venerit quod perfectum eſt: eua/
cuabitur quod ex parte eſt. Cum
eſſem paruulus, loquebar vt par
uulus,ſapiebam vt paruulus,co/
gitabam vt paruulus. Quando
autem factus ſum vir, euacuaui
quę erant paruuli. Videmus nūc
per ſpeculum in ęnigmate: tunc
autem facie ad facieʒ. Nūc cogno/
ſco ex parte: tūc autem cognoſcā,
ſicut ⁊ cognitus ſum. Nūc autem
manēt, fides, ſpes, charitas, tria
hęc:maior autē horū eſt charitas.

Gradua. Tu es Deus,qui facis mira/
ps.76. bilia ſolus: notam feciſti in gētibus virtu/
tem tuam. ℣. Liberaſti in brachio tuo po
pulum tuum,filios Iſrael,⁊ Joſeph.

Tractus. Jubilate Deo oīs terra: ſer/
ps.99. uite dño in lętitia. ℣. Intrate in conſpe/
ctu eius in exultatione: ſcitote quod dñs
ipſe eſt Deus. ℣. Ipſe fecit nos,⁊ nō ipſi
nos: Nos aūt populus ei⁹,⁊ oues paſcuę ei⁹.

M.N.R.

Sequētia ſancti euang. ſm Lucā. ca.18.

In illo tēpore: Aſſumpſit Je/
ſus duodeciʒ diſcipulos ſuos
ſecreto,⁊ ait illis. Ecce aſcendim⁹
Jeroſolymam: ⁊ conſummabun/
tur omnia quę ſcripta ſunt p pro/
phetas de filio hominis. Trade/
tur enim gentibus, ⁊ illudetur, ⁊
flagellabitur,⁊ conſpuet.Et poſt/
quam flagellauerint,occident eū:
⁊ die tertia reſurget. Et ipſi nihil
horum intellexerunt.Erat autem
verbum iſtud abſcōditum ab eis,
⁊ non intelligebant quę diceban/
tur. Factum eſt autem, cum ap/
propinquaret Jericho,cęcus qui
dam ſedebat ſecus viā mendicās.
Et cum audiret turbā prętereun
tem,interrogabat quid hoc eſſet.
Dixerunt autē ei ꝙ Jeſus Naza/
renus trāſiret.Et clamauit dicēs.
Jeſu fili Dauid,miſerere mei. Et
q̄ pręibāt,increpabāt euʒ, vt tacē/
ret. Ipſe vero multo magis clama
bat. Fili Dauid,miſere mei. Stās
autē Jeſus iuſſit illū adduci ad ſe.
Et cū appropinquaſſet, interroga/
uit illū dicēs. Quid tibi vis faciaʒ?
At ille dixit. Domine, vt videam.
Et dixit illi Jeſus. Reſpice. Fides
tua te ſaluum fecit. Et cōfeſtim vi/
dit, ⁊ ſequebatur illum, magnifi/
cans Deum. Et omnis plebs vt
vidit,dedit laudem Deo. Credo.

Offertorium. Benedictus es domi/ ps.118
ne,doce me iuſtificationes tuas: in labijs
meis pnūciaui oīa iudicia oris tui. Sec.

Hæc hoſtia, q̄s dñe, emundet
noſtra delicta:⁊ ad ſacrificiū
celebrandū, ſubditorum tibi cor/
pora,menteſq̄ʒ ſanctificet. Per d.

 Oremus.

O ꝛemus. Alia Secreta.

EXaudi nos De⁹ ſalutaris noſter: vt p huius ſacraméti virtutem, a cunctis nos mentis ⁊ coꝛpoꝛis hoſtibus tuearis, gratiá tribuens in pꝛeſenti, et gloꝛiam in futuro. Per dominum. Communio.

ps.77. Manducauerunt, ⁊ ſaturati ſunt nimis, ⁊ deſiderium eoꝛum attulit eis dominus: non ſunt fraudati a deſiderio ſuo. Poſtc.

QUeſumus omnipotés De⁹: vt qui cęleſtia alimenta percepimus: per hęc cótra omnia aduerſa muniamur. Per dominuȝ.

O ꝛemus. Alia Poſtcommunio.

MUndet, ⁊ muniat nos, quęſumus domine, diuini ſacraméti munus oblatum: ⁊ intercedéte beata virgine Dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atqȝ beato N. ⁊ omnibus ſanctis: a cunctis nos reddat, ⁊ peruerſitatibus expiatos, ⁊ aduerſitatibus expeditos. Per eundem dominum noſtrum. ⁊c.

Benedicam⁹ dño. ℟. Deo grás.

FERIA IIII. CINERUM.

Ante Miſſam benedicunt cineres facti de ramis oliuę bñdictis pteriti anni hoc mō.

Primo cantatur Antiphona.

ps.68 EXaudi nos dñe: qm benigna eſt miſericoꝛdia tua: ⁊ ſecúdú multitudinem miſerationum tuarum reſpice nos dñe. ps. Saluú me fac De⁹: quoniá intrauerút aquę vſqȝ ad aíam meá. ℣. Gloꝛia patri. Repetitur Exaudi nos. Deinde dicitur Dominus vobiſcú. ℟. Et cum ſpiritu tuo. O ꝛemus.

OMnipotés ſempiterne de⁹, parce pęnitentibus, ppitiare ſupplicátibus: ⁊ mittere digneris ſanctum angelum tuum de cęlis, qui bene ✠ dicat, ⁊ ſancti ✠ ficet hos cineres: vt ſint remediuȝ ſalubꝛe omnibus nomen ſanctuȝ tuum humiliter imploꝛantibus: ac ſemetipſos pꝛo conſcientia delictoꝛum ſuoꝛum accuſantibus: atque ante conſpectum diuinę clementię tuę facinoꝛa ſua deploꝛantibus: vel ſereniſſimá pietaté tuaȝ ſuppliciter obnixeque flagitantibus: ⁊ pꝛeſta per inuocationé ſanctiſſimi nominis tui: vt, quicunqȝ eos ſuper ſe aſpérſerint, pꝛo redéptione peccatoꝛum ſuoꝛú, coꝛpoꝛis ſanitatem, ⁊ animę tutélá percipiant. Per Chꝛiſtum dominum noſtrum. ℟. Amen. O ꝛemus.

DEus, qui nó moꝛté, ſed pęnitentiá deſideras peccatoꝛú: fragilitaté códitionis humanę benigniſſime reſpice: ⁊ hos cineres, quos cauſa pferédę humilitatis, atqȝ pꝛomerédę venię, capitibus noſtris imponi decernimus, bene ✠ dicere pꝛo tua pietate dignare: vt, qui nos cinerem eſſe, ⁊ ob pꝛauitatis noſtrę méritú in puluereȝ reuerſuros cognoſcim⁹: peccatoꝝ omniú véniá, ⁊ pꝛęmia pęnitentibus repꝛomiſſa, miſericoꝛditer cóſequi mereamur. Per Chꝛiſtum dñm noſtrú. ℟. Amé. O ꝛemus.

DEus, q humiliatione flecteris, ⁊ ſatiſfactione placaris, auré tuę pietatis inclina pcib⁹ noſtris: ⁊ capitib⁹ ſeruoꝝ tuoꝝ, horú cinerú aſpſione attactis, effunde

de ꝓpitius gratiã tuę bene✠dictionis: vt eos, ꝛ ſpiritu compunctionis répleas, ꝛ quę iuſte poſtulauerint, efficaciter tribuas, ꝛ cõceſſa ꝑpetua ſtabilitate, intactos ꝑmanere decernas. Per Chriſtũ dñm noſtrũ. ℟. Amẽ. Oremus.

Omnipotẽs ſempiterne Deus qui Niniuitis, in cinere ꝛ cilicio penitentibus, indulgẽtię tuę remedia preſtitiſti: concede propitius: vt ſic eos imitemur habitu, quatenus venię proſequamur obtentu. Per dominum noſtrum.

¶ Completa cinerum benedictione, primo imponitur cinis ſacerdoti celebraturo miſſam ab alio ſacerdote, ſi adeſt: alioquin ipſemet ſacerdos genibus flexis coram altari ſibi cineres imponit: ꝛ cantatur ſtatim a choro Antiphona.

Joel 2. Immutemur habitu, in cinere ꝛ cilicio: ieiunemus, ꝛ ploremus ante dominum: quia multum miſericors eſt dimittere peccata noſtra Deus noſter.

Alia Aña. Inter veſtibulum ꝛ altaré plorabũt ſacerdotes miniſtri domini, ꝛ dicent. Parce domine, parce populo tuo: ꝛ ne diſſipes ora canentium te domine.

Sequitur ℟. Emendemus in melius, quę ignoranter peccauimus: ne ſubito preoccupati die mortis, quęramus ſpatiũ penitentię, ꝛ inuenire non poſſimus. Attende domine, ꝛ miſerere, quia peccauimus tibi.
Ps. 78. ℣. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter: ꝛ propter honorem nominis tui domine libera nos. Attende. ℣. Gloria pat. Attẽde.

¶ Sacerdos vero dũ cãtãtur Aña, ꝛ Reſponſorium, primo miniſtris ſtantibus genibus flexis coram altari imponit cineres
Gen. 3. dicens, Memẽto homo quia pulvis es, ꝛ in puluerem reuerteris.

M.R.R.

¶ Poſtea veniunt alij, primo Clerus per ordinem, deinde populus: ꝛ genibus flexis ante altare ſingulatim recipiunt cineres a ſacerdote: vt dictum eſt de miniſtris. Completa cinerum datione dicitur.

Dñs vobiſcũ. Oremus. Orõ.

Concede nobis dñe preſidia militię Chriſtianę, ſanctis inchoare ieiunijs: vt cõtra ſpirituales nequitias pugnaturi, continẽtię muniamur auxilijs. Per Chriſtum dñm noſtrum. ℟. Amen.

¶ Deinde dicitur Miſſa. primus dies xl.

Statio ad S. Sabinam. Introitus.

Sap. 11. Miſereris omnium domine, ꝛ nihil odiſti eorũ quę feciſti: diſſimulans peccata hominum propter penitentiam: ꝛ parcens illis, quia tu es dñs Deus noſter. Ps. Miſerere mei Deus, Ps. 56 miſerere mei: quoniam in te confidit anima mea. ℣. Gloria patri. Oremus.

Preſta dñe fidelibus tuis: vt ieiuniorũ venerãda ſolẽnia, ꝛ congrua pietate ſuſcipiant, ꝛ ſecura deuotione percurrant. Per d.

¶ Ab hac die vſq; ad dñicã de paſſione, poſt orõnẽ diei dicũtur due ſequẽ. orones.

Oremus. Ad poſcenda ſuffragia Sanctorum. Oratio.

A Cunctis nos, quęſumus dñe, mentis ꝛ corporis defende periculis: ꝛ intercedẽte beata ꝛ glorioſa ſemperq; virgine Dei genitrice Maria: cum beatis apoſtolis tuis Petro ꝛ Paulo atq; beato N. ꝛ omnibus ſanctis, ſalutem nobis tribue benignus ꝛ pacem: vt deſtructis aduerſitatibus, ꝛ erroribus

vniuerſis, Eccleſia tua ſecura tibi
ſeruiat libertate. Oratio.
Omnipotens ſempiterne Deus, q
viuorū dñaris ſimul ꝛ mortuorū,
omniūq; miſereris, quos tuos fi-
de ꝛ opere futuros eſſe pnoſcis: te
ſupplices exoram⁹: vt, pro quibus
effundere pces decreuim⁹: quoſq;
vel pręſens ſeculū adhuc in carne
retinet: vel futurū iā exutos cor-
pore ſuſcepit: intercedētibus oib⁹
ſanctis tuis, pietatis tuę clemen-
tia, omnium delictorum ſuorum
veniam conſequantur. Per dñm.

Lectio Joelis prophetę.

cap.2. HEc dicit dñs. Conuertimini
ad me in toto corde veſtro: in
ieiunio, ꝛ fletu, ꝛ planctu: ꝛ ſcindi-
te corda veſtra, ꝛ non veſtimenta
veſtra. Et conuertimini ad domi-
num Deum veſtrum: quia beni-
gnus, ꝛ miſericors eſt: pátiens, ꝛ
multę miſericordię, ꝛ pręſtabilis
ſuper malitia. Quis ſcit, ſi conuer
tat, ꝛ ignoſcat Deus, ꝛ relinquat
poſt ſe benedictionem? Sacrifi-
cium ꝛ libamen domino Deo no-
ſtro. Cánite tuba in Sion: ſancti-
ficate ieiunium: vocate cętum: con
gregate populum: ſanctificate ec-
cleſiam: coadunate ſenes: congre-
gate paruulos, ꝛ ſugentes vbera.
Egrediatur ſpóſus de cubili ſuo:
ꝛ ſpóſa de thalamo ſuo. Inter ve
ſtibulū ꝛ altare plorabūt ſacerdo
tes miniſtri dñi, ꝛ dicent: Parce
dñe, parce populo tuo: ꝛ ne des
hereditatē tuā in opprobrium: vt
dñent eis nationes. Quare dicūt
in populis: Ubi eſt Deus eorum? Ze
latus eſt dñs terram ſuam: ꝛ pe-
percit populo ſuo. Et reſpondit
dominus, ꝛ dixit populo ſuo. Ec-
ce ego mittam vobis frumentum,
ꝛ vinum, ꝛ oleum: ꝛ replebimini
in eis: ꝛ non dabo vos vltra op-
probriū in gētibus: dicit dñs ops.
Graduale. Miſerere mei Deus, miſe-
rere mei: quoniam in te cōfidit anima mea.
℣. Miſit de cęlo, ꝛ liberauit me: dedit in
opprobrium conculcantes me.
Tractus. Domine, non ſecundū pec ps 102
cata noſtra, quę fécimus nos: neq; ſecūdū
iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣.
Domine ne memineris iniquitatū noſtra-
rū antiquarū: cito anticipēt nos miſericor-
dię tuę, q2a pauperes facti ſumus nimis.
Cum dr̃ ſequens verſus, genuflectitur. ℣. ps.78
Adiuua nos De⁹ ſalutaris noſter: ꝛ ppter
gloriā noīs tui dñe libera nos: ꝛ ppitius
eſto peccatis noſtris propter nomen tuū.
¶ Supradictus tractus ab hac die dici-
tur feria ij. iiij. ꝛ vj. vſq; ad feriam quartam
maioris hebdomadę, niſi pprius aſſignet.
Sequētia ſcti euāg. ſm Matthęū.
IN illo tempore: Dixit Jeſus cap.6
diſcipulis ſuis. Cum ieiuna-
tis, nolite fieri, ſicut hypócritę, tri
ſtes. Extermināt enim facies ſuas:
vt appareant hominibus ieiunā-
tes. Amen dico vobis: receperunt
mercedem ſuam. Tu autem cum
ieiunas, vnge caput tuum, ꝛ faciē
tuam laua: ne videaris hominib⁹
ieiunans: ſed patri tuo, qui eſt in
abſcondito. Et pater tuus, qui vi-
det in abſcondito, reddet tibi. No
lite theſaurizare vobis theſauros
in terra: vbi erugo ꝛ tinea demoli
tur, ꝛ vbi fures effodiunt ꝛ furan-
tur. Theſaurizate autē vobis the-
ſauros in cęlo: vbi neque erugo,
neque

neqȝ tinea demolit̄: ⁊ vbi fures nõ effodiũt nec furant̄. Ubi eſt enim theſaurus tuus, ibi eſt ⁊ cor tuuȝ.

ps.29 **Offert.** Exaltabo te dñe, qm̃ ſuſcepiſti me, nec delectaſti inimicos meos ſuper me domine clamaui ad te, ⁊ ſanaſti me. **Sec.**

Hac nos, q̃s dñe, his munerib⁹ offerendis ɔueniẽter aptari: quibus ipſius venerabilis ſacramenti celebramus exordiũ. Per.

**O**rem⁹. *Alię ſecr. vſqȝ ad dñicã Paſſ.*

Exaudi nos Deus ſalutaris noſter: vt per huius ſacramenti virtutem, a cunctis nos mẽtis ⁊ corporis hoſtibus tuearis, gratiam tribuens in pręſenti, ⁊ gloriam in futuro.

Deus cui ſoli cognitus eſt numerus electorum in ſuperna felicitate locandus: tribue quęſumus: vt, intercedẽtibus omnib⁹ ſanctis tuis, vniuerſorum, quos in oratione cõmendatos ſuſcepimus, ⁊ nomina omnium fidelium beatę prędeſtinationis liber aſcripta retineat. Per dñm nr̃m Jeſum Chr̃m filiũ tuũ, q tecũ viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus, p omnia ſęcula ſeculorum. ℟. Amẽ. Dominus vobiſcuȝ. ℟. Et cum ſpiritu tuo. ℣. Surſuȝ corda. ℟. Habemus ad dñm. ℣. Gratias agamus dño Deo nr̃o. ℟. Dignũ ⁊ iuſtum eſt.

Vere dignũ ⁊ iuſtum eſt, ęquum ⁊ ſalutare. Nos tibi ſemp ⁊ vbiqȝ gratias agere, dñe ſancte, Pater omnipotens, ęterne Deus.

Qui corporali ieiunio vitia cõprimis: mẽtẽ eleuas, virtutẽ largiris ⁊ pr̃mia, p Chr̃m dñm noſtrũ. Per quẽ maieſtatẽ tuã laudant angeli, adorãt dñationes, tremũt poteſtates: cęli, cęlorũqȝ virtutes, ac beata ſeraphiȝ, ſocia exultatione ɔcelebrãt: cuȝ qbus ⁊ noſtras voces, vt admitti iubeas deprecamur, ſupplici cõfeſſione dicẽtes, Sanctus, Sãctus, Sãct⁹, dñs De⁹ ſabaoth. Pleni ſunt cęli ⁊ terra gloria tua, hoſanna in excelſis. Bñdictus q venit in noĩe dñi, hoſanna i excelſis.

Te igitur clementiſſime pater. *vt in canone, loco ſuo. Et dicitur quotidie vſqȝ ad Dominicã paſſionis: etiã in miſſa de feſto, qñ propriã nõ habuerit.* **Cõio.**

Qui meditabit̄ in lege dñi die ac nocte, dabit fructũ ſuũ in tẽpore ſuo. **Poſtcõ.**

Percepta nobis dñe prębeãt ſacramenta ſubſidiuȝ: vt tibi grata ſint noſtra ieiunia, ⁊ nobis proficiant ad medelam. Per dñȝ.

*Alię poſtcõ. vſqȝ ad dñicã paſſ.* **O**rem⁹.

Mundet, ⁊ muniat nos, quęſumus domine, diuini ſacramẽti munus oblatum: ⁊ intercedẽte beata virgine Dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atqȝ beato N. ⁊ omnibus ſanctis: a cunctis nos reddat, ⁊ peruerſitatibus expiatos, ⁊ aduerſitatibus expeditos.

Purificent nos, quęſumus omnipotens ⁊ miſericors Deus, ſacramenta quę ſumpſimus: ⁊ intercedẽtibus omnibus ſanctis tuis, pręſta: vt hoc tuum ſacramentũ nõ ſit nobis reatus ad pęnã, ſed interceſſio ſalutaris ad veniaȝ: ſit ablutio ſcelerũ, ſit fortitudo fragiliũ: ſit cõtra omnia mũdi pericula firmamẽtũ: ſit viuorũ atqȝ mortuorũ fideliũ remiſſio omniũ delictorũ. Per.

*Deinde*

deinde ſacerdos abſolute dicit: Oremꝰ.
¶ Poſtea diaconus (ſi in officio diaconatus ſeruiat) dicit. Humilitate capita veſtra Deo. Alioquin ipſemet ſacerdos.

Sequitur ſuper populū. Oratio.

Inclinantes ſe dñe maieſtati tuę ꝓpitiatꝰ intēde: vt, q diuino munere ſunt refecti, cęleſtibus ſemper nutriantur auxilijs. Per.

¶ Et hic modus dicendi orationem ſuper populū ſeruatᷣ tantūmodo in miſſa de feria vſq; ad iiij. feriam maioris hebdom.

Benedicamꝰ dño. ℟. Deo gratias.

## FERIA QVINTA.

2. dica xl. **Statio ad S. Georgiū. Introit.**

pſ. 54



Dum clamarē ad dominū, exaudiuit vocē meā ab his qui appropinquāt mihi: ⁊ humiliauit eos, q eſt ante ſęcula, ⁊ manet in ęternū: iacta cogitatū tuū in dño, ⁊ ipſe te enutriet. pſ. Exaudi Deus orationem meā, ⁊ ne deſpexeris deprecationē meā: intēde mihi, ⁊ exaudi me. ℣. Gloria patri. Oremus.

Deus, q culpa offenderis, pęnitētia placaris, preces populi tui ſupplicātis propitiꝰ reſpice: ⁊ flagella tuę iracundię, q̄ pro peccatis noſtris meremur, auerte. P.

Ad poſcēda ſuffr. ſcōrū. Oremꝰ. A cūctis. 28. vt in feria iiij. Cinerum.

Lectio Iſaię prophetę.

cap. 38. In diebus illis: Ægrotauit Ezechias vſq; ad mortem: ⁊ introiuit ad eū Iſaias filiꝰ Amos propheta, ⁊ dixit ei. Hęc dicit Dominus. Diſpone domui tuę: quia morieris tu, ⁊ nō viues. Et conuertit Ezechias faciē ſuā ad parietē, ⁊ orauit ad dominū, ⁊ dixit. Obſecro dñe, memento, q̄ſo, quomodo ambulauerim corā te in veritate ⁊ in corde perfecto: ⁊ quod bonū eſt in oculis tuis fecerī. Et fleuit Ezechias fletu magno. Et factū eſt verbum dñi ad Iſaiam, dicēs. Uade, ⁊ dic Ezechię. Hęc dicit dominꝰ Deus Dauid patris tui. Audiui orationē tuā: ⁊ vidi lacrymas tuas. Ecce, ego adijciā ſuper dies tuos quindecī annos: ⁊ de manu regis Aſſyriorū eruā te, ⁊ ciuitatē iſtā: ⁊ protegā eam. Ait dñs ops.

Graduale. Iacta cogitatum tuum in domino, ⁊ ipſe te enutriet. ℣. Dum clamarem ad dominum, exaudiuit vocē meā ab his, qui appropinquant mihi. pſ. 54

Sequētia ſcti euāg. ſm Mattheū.

In illo tempore. Cū introiſſet Ieſus Capharnaū, acceſſit ad eum Centurio, rogans eū, ⁊ dicēs. Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, ⁊ male torquet. Et ait illi Ieſus. Ego veniā: ⁊ curabo eū. Et reſpōdens Cēturio, ait. Dñe, nō ſum dignus, vt intres ſub tectū meū: ſed tantū dic verbo, ⁊ ſanabitur puer meꝰ. Nā ⁊ ego homo ſum ſub poteſtate cōſtitutus, habens ſub me milites: ⁊ dico huic: vade, ⁊ vadit. Et alio: veni, ⁊ venit. Et ſeruo meo: fac hoc, ⁊ facit. Audiēs autē Ieſus, miratꝰ eſt: ⁊ ſequētibus ſe dixit: Amē dico vobis: nō inueni tantam fidē in Iſrael. Dico autē vobis, q multi ab oriēte ⁊ occidēte venient: ⁊ recumbent cū Abrahā, Iſaac, ⁊ Iacob in regno cęlorum: filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores cap. 8.

rioꝛes: ibi erit fletus, ⁊ ſtridoꝛ dē-
tium. Et dixit Jeſus Centurioni.
Uade, ⁊ ſicut credidiſti, fiat tibi.
Et ſanatus eſt puer in illa hoꝛa.
ps.24 Offert. Ad te dñe leuaui animā meā:
Deus meus in te confido, non erubeſcā:
neq; irrideant me inimici mei: etenim vni-
uerſi, qui te expectāt, nō cōfundent. Sec.
Sacrificiis pꝛęſentib⁹ dñe, q̄s,
intēde placatus: vt ⁊ deuotio
ni noſtrę pꝛoficiāt, ⁊ ſaluti. Per d.
Oremus. Alię ſecre. Exaudi nos.
Deus cui. 29. vt ſup. in fer. iiij. Cin.
ps.50. Communio. Acceptabis ſacrificium
iuſtitię, oblationes, ⁊ holocauſta, ſuper al-
tare tuum domine. Poſtcommunio.
Cæleſtis doni benedictione p
cepta, ſupplices te De⁹ oīs
depꝛecamur: vt hoc idē nobis, ⁊ ſa
cramenti cauſa ſit, ⁊ ſalutis. Per.
Orem⁹. Alię poſtcōiones. Mūdet,
⁊ muniat. 29. vt ſup. in fer. iiij. Cinerū.
ps. Super populum. Oremus. Hu-
miliate capita veſtra Deo.
Parce dñe, parce populo tuo:
vt dignis flagellatiōib⁹ caſti
gat⁹, in tua miſeratione reſpiret. p.

dies 3 xl. FERIA SEXTA.

Statio ad ſanctos Johānē ⁊ Pau
lum. Introitus.

ps.29 Audiuit dñs, ⁊ miſer
tus eſt mihi: domin⁹
fact⁹ eſt adiutoꝛ me⁹.
ps. Exaltabo te do
mine quoniā ſuſce-
piſti me: nec delecta
ſti inimicos meos
ſuper me. ℣. Gloꝛia patri. Oremus.
Inchoata ieiunia, q̄s dñe, be-
nigno fauoꝛe pꝛoſequere: vt
obſeruātiā, quā coꝛporaliter exhi
bemus, mētib⁹ etiā ſyncēris exer-
cēre valeamus. Per dominū no.
Alię orationes. Oremus. A cūctis.
⁊ Omnipotēs. vt in feria iiij. Cinerū.

Lectio Jſaię pꝛophetę.

Hæc dicit dñs Deus: Clama, ca.58
ne ceſſes: quaſi tuba, exal-
ta vocem tuam, ⁊ annuncia po-
pulo meo ſcelera eoꝛum, ⁊ domui
Jacob peccata eoꝛum. Me etenī
de die in diem quęrūt, ⁊ ſcire vias
meas volunt: quaſi gens quę iuſti
tiā fecerit, ⁊ quę iudiciū Dei ſui
non dereliquerit. Rogant me iu-
dicia iuſtitię: ⁊ appꝛopinquare
Deo volūt. Quare ieiunauim⁹, ⁊
non aſpexiſti? humiliauimus ani-
mas noſtras, ⁊ neſciſti? Ecce i die
ieiunij veſtri inuenitur volūtas ve
ſtra: ⁊ oēs debitoꝛes veſtros repē
titis. Ecce, ad lites ⁊ cōtentiones
ieiunatis, ⁊ percutitis pugno im-
pie. Nolite ieiunare ſicut vſq; ad
hāc diē, vt audiat i excelſo clamoꝛ
veſter. Nūquid tale eſt ieiunium,
quod elegi, per diem, affligere ho-
minem animā ſuā? Nunquid, con-
toꝛquēre quaſi circulū caput ſuū,
⁊ ſaccū, ⁊ cinerem ſternere? Nun-
quid iſtud vocabis ieiuniū, ⁊ diē
acceptabilem dño? Nōne, hoc eſt
magis ieiuniū quod elegi? Diſſol-
ue colligationes impietatis: ſolue
faſciculos depꝛimentes. Dimitte
eos, q̄ ꝯfracti ſunt, liberos: ⁊ omne
onus diſrumpe. Frāge eſuriēti pa
nē tuū: ⁊ egenos, vagoſq; induc
in domum tuā. Cum videris nu-
dum, operi eum: ⁊ carnē tuam ne
deſpexeris. Tūc erūpet quaſi ma-
ne lumē tuū: ⁊ ſanitas tua citius
oꝛietur:

orietur: ⁊ anteibit faciem tuam iu ſtitia tua: ⁊ gloria dñi colliget te. Tũc inuocabis, ⁊ dñs exaudiet: cla mabis, ⁊ dicet. Ecce adſũ. Quia miſericors ſum dñs deus tuus.

ps. 26. Graduale. Unam petij a domino, hanc requiram: vt inhabitem in domo do mini. ℣. Ut videam voluntatem domi ni, ⁊ protegar a templo ſancto eius.

ps. 102. Tractus. Domine, non ſecundũ pec cata noſtra, quę fecimus nos: neq; ſecũdũ iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣.

ps. 78 Domine ne memineris iniquitatũ noſtra rũ antiquarũ: cito anticipẽt nos miſericor dię tuę, qa pauperes facti ſumus nimis. ℣.

Hic ge nuflectitur. Adiuua nos De⁹ ſalutaris noſter: ⁊ ꝓpter gloriã nois tui dñe libera nos: ⁊ ꝓpitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuũ.

Sequẽtia ſci euãg. ſm Matthęũ.

c. 5. 26. In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Audiſtis, qa

Leuit. 19. d dictum eſt antiquis. Diliges pro ximum tuum: ⁊ odio habebis ini

Luc. 6. micum tuũ. Ego autẽ dico vobis. Diligite inimicos veſtros: benefa cite his q oderũt vos ⁊ orate pro perſequentibus, ⁊ calũniantibus vos: vt ſitis filij patris veſtri, q in cęlis eſt: q ſolẽ ſuum oriri facit ſu per bonos ⁊ malos, ⁊ pluit ſuper iuſtos ⁊ iniuſtos. Si enĩ diligitis eos qui vos diligũt, quã mercedẽ habebitis? Nonne ⁊ publicani hoc faciunt? Et, ſi ſalutaueritis fra tres veſtros tãtũ, quid ampli⁹ fa citis? Nõne ⁊ ethnici hoc faciũt? Eſtote ergo ⁊ vos pfecti, ſicut ⁊ pa ter veſter cęleſtis pfect⁹ eſt. Attẽdi te: ne iuſtitiam veſtrã faciatis corã hominib⁹, vt videamini ab eis: a lioquin mercedẽ non habebitis apud patrẽ veſtrũ, q i cęlis eſt. Cũ ergo facis eleemoſynã, noli tuba canere ante te, ſicut hipocrytę fa ciunt in ſynagogis ⁊ in vicis, vt ho norificẽtur ab hominibus. Amen dico vobis: receperunt mercedẽ ſuam. Te autẽ faciente eleemoſy nã, neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua: vt ſit eleemoſyna tua in abſcondito. Et pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi.

Offert. Domine, viuifica me ſecũdũ eloquiũ tuũ: vt ſciã teſtimonia tua. ps. 18 Secr.

Sacrificium domine obſeruã tię quadrageſimalis, quod offerimus, preſta, quęſumus, vt ⁊ tibi mentes noſtras reddat acce ptas, ⁊ cõtinẽtię promptioris no bis tribuat facultatẽ. Per dñm.

Alię ſecretę. Prem⁹. Exaudi nos ⁊ Deus cui. 29. vt in feria iiij. Cine.

Communio.

Seruite domino in timore, ⁊ exultate ei cum tremore: apprehendite diſciplinã, ne pereatis de via iuſta. ps. 2.

Poſtcõmunio.

Spiritum nobis domine tuę charitatis infunde: vt, quos, vno pane cęleſti ſatiaſti, tua facias pietate concordes. Per dominũ noſtrũ Jeſũ. in vnitate eiuſdem.

Alię poſtcõio. Oremus. Mundet. ⁊ Purificẽt. 29. vt in fer. iiij. Cinerũ.

Super populum. Oremus. Humiliate capita veſtra Deo.

Tuere domine populũ tuũ, ⁊ ab omnibus peccatis cle menter emunda: quia nulla ei no cebit aduerſitas, ſi nulla ei domi netur iniquitas. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum: Qui tecum viuit ⁊ regnat.

dies.4 xl. SABBATHO.

Statio ad S. Tryphoné. Introit.

ps.29. 

Exaudiuit dominꝰ, ⁊ miſertus eſt mi
hi: dominus factus eſt
adiutor meꝰ. Ps. Exal-
tabo te dñe, qm̃ ſuſcepi
ſti me: nec delectaſti ini
micos meos ſup me. V.
Gloria p. Oremus.

Adeſto dñe ſupplicationibus
noſtris: ⁊ concede, vt hoc ſo
lenne ieiunium, quod animabus,
corporibuſq; curandis ſalubriter
inſtitutum eſt, deuoto ſeruitio ce-
lebremus. Per dominum noſtrũ.
Alię orationes vt in feria iiij. Cinerũ. 29.

Lectio Iſaię prophetę.

ca.58. Hæc dicit dñs Deus. Si abſtu
leris de medio tui catenam,
⁊ deſieris digitum extendere, ⁊ lo
qui quod non prodeſt: cuʒ effude
ris eſurienti animam tuam, ⁊ ani-
mã afflictam repleueris: tunc orie
tur in tenebris lux tua, ⁊ tenebrę
tuę erũt ſicut meridies. Et requiẽ
dabit tibi dñs Deꝰ tuꝰ ſemper: ⁊
implebit ſplendoribus animã tuã:
⁊ oſſa tua liberabit. Et eris quaſi
hortus irriguꝰ: ⁊ ſicut fons aqua-
rũ, cuius nõ deficiẽt aquę. Et ędi-
ficabuntur in te deſerta ſęculorũ:
fundamẽta generationis ⁊ gene-
rationis ſuſcitabis. Et vocaberis
ędificator ſepiuʒ, cõuertens ſemi-
tas in quietẽ. Si auerteris a ſabba
tho pedẽ tuũ, facere voluntatem
tuã in die ſancto meo: ⁊ vocaueris
ſabbathũ delicatũ, ⁊ ſanctum dñi
glorioſum: ⁊ glorificaueris eũ: dũ
non facis vias tuas, ⁊ nõ inueniã
volũtas tua, vt loquaris ſermonẽ
tunc delectaberis ſuper dño: ⁊ ſu
ſtollaʒ te ſuper altitudinẽ terrę: ⁊
cibabo te hęreditate Jacob pa-
tris tui. Os eniʒ dñi locutum eſt.

Graduale. Unam petij a domino, hãc ps.26
requiram, vt inhabitem in domo dominĩ.
V. Ut videam voluntatem domini: ⁊ pro-
tegar a templo ſancto eius.

Sequẽtia ſcti euãg. ſm Marcum.

In illo tẽpore: Cuʒ ſero eſſet cap.6
factum, erat nauis in medio
mari, ⁊ Jeſus ſolus in terra. Et vi
dit diſcipulos ſuos laborantes in
remigando. Erat enim ventus cõ
trarius eis. Et circa quartam vi-
giliam noctis, venit ad eos ambu
lãs ſupra mare: ⁊ volebat pręteri-
re eos. At illi vt viderũt eũ ambu-
lantẽ ſupra mare, putauerũt phã-
taſma eſſe: ⁊ exclamauerunt. Oẽs
eniʒ eũ viderũt: ⁊ cõturbati ſunt.
Et ſtatiʒ locutꝰ eſt cũ eis: ⁊ dixit il
lis. Cõfidite. Ego ſum: nolite time
re. Et aſcẽdit ad illos in nauim: ⁊
ceſſauit vẽtus. Et plꝰ magis intra
ſe ſtupebãt. Nõ eniʒ intellexerunt
de panibꝰ. Erat eniʒ cor illorũ ob-
cęcatũ. Et cũ trãſfretaſſent, vene-
rũt in terrã Geneſareth, ⁊ appli-
cuerũt. Cũq; egreſſi eſſẽt de naui:
continuo cognouerũt eũ. Et per
currẽtes vniuerſam regionẽ illaʒ:
cęperũt in grabatis eos qui ſe ma
le habebant circũferre, vbi audię
bant eum eſſe. Et quocũq; introi-
bat, in vicos, vel i villas, aut in ciui
tates: in plateis ponebãt infirmos,
⁊ deprecabanẽ eũ, vt vel fimbriam
veſtimẽti eius tãgerent. Et quot-
quot tangebant eũ, ſalui fiebant.

Offert.

ps. 118 Offertorium. Dñe, viuifica me ſm eloquiũ tuũ, vt faciã teſtimonia tua. Sec.

Suſcipe dñe ſacrificiũ, cui⁹ te voluiſti dignãter ꝯſolatione placari: pręſta q̃s: vt hui⁹ operatione myſterij mũdati, beneplacitũ tibi noſtrę mẽtis offeram⁹ affectũ. p.

Alię ſecretę vt in feria quarta Cinerũ. 29.

ps. 2. Communio. Seruite dño in timore, ⁊ exultate ei cũ tremore: apprehendite diſciplinã, ne pereatis de via iuſta. Poſtcõ.

Cęleſtis vitę munere vegetati, q̃s dñe: vt quod eſt nobis in pręſenti vita myſteriũ: fiat ęternitatis auxilium. Per dominum.

Alię poſtcõiones vt in fer. iiij. Cinerũ. 29.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita veſtra Deo.

Fideles tui De⁹ per tua dona firmẽtur: vt eadẽ ⁊ percipiendo requirant, ⁊ quęrendo fine fine percipiãt. Per dominum noſt.

5. dies xl. DOMINICA PRIMA XL.

Statio ad ſanctum Johannem in Laterano. Introitus.

ps. 90.



Inuocabit me, ⁊ ego exaudiam eũ: eripiã eum, ⁊ glorificabo eum: longitudine dierũ adimplebo eũ. Ps. Qui habitat in adiutorio altiſſimi, in ꝓtectione dei cęli cõmorabit. ℣. Glia. Orem⁹.

Deus, q eccleſiã tuã annua quadrageſimali obſeruatiõe purificas: pſta familię tuę: vt, qđ a te obtinere abſtinẽdo nitit: hoc bonis operib⁹ exequat. p. Oremus.

A cunctis nos, q̃s dñe, mẽtis ⁊ corporis defende periculis, ⁊ intercedẽte beata ⁊ glorioſa ſemperq; virgine Dei genitrice Maria, cũ beatis aplis tuis Petro, ⁊ Paulo, atq; beato N. ⁊ omnibus ſanctis: ſalutẽ nobis tribue benignus ⁊ pacẽ: vt deſtructis aduerſitatibus ⁊ erroɼib⁹ vniuerſis, eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat libertate.

Omnipotens ſempiterne De⁹, q viuoꝝ dñaris ſimul ⁊ mortuoꝝ, omniũq; miſereris, quos tuos fide ⁊ opere futuros eſſe pnoſcis: te ſupplices exoram⁹: vt, pro quibus effundere pces decreuim⁹: quoſq; vel pręſens ſęculũ adhuc in carne retinet: vel futurũ iã exutos corpore ſuſcepit: intercedẽtibus oib⁹ ſanctis tuis, pietatis tuę clementia, omnium delictorum ſuorum veniam conſequantur. Per dñm.

Lcõ eple b Pauli apli ad Corint.

Fratres: Hortamur vos ne 2. co. 6
in vacuũ gratiã Dei recipiatis. Ait enĩ: Tẽpore accepto exaudiui te: ⁊ in die ſalutis adiuui te. Ecce, nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies ſalutis. Nemini dãtes vllam offenſionem: vt non vituperet miniſteriũ noſtrũ. Sed in oibus exhibeamus noſmetipſos, ſicut Dei miniſtros, in multa patiẽtia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtijs, in plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in caſtitate, in ſciẽtia, in lõganimitate, in ſuauitate, in ſpiritu ſancto, i charitate nõ ficta, in verbo veritatis, i virtute Dei, p arma iuſtitię a dextris

⁊

⁊ a ſiniſtris:per gloriã ⁊ ignobili/
tatẽ:per infamiam ⁊ bonã famã:
vt ſeductores ⁊ veraces:ſicut qui
ignoti ⁊ cógniti. Quaſi morietes,
⁊ ecce viuimus:vt caſtigati,⁊ non
mortificati. Quaſi triſtes, ſemp au
tẽ gaudẽtes:ſicut egẽtes, multos
autẽ locupletãtes:tanquam nihil
habentes, ⁊ omnia poſſidentes.
**Gradua.** Angelis ſuis Deus manda-
ps.90 uit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs
tuis. ℟. In manibus portabunt te, ne vn-
quam offendas ad lapidem pedem tuum.
**Tractus.** Qui habitat in adiutorio al-
tiſſimi,in ꝓtectione Dei celi cõmorabit.
ps.90 ℟. Dicet dño,ſuſceptor me⁹ es tu, ⁊ refu-
gium meum: Deus meus,ſperabo in eum,
℟. Quõ ipſe liberauit me de laqueo venan
tium,⁊ a verbo aſpero. ℟. Scapulis ſuis
obũbrabit tibi, ⁊ ſub pẽnis eius ſperabis.
℟. Scuto circundabit te veritas eius: nõ
timebis a timore nocturno. ℟. A ſagitta
volante p diẽ, a negocio perambulante in
tenebris,a ruina ⁊ demonio meridiano.
℟. Cadẽt a latere tuo mille, ⁊ decem millia
à dextris tuis:tibi autẽ nõ appropinquabit.
℟. Quõ angelis ſuis mandauit de te,Ut cu
ſtodiant te in oĩbus vijs tuis. ℟. In mani-
bus portabunt te:ne vnq̃ offendas ad lapi
dẽ pedẽ tuũ. ℟. Super aſpidẽ ⁊ baſiliſcũ
ambulabis,⁊ conculcabis leonem ⁊ draco-
nem. ℟. Quõ in me ſperauit, liberabo eum:
protegam eũ,qñ cognouit nomen meum.
℟. Inuocabit me, ⁊ ego exaudiam eum:
cum ipſo ſum in tribulatione. ℟. Eripiam
eum,⁊ glorificabo eum: longitudine dierũ
adimplebo eũ:⁊ oſtẽdã illi ſalutare meum.
**Sequẽtia ſcti euãg. ſm Mattheũ.**
ca. 4. IN illo tẽpore: Ductus eſt Je
ſus in deſertum a ſpiritu, vt
tentaretur a diabolo. Et cum ieiu
naſſet quadraginta diebus ⁊ qua
draginta noctibus, poſtea eſuriit.
Et accedẽs tẽtator, dixit ei. Si fi
lius Dei es, dic vt lapides iſti pa/
nes fiãt. Qui reſpõdẽs dixit. Scri
ptũ eſt. Nõ in ſolo pane viuit ho/
mo:ſed in omni verbo, qđ ꝓcedit deu.8.
de ore Dei. Tũc aſſumpſit eũ dia-
bolus in ſanctã ciuitatem:⁊ ſtatuit
eũ ſupra pinnaculum tẽpli, ⁊ dixit
ei. Si fili⁹ Dei es, mitte te deorſum.
Scriptum eſt enim. Quia angelis
ſuis mandauit de te, ⁊ in manib⁹ ps.90.
tollẽt te,ne forte offendas ad lapi
dẽ pedẽ tuũ. Ait illi Jeſus rurſum.
Scriptum eſt. Non tentabis dñm deut.6.
Deum tuum. Iterum aſſumpſit
eum diabolus in montẽ excelſum
valde: ⁊ oſtendit ei omnia regna
mundi, ⁊ gloriam eorũ:⁊ dixit illi.
Hec omnia tibi dabo, ſi cadẽs ado
raueris me. Tũc dixit ei Jeſus. Ua
de ſatana, ſcriptum eſt enim. Do/
minum Deum tuum adorabis: ⁊ il deut.6.
li ſoli ſerujes. Tũc reliquit eũ dia/
bolus: ⁊ ecce angeli acceſſerunt,
⁊ miniſtrabãt ei. Credo.
**Offret.** Scapulis ſuis obumbrabit ti- ps.90
bi dominus, ⁊ ſub pennis ei⁹ ſperabis, ſcu-
to circundabit te veritas eius. **Secre.**
SAcrificium quadrageſimalis
initij ſolenniter immolamus,
te domine deprecantes: vt cũ epu
larum reſtrictione carnalium, a no
xijs quoque voluptatibus tempe
remur. Per dominum noſtrum.
**Oremus.** **Aliẽ Secrete.**
EXaudi nos Deus ſalutaris
noſter: vt per huius ſacra/
menti virtutem, a cunctis nos mẽ
tis ⁊ corporis hoſtibus tuearis,
gratiam

gratiam tribuens in pꝛęſenti, ⁊ gloriam in futuro.

Deus cui ſoli cognitus eſt numerus electoꝛum in ſuperna felicitate locandus: tribue quęſumus: vt, intercedētibus omnibꝰ ſanctis tuis, vniuerſoꝛum, quos in oꝛatione cōmendatos ſuſcepimus, ⁊ nomina omnium fidelium beatę pꝛędeſtinationis liber aſcripta retineat. Per dominum noſtrum, ⁊c.

## Communio.

Scapulis ſuis obumbꝛabit tibi dominꝰ, ⁊ ſub pennis eius ſperabis: ſcuto circundabit te veritas eius. **Poſtcōmunio.**

Tui nos dñe ſacramēti libatio ſancta reſtauret: ⁊ a vetuſtate purgatos, in myſterij ſalutaris faciat trāſire cōſoꝛtiuꝫ. Per dñm.

Oremus. **Alię poſtcōmuniones.**

Mundet, ⁊ muniat nos, quęſumus domine, diuini ſacramēti munus oblatum: ⁊ intercedēte beata virgine Dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atqꝫ beato N. ⁊ omnibus ſanctis: a cunctis nos reddat, ⁊ peruerſitatibus expiatos, ⁊ aduerſitatibus expeditos.

Purificent nos, quęſumus omnipotens ⁊ miſericoꝛs Deus, ſacramenta quę ſumpſimus: ⁊ intercedētibus omnibus ſanctis tuis, pꝛęſta: vt hoc tuum ſacramentū nō ſit nobis reatus ad pęnā, ſed interceſſio ſalutaris ad veniaꝫ: ſit ablutio ſcelerū, ſit foꝛtitudo fragiliū: ſit cōtra omnia mūdi pericula firmamētū: ſit viuoꝛū atqꝫ moꝛtuoꝛū fideliū remiſſio omniū delictoꝛū. Per dominum noſtrum Jeſum Chꝛi.

## FERIA SECVNDA.

**Statio ad S. Petrū ad vinc. Int.** 6. dies xl.

Sicut oculi ſeruoꝛū in manibus dominoꝛum ſuoꝛum: ita oculi noſtri ad dominum Deum noſtruꝫ, donec miſereatur noſtri: miſerere noſtri domine, miſerere noſtri. **Ps.** Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cęlis. ps. 122. **℣.** Gloria patri, ⁊ filio. Oremus.

Conuerte nos Deꝰ ſalutaris noſter: ⁊, vt nobis ieiunium quadrageſimale pꝛoficiat: mentes noſtras cęleſtibus inſtrue diſciplinis. Per dominum noſtrū Jeſuꝫ.

**Alię oꝛationes.** Oremus. A cunctis. ⁊ Omnīpš. *vel vt in Dñica pręcedenti.*

## Lectio Ezechielis pꝛophetę.

Hæc dicit dñs Deus: Ecce, ego ipſe requiram oues meas: ⁊ viſitabo illas, ſicut viſitat paſtoꝛ gregem ſuum in die, quando fuerit in medio ouium ſuarum diſſipatarum: ſic viſitabo oues meas, ⁊ liberabo eas de omnibus locis, in quibus diſperſę fuerant, in die nubis ⁊ caliginis. Et educā eas de populis: ⁊ cōgregabo eas de terris: ⁊ inducā eas in terrā ſuā: ⁊ paſcaꝫ eas in mōtibꝰ Jſrael, in riuis, ⁊ i cūctis ſedibꝰ terrę. Jn paſcuis vberrimis paſcā eas: ⁊ in montibus excelſis Jſrael erūt paſcua earū. Jbi requieſcent in herbis virētibus: ⁊ in paſcuis pinguibus paſcētur ſuper mōtes Jſrael. Ego paſcā oues meas, ⁊ ego eas accubare faciā, dicit dñs Deus. Quod perierat, requirā, ⁊ quod abiectū erat, reducaꝫ: ⁊ cap. 34.

quod

quod cõfractũ fuerat, alligabo: ⁊
qđ infirmuꝫ fuerat, conſolidabo, ⁊
quod pingue ⁊ forte, cuſtodiã. Et
paſcã illas i iudicio, dicit dñs ops.

ps.83. Grad. Protector noſter aſpice Deus,
⁊ reſpice ſuper ſeruos tuos. ℣. Dñe Deus
virtutum exaudi preces ſeruorum tuoruꝫ.

ps.102. Tractus. Dñe, non ſecundum peccata
noſtra, quę fecimus nos: neqꝫ ſecunduꝫ ini
quitates noſtras retribuas nobis. ℣. Dñe.
ne memineris iniquitatum noſtrarum anti
quarum: cito anticipent nos miſericordię
tuę, quia pauperes facti ſumus nimis. ℣.
ps.78. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter: ⁊ ꝓpter
gloriã nõis tui dñe libera nos, ⁊ propitius
eſto peccatis noſtris propter nomẽ tuum.

Sequẽtia ſcĩ euãg. ſm Mattheũ.

cap.25. IN illo tẽpore: Dixit Jeſus di
ſcipulis ſuis. Cũ venerit fili⁹
hominiſ in maieſtate ſua, ⁊ omnes
angeli eiuſ cum eo: tunc ſedebit ſu
per ſedem maieſtatis ſuę. Et con
gregabunt ante eũ omnes gẽtes:
⁊ ſeparabit eoſ ab inuicẽ: ſicut pa
ſtor ſegregat oueſ ab hędiſ. Et ſta
tuet oueſ quidẽ a dextris ſuis: hę
dos autẽ a ſiniſtris. Tũc dicet rex
hiſ qui a dextriſ eiuſ erũt. Venite
benedicti patriſ mei, poſſidete pa
ratum vobis regnũ a cõſtitutione
mũdi. Eſuriui enim, ⁊ dediſtis mi
hi mãducare. Sitiui: ⁊ dediſtiſ mi
hi bibere. Hoſpeſ erã: ⁊ collegiſtiſ
me. Nudus: ⁊ cooperuiſtis me. In
firmus: ⁊ viſitaſtis me. In carcere
erã: ⁊ veniſtis ad me. Tunc reſpon
debunt ei iuſti dicentes. Dñe, quã
do te vidimus eſuriẽtẽ: ⁊ pauimuſ
te: ſitiẽteꝫ, ⁊ dedimus tibi potum?
Quãdo autẽ te vidimus hoſpitẽ, ⁊
collegimus te? aut nudũ, ⁊ coope
ruimuſ te? Aut quãdo te vidim⁹ in
firmũ, aut i carcere: et venimuſ ad
te? Et reſpõdẽſ rex, dicet illiſ. Amẽ
dico vobis: quãdiu feciſtis vni de
his fratrib⁹ meis minimis: mihi fe
ciſtis. Tunc dicet ⁊ his, q a ſiniſtris
ei⁹ erũt. Diſcedite a me maledicti
in ignẽ ęternũ, qui paratus eſt dia
bolo, et angelis ei⁹. Eſuriui enim:
⁊ non dediſtis mihi manducare.
Sitiui: ⁊ non dediſtiſ mihi potum.
Hoſpes erã: ⁊ non collegiſtis me.
Nudus: ⁊ nõ operuiſtis me. Infir
mus, ⁊ in carcere: ⁊ non viſitaſtis
me. Tunc reſpondebunt ei ⁊ ipſi
dicentes. Dñe, quãdo te vidimus
eſuriẽtem, aut ſitiẽtẽ, aut hoſpiteꝫ,
aut nudũ, aut infirmum, vel in car
cere: ⁊ non miniſtrauimus tibi?
Tũc reſpõdebit illis, dicẽs. Amen
dico vobis: quandiu non feciſtis
vni de minoribus his, nec mihi fe
ciſtis. Et ibũt hi in ſuppliciuꝫ ęter
num: iuſti autem in vitam ęternaꝫ.

Offertorium. Leuabo oculos meos, ps.118
⁊ conſiderabo mirabilia tua domine, vt do
ceaſ me iuſtitiaſ tuas: da mihi intellectum,
vt diſcam mandata tua.

Secreta.

MUnera tibi dñe oblata ſan
ctifica: noſque a peccatorum
noſtroruꝫ maculis emũda. Per d.

Alię ſec. Orem⁹. 29. vel vt in dñica pc.

Communio. Amen dico vobis, quod mat.25
vni ex minimis meiſ feciſtiſ, mihi feciſtiſ: ve
nite bñdicti patriſ mei, poſſidete paratũ vo
bis regnũ ab initio ſęculi.

Poſtcommu.

SAlutaris tui dñe munere ſa
tiati, ſupplices exoramus: vt
cui⁹ lętamur guſtu, renouemur ef
fectu. Per dominum noſtrum Je.

Alię poſtcõiones. Oremus. Nũdet.

⁊ Purificẽt. 29. vel vt in Dñica p̃ced.
Super populum. Oremus.
Humiliate capita veſtra Deo.
ABſolue, q̃s dñe, noſtrorũ vincula peccatorũ: ⁊ q̃cq̃d p eis meremur, propitiat⁹ auerte. Per.

7. dies Xl. FERIA TERTIA

Statio ad S. Anaſtaſiam. Introi.

Pſ.89. DOmine refugium factus es nobis a generatione in generationem: a ſeculo ⁊ in ſeculũ tu es. Pſ. Priuſquam montes fierẽt, aut formaretur terra, ⁊ orbis: a ſeculo ⁊ vſq; in ſeculum tu es Deus. ℣. Gloria patri, ⁊ fil. Oremus.
REſpice domine familiam tuã, ⁊ preſta: vt apud te mens noſtra tuo deſiderio fulgeat: q̃ ſe carnis maceratione caſtigat. Per do.
Alie orationes. Oremus. A cunctis. ⁊ Omps. 29. vel vt in Dñica preced.

Lectio Iſaie prophete.

Ca.55 IN diebus illis: Locutus eſt Iſaias propheta, dicẽs: Querite dñm, dũ inueniri poteſt: inuocate eum, dum prope eſt. Derelinquat impius viam ſuam: ⁊ vir iniquus cogitationes ſuas: ⁊ reuertatur ad dñm, ⁊ miſerebitur eius: ⁊ ad Deum noſtrum, quoniã mult⁹ eſt ad ignoſcendum. Non enim cogitationes mee, cogitationes veſtre: neq; vie veſtre, vie mee, dicit dñs. Quia ſicut exaltãtur celi a terra: ſic exaltate ſunt vie mee a viis veſtris: ⁊ cogitationes mee a cogitationibus veſtris. Et, quomodo deſcẽdit imber ⁊ nix de celo, ⁊ illuc vltra nõ reuertit: ſed inebriat terram, ⁊ infundit eam, ⁊ germinare eam facit, ⁊ dat ſemen ſerenti, ⁊ panẽ comedenti: ſic erit verbũ meum quod egredietur de ore meo: non reuertetur ad me vacuũ: ſed faciet quecũq; volui: ⁊ proſperabitur in his ad que miſi illud, ait dñs omps.

Grad. Dirigatur oratio mea, ſicut incẽ- Pſ.140
ſum in conſpectu tuo domine. ℣. Eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum.

Sequẽtia ſcti euãg. ſm Mattheũ.

IN illo tẽpore: Cum intraſſet 21.ca
Jeſus Jeroſolymam, commota eſt vniuerſa ciuitas, dicẽs. Quis eſt hic? Populi autem dicebant: Hic eſt Jeſus ppheta, a Nazareth Galilee. Et intrauit Jeſus in templum Dei: ⁊ eijciebat omnes vendentes ⁊ ementes in templo: ⁊ mẽſas numulariorũ, ⁊ cathedras vendẽtium columbas euertit. Et dixit
eis. Scriptum eſt. Domus mea do- Iſ.56.
m⁹ orationis vocabitur: vos autẽ feciſtis illã ſpeluncam latronum. Et acceſſerunt ad eum ceci, et claudi in templo: et ſanauit eos. Videntes autẽ principes ſacerdotũ, ⁊ ſcribe mirabilia que fecit: ⁊ pueros clamãtes in templo, ⁊ dicẽtes, hoſanna filio Dauid: indignati ſunt, ⁊ dixerũt ei. Audis quid iſti dicũt?
Jeſus autem dixit eis. Vtiq;. Nũ- Pſ.8.
quam legiſtis, quia ex ore infantiũ ⁊ lactentium perfeciſti laudem? Et relictis illis, abijt foras extra ciuitatem in Bethaniam: ibiq; manſit.

Offertorium.

In te ſperaui domine: dixi, tu es Deus Pſ.30
meus, in manibus tuis tempora mea. Sec.
OBlatis, q̃s dñe, placare muneribus: ⁊ a cunctis nos defen-

de

de periculis. Per dominum noſt.
Alię orationes. 28. vt in dñica pręcedéti.
Ps.4 Communio. Cum inuocarem te, exau-
diſti me, Deus iuſtitię meę, in tribulatione
dilataſti me: miſerere mihi domine, ⁊ exau-
di orationem meam. Poſtcommunio.
Preſta, queſumus, oĩs Deus
vt illius ſalutaris capiamus
effectum, cuius per hęc myſteria
pignus accepimus. Per dominũ.
Alię poſtcõio. 29. vel vt in Dñica pced.
Super populum. Oremus.
Humiliate capita veſtra Deo.
Aſcendant ad te domine pre-
ces noſtrę: ⁊ ab eccleſia tua
cũctam repelle nequitiam. Per d.

FERIA QVARTA
8.dies fl. quatuoꝛ tépoꝛum Quadr.
Statio ad ſanctam Mariam ma-
ioꝛem. Introitus.

Ps.24. Reminiſcere miſera-
tionum tuarum, domi-
ne, ⁊ miſericoꝛdię tuę
quę a ſeculo ſunt: ne
vnquam dominentur
nobis inimici noſtri:
libera nos Deus Iſ-
rael ex omnibus anguſtijs noſtris. Ps. Ad
te domine leuaui animam meam: Deus
meus in te confido, non erubeſcam. V. Glo
ria patri, ⁊ ſi. poſt Kyrieelei. dr Oremus.
Flectamus genua. R. Leuate.
Preces noſtras, qs dñe, cle-
méter exaudi: ⁊ cótra cuncta
nobis aduerſantia, dexteram tuę
maieſtatis extende. Per dominũ.
Lectio libri Exodi.
ca.24. In diebus illis: Dixit domin⁹
ad Moyſen: Aſcende ad me
in montem: et eſto ibi: daboque ti-
bi duas tabulas lapideas, et legé,
ac mandata quę ſcripſi: vt doceas
filios Iſrael. Surrexerunt Moy-
ſes, et Joſue miniſter eius: aſcen-
denſque Moyſes in montem Dei,
ſenioꝛibus ait. Expectate hic, do-
nec reuertamur ad vos. Habetis
Aaron et Hur vobiſcum. Siquid
natum fuerit queſtionis, referetis
ad eos: Cumqȝ aſcendiſſet Moy-
ſes, operuit nubes montem: et ha-
bitauit gloꝛia dñi ſuper Sinai, te-
gés illũ nube ſex dieb⁹. Septimo
autem die vocauit eum dñs de me-
dio caliginis. Erat autem ſpecies
gloꝛię domini, quaſi ignis ardens
ſup verticem mõtis, in conſpectu
filioꝛũ Iſrael. Ingreſſuſqȝ Moy-
ſes mediũ nebulę aſcendit in mon
tem. Et fuit ibi quadraginta die-
bus, et quadraginta noctibus.
Grad. Tribulationes coꝛdis mei dila- 24.ca.
tatę ſunt: de neceſſitatibus meis erue me
dñe. V. Uide humilitaté meam, ⁊ laboꝛem
meum: ⁊ dimitte omnia peccata mea. Dic
dr Dominus vobiſcũ. Oremus.
Deuotionem populi tui, quę-
ſumus domine, benignus in-
tende: vt, qui per abſtinentiam ma-
cerantur in coꝛpoꝛe: per fructum
boni operis reficiantur in mente.
Per dominum no. Alię Orationes.
Oremus. A cũctis. et Omñs. 29.
Lectio libri Regum.
In diebus illis: Uenit Elias 3.c.19.
in Berſabée Juda: et dimiſit
ibi puerum ſuum: ⁊ perrexit in de
ſertum viam vnius diei. Cumque
veniſſet, ⁊ ſederet ſubter vnam iu-
niperum: petiuit animę ſuę vt mo-
reretur: et ait. Sufficit mihi domi-
ne: tolle animam meam. Neqȝ enim

melioꝛ ſum, quã patres mei. Proie
citqꝫ ſe, ⁊ obdoꝛmiuit in vmbꝛa iu-
niperi. Et ecce, angelus domini te
tigit eum, dixitqꝫ illi. Surge, cóme
de. Et reſpexit, ⁊ ecce ad caput ſuũ
ſubcinericius panis, ⁊ vas aquę.
Comedit ergo, ⁊ bibit: ⁊ rurſum
obdoꝛmiuit. Reuerſuſqꝫ eſt ange-
lus domini ſecundo, ⁊ tetigit euꝫ:
dixitqꝫ illi. Surge, cómede: grãdis
enim tibi reſtat via. Qui cuꝫ ſurre-
xiſſet, comédit, ⁊ bibit: ⁊ ambula-
uit in foꝛtitudine cibi illiꝰ, quadra-
ginta diebus, ⁊ quadraginta no-
ctibus vſqꝫ ad móté Dei Hoꝛeb.

Ps. 24 **Tractus.** De neceſſitatibꝰ meis eripe
me domine: vide humilitatem meam ⁊ la-
boꝛeꝫ meum, ⁊ dimitte omnia peccata mea.
℣. Ad te domine leuaui animam meam,
Deus meus in te confido, non erubeſcam:
neqꝫ irrideant me inimici mei. ℣. Etenim
vniuerſi qui te expectant, non confunden-
tur: confundantur omnes facientes vana.

**Sequẽtia ſcti euãg. ſm Matthęũ.**

Ca. 12. In illo tempoꝛe: Acceſſerunt
ad Ieſum ſcribę, ⁊ phariſęi,
dicentes. Magiſter, volumus a te
ſignum videre. Qui reſpondens,
ait illis. Generatio mala, ⁊ adulte-
ra ſignum quęrit: ⁊ ſignum non da
bitur ei, niſi ſignũ Ionę pꝛophetę.
Sicut enim fuit Ionas in vẽtre ce
ti tribꝰ diebus, ⁊ tribus noctibus:
ſic erit filius hominis in coꝛde ter-
rę tribus diebus ⁊ tribus noctibꝰ.
Uiri Niniuitę ſurgẽt in iudicio cũ
generatione iſta, ⁊ cõdemnabunt
eam, quia pęnitentiam egerunt in
pꝛędicatione Ionę. Et ecce plus,
quã Ionas, hic. Regina Auſtri ſur
get in iudicio cũ generatione iſta,
⁊ condẽnabit eam: quia venit a fi-
nibus terrę audire ſapientiã Salo
monis. Et ecce plus quã Salomõ,
hic. Cum autẽ immundus ſpiritus
exierit ab homine, ambulat per lo
ca arida, quęrens requiẽ, ⁊ non in-
uenit. Tunc dicit. Reuertar in do-
mum meã, vnde exiui. Et veniens
inuenit eã vacãtem, ſcopis munda
tam, ⁊ oꝛnatam. Tũc vadit, ⁊ aſſu-
mit ſeptẽ alios ſpiritꝰ ſecũ nequio
res ſe, ⁊ intrantes habitant ibi: ⁊
fiunt nouiſſima hominis illius pe-
ioꝛa pꝛioꝛibꝰ. Sic erit ⁊ generatio
ni huic peſſimę. Adhuc eo loquen-
te ad turbas: ecce, mater eius ⁊ fra
tres ſtabãt foꝛis, quęrẽtes loqui ei.
Dixit autẽ ei qdã. Ecce mater tua,
⁊ fratres tui foꝛis ſtant, quęrentes
te. At ipſe reſpondens dicenti ſibi,
ait. Quę eſt mater mea, ⁊ q ſunt fra
tres mei? Et extẽdẽs manũ in diſci
pulos ſuos, dixit. Ecce mater mea,
⁊ fratres mei. Quicũqꝫ eniꝫ fecerit
volũtatẽ patris mei qui in cęlis eſt:
ipſe meꝰ frater, ⁊ ſoꝛoꝛ, ⁊ mater eſt.

**Offertoꝛium.**

Meditaboꝛ in mandatis tuis, quę dilexi Ps. 118
valde: ⁊ leuabo manus meas ad manda-
ta tua quę dilexi.

**Secreta.**

Hoſtias tibi domine placatio-
nis offerimꝰ: vt ⁊ delicta no-
ſtra miſeratus abſoluas, ⁊ nutan-
tia coꝛda tu dirigas. Per dominũ.
**Alię ſecretę.** Oꝛemus. Mundet.
⁊ Purificent. 29. vel vt in Dñica pc.

**Communio.** Intellige clamoꝛem meũ Ps. 5
intẽde voci oꝛationis meę, rex meus ⁊ Deꝰ
meus: quoniã ad te oꝛabo dñe.

**Poſtcom.**

Tui dñe pceptione ſacramẽti:
⁊ a nřis mũdemur occultis,

⁊

⁊ ab hoſtium liberemur inſidijs. Per do. Aliꝫ poſtcommuniones. 29.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita veſtra Deo.

Mentes noſtras, q̄s dñe, lumine tuę claritatis illuſtra: vt videre poſſimus quę agenda ſunt, ⁊ q̄ recta ſunt, agere valeam⁹. Per d.

nonus dies xl. FERIA QVINTA.

Statio ad ſanctum Laurentiū in Paneperna. Introitus.

ps.95. Confeſſio, ⁊ pulchritudo in conſpectu eius: ſanctitas ⁊ magnificētia in ſanctificatione eius. ps. Cātate domino canticū nouū: cantate domino omnis terra. ℣. Gloria patri. Oremus.

Deuotionē populi tui, q̄s dñe, benignus, intēde: vt, qui per abſtinentiam macerantur in corpore: per fructum boni operis reficiantur in mente. Per dominū.

Aliꝫ orationes. Orem⁹. A cūctis. 28. ⁊ Omps. 29. vel vt in Dñica pcedēti.

Lectio Ezechielis prophetę.

cap.18. In diebus illis: Factus eſt ſermo dñi ad me, dicens. Quid eſt quod inter vos parabolā vertitis in ꝓuerbiū iſtud i terra Iſrael, dicētes: Patres comederūt vuam acerbam, ⁊ dētes filiorū obſtupeſcūt? Viuo ego, dicit dñs De⁹: ſi erit vobis vltra parabola hęc in ꝓuerbiū in Iſrael. Ecce, oēs animę meę ſunt: vt aīa patris, ita ⁊ anima filij, mea eſt. Anima q̄ peccauerit, ipſa morieť. Et vir ſi fuerit iuſt⁹, ⁊ fecerit iudiciū ⁊ iuſtitiā: in mōtibus nō comēderit, ⁊ oculos ſuos nō leuauerit ad idola dom⁹ Iſrael: ⁊ vxorē proximi ſui non violauerit: ⁊ ad mulierem mēſtruatā non acceſſerit: ⁊ hominē non contriſtauerit: pignus debitori reddiderit: p vim nihil rapuerit: panē ſuū eſurienti dederit: ⁊ nudum operuerit veſtimento: ad vſuram non commodauerit, ⁊ amplius non acceperit: ab iniquitate auerterit manum ſuā: ⁊ iudicium verum fecerit inter virum, ⁊ virum: ⁊ in pręceptis meis ambulauerit, ⁊ iudicia mea cuſtodierit, vt faciat veritatē: hic iuſtus eſt. Vita viuet, ait dominus Deus.

M.M.R.

Graduale. Cuſtodi me domine vt pupillā oculi: ſub vmbra alarum tuarum protege me. ℣. De vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui videant ęquitatem. ps.16

Sequētia ſcti euāg. ſm Matthęū.

In illo tpe. Egreſſus Ieſus ſeceſſit in partes Tyri ⁊ Sidonis. ca.15. Et ecce, mulier Chananęa a finibus illis egreſſa clamauit dicens ei. Miſerere mei dñe fili Dauid: filia mea male a dęmonio vexatur. Qui nō reſpōdit ei verbū. Et accedētes diſcipuli ei⁹, rogabāt eū dicētes. Dimitte eā: qa clamat poſt nos. Ipſe autē reſpōdēs, ait. Non ſū miſſus, niſi ad oues, quę perierūt domus Iſrael. At illa venit, ⁊ adorauit eū, dicēs. Dñe adiuua me. Qui reſpōdēs, ait. Nō eſt bonū ſumere panē filiorum, ⁊ mittere canib⁹. At illa dixit. Etiā dñe. Nā ⁊ catelli edunt de micis, quę cadunt de mēſa dominorū ſuorum. Tunc reſpōdēs Ieſus, ait illi. O mulier, magna eſt fides tua. Fiat tibi ſicut vis. Et ſanata eſt filia eius ex illa hora.

Ps. 33 Offert. Immittit angelus dñi in circuitu timentium eū, ⁊ eripiet eos: guſtate, ⁊ videte, quoniam ſuauis eſt dominus. Secr.

Sacrificia dñe, q̄s, ꝓpiti⁹ iſta nos ſaluent, q̄ medicinalibus ſunt inſtituta ieiunijs. Per domi.

Aliȩ ſec. Oꝛem⁹. 29. vel vt ī dñica p̄c.

Joh. 6. Communio. Panis, quē ego dedero, caro mea eſt pro ſeculi vita. Poſtcom.

Tuoꝛum nos domine largitate donoꝛum: ⁊ tempoꝛalibus attolle pręſidijs, ⁊ renoua ſempiternis. Per dominum noſtrum.

Aliȩ poſtcōmunio. Oꝛem⁹. Mūdet. ⁊ Purificēt. 29. vel vt ī Dñica p̄ced.

Super populum. Oꝛemus. Humiliate capita veſtra Deo.

Da, q̄s domine, populis chriſtianis, ⁊ quę pꝛofitenł agnoſcere, et cęleſte munus diligere, quod frequentant. Per dominū noſtrum Jeſum Chꝛiſtum filium.

10. die xl. FERIA SEXTA.

quatuoꝛ tempoꝛum Quadrag.

Statio ad ſanctos duodecim apoſtolos. Introitus.



Ps. 24 De neceſſitatibus meis eripe me dñe: vide humilitatē meā, ⁊ laboꝛē meū: ⁊ dimitte omnia peccata mea. Ps. Ad te domine leuaui animā meam: Deus meus in te confido, non erubeſcam. ℣. Gloꝛia patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto. Oꝛemus.

Eſto domine ꝓpitius plebi tuę: ⁊, quam tibi facis eſſe deuotam: benigno réfoue miſeratus auxilio. Per dominum noſtrum.

Aliȩ oꝛones. Hcūctis. ⁊ Omps. 28.

Lectio Ezechielis pꝛophete.

Hęc dicit dominus Deus. Anima quę peccauerit, ipſa moꝛietur. 18.c. Filius non poꝛtabit iniquitatem patris: ⁊ pater non poꝛtabit iniquitatem filij. Juſtitia iuſti ſuper eum erit: ⁊ impietas impij erit ſuper eū. Si autē impius égerit pęnitētiā ab omnibus peccatis ſuis quę operat⁹ eſt, ⁊ cuſtodierit vniuerſa pręcepta mea: ⁊ fecerit iudiciū ⁊ iuſtitiam: vita viuet ⁊ non moꝛietur. Omniū iniquitatū eius, quas operat⁹ eſt, nō recoꝛdaboꝛ. In iuſtitia ſua, quā operatus eſt, viuet. Nunquid voluntatis meę eſt moꝛs impij: dicit dñs Deus: ⁊ non vt cōuertatur a vijs ſuis, ⁊ viuat? Si autē auerterit ſe iuſtus a iuſtitia ſua, ⁊ fecerit iniquitatem ſecundum abominationes quas operari ſolet impius: nunqd viuet? Omnes iuſtitię eius quas fecerat, non recoꝛdabunł. In p̄uaricatione ſua qua p̄uaricat⁹ eſt, ⁊ in peccato ſuo quod peccauit, in ipſis moꝛietur. Et dixiſtis. Non eſt ęqua via domini. Audite ergo dom⁹ Iſrael. Nunquid via mea nō eſt ęqua: ⁊ nō magis vię veſtrę pꝛauę ſunt? Cū enī auerterit ſe iuſtus a iuſtitia ſua, ⁊ fecerit iniquitatē: moꝛietur in eis. In iniuſtitia, quā operatus eſt, moꝛietur. Et cū auérterit ſe impi⁹ ab impietate ſua quam operatus eſt: ⁊ fecerit iudiciū ⁊ iuſtitiā: ipſe animā ſuā viuificabit. Cōſiderās enī, ⁊ auertens ſe ab omnibus iniquitatibus ſuis, quas operat⁹ eſt: vita viuet, ⁊ nō moꝛiełait dñs omps.

Graduale. Saluum fac ſeruum tuum Deus Ps. 85

Deus meus ſperantem in te. ℣. Auribus percipe domine oꝛationem meam.

Tractus. Domine, non ſecundū peccata noſtra que fecimus nos: neqꝫ ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatū noſtrarum antiquarum: cito anticipent nos miſericoꝛdie tue, quia pauperes facti ſum⁹ nimis. ℣. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter: ꝛ propter gloꝛiam nominis tui domine libera nos: ꝛ propitius eſto peccatis noſtris, pꝛopter nomen tuum.

Sequētia ſcti euāge. ſm Johānē.

ca. 5 In illo tempoꝛe: Erat dies feſtus Judeoꝛum: ꝛ aſcendit Jeſus Jeroſolymam. Eſt autem Jeroſolymis Pꝛobatica piſcina, que cognominat̃ hebꝛaice Bethſaida: quinqꝫ poꝛticus habēs. Jn his iacebat multitudo magna languentium, cecoꝛū, claudoꝛū, ꝛ aridoꝛum, expectantiū aque motum. Angelus autē dñi ſecūdū tempus deſcendebat in piſcinam: ꝛ mouebatur aqua. Et qui pꝛioꝛ deſcēdiſſet in piſcinā poſt motionem aque, ſanus fiebat a quacūqꝫ detinebat̃ infirmitate. Erat autē qdā homo ibi, triginta ꝛ octo annos habēs in infirmitate ſua. Hunc ergo cū vidiſſet Jeſus iacētē: ꝛ cognouiſſet, quia iā multum tēpus haberet, dixit ei. Uis ſanus fieri? Reſpōdit ei languidus. Dñe, hominē non habeo: vt cū turbata fuerit aqua, mittat me in piſcinā. Dū venio enim ego, ali⁹ ante me deſcēdit. Dicit ei Jeſus. Surge: tolle grabatū tuū, ꝛ ambula. Et ſtatiꝫ ſanus fact⁹ eſt homo ille: ꝛ ſuſtulit grabatū ſuū, ꝛ ambulabat. Erat aūt ſabbathū in illa die. Dicebant ergo Judei, illi, q ſanus fact⁹ fuerat. Sabbathū eſt: nō licet tibi tollere grabatum tuum. Reſpōdit eis. Qui me ſanū fecit, ille mihi dixit. Tolle grabatū tuū, ꝛ ambula. Jnterrogauerunt ergo eum: Quis eſt ille homo, q dixit tibi: Tolle grabatum tuū, ꝛ ambula? Js autē, q ſanus fuerat effect⁹, neſciebat quis eſſet. Jeſus autē declinauit a turba cōſtituta i loco. Poſtea inuenit eū Jeſus in tēplo, ꝛ dixit illi. Ecce, ſanus factus es, iā noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Abijt ille homo: ꝛ nunciauit Judeis, quia Jeſus eſſet, qui fecit eum ſanum.

Offertoꝛium.

Benedic anima mea domino, ꝛ noli obliuiſci omnes retributiones eius: ꝛ renouabitur ſicut aquile iuuentus tua. Ps. 102

Secreta.

Suſcipe, q̄s dñe, munera noſtris oblata ſeruitijs: ꝛ tua ꝓpitius dona ſanctifica. Per domi.

Alie ſec. Oꝛemus. vel vt in Dñica pc.

Communio.

Erubeſcant, ꝛ conturbentur omnes inimici mei: auertantur retroꝛſum, ꝛ erubeſcant valde velociter. Ps. 6

Poſtcōmunio.

Per huius domine operationem myſterij: ꝛ vitia noſtra purgentur, ꝛ iuſta deſideria compleantur. Per dominum noſtrū.

Alie poſtcommuniones. Mundet. et Purificent. 29. vel vt in Dñica pcedē.

Super populum. Oꝛemus.

Humiliate capita veſtra Deo.

Exaudi nos miſericoꝛs Deus: ꝛ mentibus noſtris gratie tue lumen oſtende. Per dominū noſtrū Jeſum Chꝛiſtū filiū tuum.

Benedict⁹ es ſup ſceptrū diuinitatis meę.
Et laudabilis, ꝛ glorioſus in ſecula.
Bene dictus es qui ſedes ſuper cherubiꝫ, intuens abyſſos.
Et laudabilis, ꝛ glorioſus in ſecula.
Benedictus es qui ambulas ſuper pénas ventorum, ꝛ ſuper vndas maris.
Et laudabilis, ꝛ glorioſus in ſecula.
Benedicant te omnes angeli, ꝛ ſancti tui.
Et laudent te, ꝛ glorificent in ſecula.
Benedicant te cęli, terra, mare, ꝛ omnia quę in eis ſunt.
Et laudent te, ꝛ glorificent in ſecula.
Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ ſpiritui ſancto.
Et laudabili, ꝛ glorioſo in ſecula.
Sicut erat in principio, ꝛ nunc, ꝛ ſemper, ꝛ in ſecula ſeculorum. Amen.
Et laudabili ꝛ glorioſo in ſecula.
Benedictus es dñe De⁹ patrū noſtrorū.
℟. Et laudabilis, ꝛ glorioſus in ſecula.
Hic dicitur ℣. Dominus vobiſcum.
Nō dr̄ Flectamus genua. Oremꝰ.
Deus, qui tribus pueris mitigaſti flammas ignium: concede ꝑpitius, vt nos famulos tuos nō exurat flamma vitiorūꝫ. Per D.
Alię orōnes. A cūctis. et Omnīs. 29. vel vt in Dominica pręcedenti.
Lcō epl'ę b. Pauli a pli ad Theſſa.
1.ca.5 Fratres: Rogamus vos, corripite inquietos, conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patiétes eſtote ad omnes. Uidete, ne quis malum pro malo alicui reddat: ſed ſemper quod bonum eſt ſectamini in inuicē, ꝛ in omnes. Sēper gaudete. Sine intermiſſione orate. In omnibus gratias agite. Hęc eſt enim volūtas Dei in Chriſto Jeſu in omnibus vobis. Spiritū nolite extinguere. Prophetias nolite ſpernere. Omnia autē ꝓbate: quod bonū eſt tenéte. Ab omni ſpecie mala abſtinéte vos. Ipſe autē Deus pacis ſanctificet vos per omnia: vt integer ſpūs veſter, ꝛ anima, ꝛ corpus, ſine querela, in aduētu dñi noſtri Jeſu Chriſti ſeruetur.
Tractus. Laudate dominum omnes gentes, ꝛ collaudate eū omnes populi. ℣. Quoniā confirmata eſt ſup nos miſericordia eius: ꝛ veritas domini manet in ęternū. Ps.116
Euangeliū. In illo tempore: Aſſumpſit Jeſus Petrum ꝛ Jacobū. quęre in ſequenti Dominica. folio. 39.
Offertorium.
Domine Deus ſalutis meę, in die clamaui ꝛ nocte coram te: intret oratio mea in conſpectu tuo domine. Ps.87
Secreta.
Preſentibus ſacrificiis, quęſumus domine, ieiunia noſtra ſanctifica: vt quod obſeruantia noſtra profitetur exterius: interius operetur. Per dominum noſtrūꝫ.
Alię ſecretę. Exaudi nos Deus. 29. vel vt in Dominica pręcedenti.
Communio. Domine Deus in te ſperani, libera me ab omnibus perſequentibus me, ꝛ eripe me. Ps.7
Poſtcommunio.
Sanctificationibus tuis omnipotens Deus, ꝛ vitia noſtra curentur, ꝛ remedia nobis ęterna proueniant. Per dominum noſt.
Alię poſtcommuniones. Mundet. et Purificent. 29. vel vt in Dñica pręce.
Super populum. Oremus.
Humiliate capita veſtra Deo.
Fideles tuos De⁹ benedictio deſiderata confirmet: quę eos ꝛ a tua voluntate nunquam faciat diſcrepare, ꝛ tuis ſemp indulgeat beneficiis gratulari. Per dominū.

dies 12 xl.

## DOMINICA SECVNDA XL.

Statio ad ſanctam Mariam in Dominica. Introitus.

ps. 24



REminiſce re miſerationum tuarum domine, & miſericordię tuę, quę a ſeculo ſunt: ne vnquam dominentur nobis inimici noſtri: libera nos Deus Iſrael ex omnibus anguſtijs noſtris. ps. Ad te domine leuaui animam meam: Deus meus in te confido, non erubeſcam. ℣. Gloria patri, & filio, & ſpiri. Oremus.

DEus, qui conſpicis omni nos virtute deſtitui: interius, exteriusque cuſtodi: vt ab omnibus aduerſitatibus muniamur in corpore: & a prauis cogitationibus mundemur in mente. Per dñm.

Oremus. Ad poſcenda ſuffragia Sanctorum.

ACunctis nos, qs dñe, mētis & corporis defende periculis, & intercedēte beata & glorioſa ſemperq3 virgine Dei genitrice Maria, cū beatis aplis tuis Petro, & Paulo, atq3 beato N. & omnibus ſanctis: ſalutē nobis tribue benignus & pacē: vt deſtructis aduerſitatibus & erroribus vniuerſis, eccleſia tua, ſecura tibi ſeruiat libertate.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui viuorū dñaris ſimul & mortuorū, omniūq3 miſereris, quos tuos fide & opere futuros eſſe pnoſcis: te ſupplices exoramus: vt, pro quibus effundere pces decreuimus: quoſq3 vel pręſens ſeculū adhuc in carne retinet, vel futurū iā exutos corpore ſuſcepit: intercedētibus oibus ſanctis tuis, pietatis tuę clementia, omnium delictorum ſuorum veniam conſequantur. Per dñm.

Lcō eplę b. Pauli apli ad Theſſa.

FRatres: Rogamus vos, & obſecramus in domino Ieſu: vt, quemadmodū accepiſtis a nobis, quomodo vos oporteat ambulare, & placere Deo: ſic & ambuletis, vt abundetis magis. Scitis enim quę pręcepta dederim vobis, per dominum Ieſum. Hęc eſt enim voluntas Dei, ſanctificatio veſtra: vt abſtineatis vos a fornicatione: vt ſciat vnuſquiſq3 veſtrum vas ſuū poſſidere in ſanctificatione & honore: non in paſſione deſiderij, ſicut & gentes quę ignorant Deum. Et ne quis ſupergrediatur, neq3 circumueniat in negocio fratrem ſuum: quoniā vindex eſt dominus de his omnibus, ſicut prędiximus vobis, & teſtificati ſumus. Nō enim vocauit nos Deus in immunditiā: ſed in ſanctificationem: In Chriſto Ieſu domino noſtro.

Graduale. Tribulationes cordis mei dilatatę ſunt: de neceſſitatibus meis eripe mē domine. ℣. Vide humilitatē meā, & laborē meum: & dimitte omnia peccata mea.

Tractus. Confitemini domino, quoniam bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius. ps. 24 ℣. Quis loquetur potentias domini: auditas faciet omnes laudes eius? ℣. Beati qui cuſtodiunt iudicium, & faciunt iuſtitiam in omni tempore. ℣. Memento noſtri domine in beneplacito populi tui: viſita nos in ſalutari tuo.

Sequen-

orietur: ⁊ antcibit faciem tuam iu
ſtitia tua: ⁊ gloria dñi colliget te.
Tūc inuocabiſ, ⁊ dñſ exaudiet: cla
mabis, ⁊ dicet. Ecce adſuʒ. Quia
miſericors ſum dñs Deus tuus.
ps. 26. Graduale. Unam petij a domino,
hanc requiram: vt inhabitem in domo do-
mini. ℟. Ut videam voluntatem domi-
ni, ⁊ protegar a templo ſancto eius.
ps. 102. Tractus. Domine, non ſecunduʒ pec
cata noſtra, quę fecimus nos: neqʒ ſecūdū
iniquitates noſtras retribuas nobis. ℟.
ps. 78 Domine ne memineris iniquitatū noſtra-
rū antiquarū: cito anticipēt nos miſericor-
dię tuę; qa pauperes facti ſumus nimiſ. ℟.
Hic ge Adiuua nos Deꝰ ſalutariſ noſter: ⁊ ꝓpter
nuſle gloriā noīs tui dñe libera nos: ⁊ ꝓpitius
citur. eſto peccatis noſtris propter nomen tuū.
Sequētia ſci euāg. ſm Mattheū.
c. 5. ⁊ 6. In illo tempore: Dixit Jeſuſ
diſcipulis ſuis. Audiſtis, qa
Leuit. 19. d dictum eſt antiquis. Diliges pro-
ximum tuum: ⁊ odio habebis ini-
Luc. 6. micum tuū. Ego autē dico vobiſ.
Diligite inimicos veſtros: benefa
cite his q oderūt vos ⁊ orate pro
perſequentibus, ⁊ calūniantibuſ
vos: vt ſitis filij patris veſtri, q in
cęlis eſt: q ſolē ſuum oriri facit ſu-
per bonos ⁊ malos, ⁊ pluit ſuper
iuſtos ⁊ iniuſtoſ. Si eniʒ diligitis
eos qui vos diligūt, quā mercedē
habebitis? Nonne ⁊ publicani
hoc faciunt? Et, ſi ſalutaueritiſ fra
tres veſtros tātū, quid ampliꝰ fa-
citis? Nōne ⁊ ethnici hoc faciūt?
Eſtote ergo ⁊ voſ pfecti, ſicut ⁊ pa
ter veſter cęleſtiſ pfectꝰ eſt. Attēdi
te: ne iuſtitiam veſtrā faciatis corā
hominibꝰ, vt videamini ab eis: a-
lioquin mercedeʒ non habebitis
apud patrē veſtrū, q i cęlis eſt. Cū
ergo facis eleemoſynaʒ, noli tuba
canere ante te, ſicut hipocrytę fa-
ciunt in ſynagogiſ ⁊ in viciſ, vt ho
norificētur ab hominibus. Amen
dico vobis: receperunt mercedeʒ
ſuam. Te auteʒ faciente eleemoſy-
nā, neſciat ſiniſtra tua, quid faciat
dextera tua: vt ſit eleemoſyna tua
in abſcondito. Et pater tuus, qui
videt in abſcondito, reddet tibi.
Offert. Domine, viuifica me ſecūdū ps. 18
eloquiū tuū: vt ſciā teſtimonia tua. Secr.
Sacrificium domine obſeruā-
tię quadrageſimalis, quod
offerimus, pręſta, quęſumus, vt ⁊
tibi mentes noſtras reddat acce-
ptas, ⁊ cōtinētię promptioris no-
bis tribuat facultateʒ. Per dñm.
Alię ſecretę. Oremꝰ. Exaudi noſ.
⁊ Deus cui. 29. vt in feria iiij. Cine.
Communio.
Seruite domino in timore, ⁊ exultate ei ps. 2.
cum tremore: apprehendite diſciplinaʒ, ne
pereatis de via iuſta. Poſtcōmunio.
Spiritum nobis domine tuę
charitatis infunde: vt, quos,
vno pane cęleſti ſatiaſti, tua faciaſ
pietate concordes. Per dominuʒ
noſtrū Jeſuʒ. in vnitate eiuſdem.
Alię poſtcōīo. Oremus. Mundet.
⁊ Purificēt. 29. vt in fer. iiij. Cinerū.
Super populum. Oremus.
Humiliate capita veſtra Deo.
Tuere domine populuʒ tuū,
⁊ ab omnibus peccatis cle-
menter emunda: quia nulla ei no-
cebit aduerſitas, ſi nulla ei domi-
netur iniquitas. Per dominum
noſtrum Jeſum Chriſtum filium
tuum: Qui tecum viuit ⁊ regnat

dies.4 xl. SABBATHO.

Statio ad S.Tryphoné. Introit.



ps.29. Exaudiuit domin', ⁊ miſertus eſt mi hi: dominus factus eſt adiutor me'. Ps. Exal tabo te dñe, qm̃ ſuſcepi ſti me: nec delectaſti ini micos meos ſup me. ℣. Gloria p. Oremus.

Adeſto dñe ſupplicationibus noſtris: ⁊ concede, vt hoc ſo lenne ieiunium, quod animabus, corporibuſq; curandis ſalubriter inſtitutum eſt, deuoto ſeruitio ce lebremus. Per dominum noſtrũ.

Aliæ orationes vt in feria iiij. Ciner. 29.

Lectio Iſaię prophetę.

Is.58. Haec dicit dñs Deus. Si abſtu leris de medio tui catenam, ⁊ deſieris digitum extendere, ⁊ lo qui quod non prodeſt: cuʒ effude ris eſurienti animam tuam, ⁊ ani mã afflictam repleueris: tunc orię tur in tenebris lux tua, ⁊ tenebrę tuę erũt ſicut meridies. Et requiẽ dabit tibi dñs De' tu' ſemper: ⁊ implebit ſplendoribus animã tuã: ⁊ oſſa tua liberabit. Et eris quaſi hortus irrigu': ⁊ ſicut fons aqua rũ, cuius nõ deficiẽt aquę. Et ędi ficabuntur in te deſerta ſeculorũ: fundamẽta generationis ⁊ gene rationis ſuſcitabis. Et vocaberis ędificator ſepiuʒ, cõuertens ſemi tas in quietẽ. Si auerteris a ſabba tho pedẽ tuũ, facere voluntatem tuã in die ſancto meo: ⁊ vocaueris ſabbathũ delicatũ, ⁊ ſanctum dñi glorioſum: ⁊ glorificaueris eũ: dũ non facis vias tuas, ⁊ nõ inueniſ voluntas tua, vt loquaris ſermonẽ tunc delectaberis ſuper dño: ⁊ ſu ſtollaʒ te ſuper altitudinẽ terrę: ⁊ cibabo te hereditate Iacob pa tris tui. Os eniʒ dñi locutum eſt.

Graduale. Vnam petij a domino, hãc requiram, vt inhabitem in domo domini. ps.26
℣. Vt videam voluntatem domini: ⁊ pro tegar a templo ſancto eius.

Sequẽtia ſcti euãg. ſm Marcum.

cap.6 In illo tẽpore: Cuʒ ſero eſſet factum, erat nauis in medio mari, ⁊ Ieſus ſolus in terra. Et vi dit diſcipulos ſuos laborantes in remigando. Erat enim ventus cõ trarius eis. Et circa quartam vi giliam noctis, venit ad eos ambu lãs ſupra mare: ⁊ volebat pręteri re eos. At illi vt viderũt eũ ambu lantẽ ſupra mare, putauerũt phã taſma eſſe: ⁊ exclamauerunt. Oẽs eniʒ eũ viderũt: ⁊ cõturbati ſunt. Et ſtatiʒ locut' eſt cũ eis: ⁊ dixit il lis. Cõfidite. Ego ſum: nolite time re. Et aſcẽdit ad illos in nauim: ⁊ ceſſauit vẽtus. Et pl' magis intrã ſe ſtupebãt. Nõ eniʒ intellexerunt de panib'. Erat eniʒ cor illorũ ob cęcatũ. Et cũ trãſfretaſſent, vene rũt in terrã Geneſareth, ⁊ appli cuerũt. Cũq; egreſſi eſſẽt de naui: continuo cognouerũt eũ. Et per currẽtes vniuerſam regionẽ illaʒ: cęperũt in grabatis eos qui ſe ma le habebant circũferre, vbi audię bant eum eſſe. Et quocũq; introi bat, in vicos, vel i villas, aut in ciui tates: in plateis ponebãt ĩfirmos, ⁊ deprecabanĩ eũ, vt vel fimbriam veſtimẽti eius tãgerent. Et quot quot tangebant eũ, ſalui fiebant.

Offert.

ps.118 Offertoꝛium. Dñe, viuifica me ſcḋm
eloquiũ tuũ, vt faciã teſtimonia tua. Sec.
SUſcipe dñe ſacrificiũ, cui⁹ te
voluiſti dignãter ↄſolatione
placari: pꝛęſta q̃s: vt huı⁹ operatio
ne myſterij mũdati, beneplacitũ ti
bi noſtrę mẽtis offeram⁹ affectũ. p.
Alię ſecretę vt in feria quarta Cinerũ. 29.
ps.2. Communio. Seruite dño in timoꝛe, ⁊
exultate ei cũ tremoꝛe: appꝛehendite diſci
plinã, ne pereatis de via iuſta. Poſtcõ.
CÆleſtis vitę munere vegeta
ti, q̃s dñe: vt quod eſt nobis
in pꝛęſenti vita myſteriũ: fiat ęter
nitatis auxilium. Per dominum.
Alię poſtcõiones vt in fer. iiij. Cinerũ. 29.
Super populum. Oꝛemus.
Humiliate capita veſtra Deo.
FIdeles tui De⁹ per tua dona
firmẽtur: vt eãdẽ ⁊ percipien
do requirant, ⁊ quęrendo ſine fi
ne percipiãt. Per dominum noſt.

5. dies xl. DOMINICA PRIMA XL.
Statio ad ſanctum Johannem in
Laterano. Introitus.

ps.90.

INuocabit
me, ⁊ ego
exaudiam eũ: eri
piã eum, ⁊ gloꝛifi
cabo eum: longi
tudine dierũ ad
implebo eũ. ps.
Qui habitat in
adiutoꝛio altiſſi
mi, in ꝓtectione
dei cęli cõmoꝛabit ℣. Glia. Oꝛem⁹.
DE⁹, q eccleſiã tuã annua qua
drageſimali obſeruatiõe pu
rificas: pſta familię tuę: vt, qḋ a te
obtinere abſtinẽdo nitit̃: hoc bo
nis operib⁹ exequat̃. p. Oꝛemus.
A Cunctis nos, q̃s dñe, mẽtis ⁊
coꝛpoꝛis defende periculis, ⁊
intercedẽte beata ⁊ gloꝛioſa ſem
perq; virgine Dei genitrice Ma
ria, cũ beatis aplis tuis Petro, ⁊
Paulo, atq; beato N. ⁊ omnibus
ſanctis: ſalutẽ nobis tribue beni
gnus ⁊ pacẽ: vt deſtructis aduerſi
tatibus ⁊ erroꝛib⁹ vniuerſis, eccle
ſia tua ſecura tibi ſeruiat libertate.
Omnipotens ſempiterne De⁹, q
viuoꝛũ dñaris ſimul ⁊ moꝛtuoꝛũ,
omniũq; miſereris, quos tuos fi
de ⁊ opere futuros eſſe pnoſcis: te
ſupplices exoꝛam⁹: vt, pꝛo quibus
effundere pces decreuim⁹: quoſq;
vel pꝛęſens ſęculũ adhuc in carne
retinet: vel futurũ iã exutos coꝛ
poꝛe ſuſcepit: intercedẽtibus oĩb⁹
ſanctis tuis, pietatis tuę clemen
tia, omnium delictoꝛum ſuoꝛum
veniam conſequantur. Per dñm.
Lcõ eplę b Pauli apli ad Coꝛint.
FRatres: Hoꝛtamur vos ne 2.co.6
in vacuũ gratiã Dei recipia
tis. Ait eniz. Tẽpoꝛe accepto exau
diui te: ⁊ in die ſalutis adiuui te.
Ecce, nunc tempus acceptabile:
ecce nunc dies ſalutis. Nemini dã
tes vllam offenſionem: vt non vi
tuperet̃ miniſteriũ noſtrũ. Sed in
oibus exhibeamus noſmetipſos,
ſicut Dei miniſtros, in multa patiẽ
tia, in tribulationibus, in neceſſita
tibus, in anguſtijs, in plagis, in car
ceribus, in ſeditionibus, in laboꝛi
b⁹, in vigilijs, in ieiunijs, in caſtita
te, in ſciẽtia, in lõganimitate, in ſua
uitate, in ſpiriritu ſancto, i charita
te nõ ficta, in verbo veritatis, i vir
tute Dei, p arma iuſtitię a dextris

⁊

⁊ a ſiniſtris:per gloriã ⁊ ignobili/tatẽ:per infamiam ⁊ bonã famã: vt ſeductores ⁊ veraces:ſicut qui ignoti ⁊ cogniti. Quaſi morietes, ⁊ ecce viuimus:vt caſtigati,⁊ non mortificati. Quaſi triſtes, ſemp au tẽ gaudẽtes:ſicut egẽtes, multos autẽ locupletãtes:tanquam nihil habentes, ⁊ omnia poſſidentes.

ps.90 **Gradua.** Angelis ſuis Deus mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. ℣. In manibus portabunt te, ne vnquam offendas ad lapidem pedem tuum.

**Tractus.** Qui habitat in adiutorio altiſſimi,in ꝓtectione Dei celi cõmorabit.

ps.90 ℣. Dicet dño,ſuſceptor me⁹ es tu, ⁊ refugium meum:Deus meus,ſperabo in eum, ℣. Qm̃ ipſe liberauit me de laqueo venantium,⁊ a verbo aſpero. ℣. Scapulis ſuis obũbrabit tibi, ⁊ ſub pẽnis eius ſperabis. ℣. Scuto circundabit te veritas eius: nõ timebis a timore nocturno. ℣. A ſagitta volante p diẽ, a negocio perambulante in tenebris,a ruina ⁊ demonio meridiano. ℣. Cadẽt a latere tuo mille, ⁊ decem millia a dextris tuis:tibi autẽ nõ appropinquabit. ℣. Qm̃ angelis ſuis mandauit de te,Ut cuſtodiant te in oĩbus vijs tuis. ℣. In manibus portabunt te:ne vnq̃ offendas ad lapidẽ pedẽ tuũ. ℣. Super aſpidẽ ⁊ baſiliſcũ ambulabis,⁊ conculcabis leonem ⁊ draconem. ℣. Qm̃ in me ſperauit, liberabo eum: protegam eũ,qm̃ cognouit nomen meum. ℣. Inuocabit me, ⁊ ego exaudiam eum: cum ipſo ſum in tribulatione. ℣. Eripiam eum,⁊ glorificabo eum: longitudine dierũ adimplebo eũ:⁊ oſtẽdã illi ſalutare meum.

**Sequẽtia ſcti euãg. ſm Mattheũ.**

ca 4. In illo tẽpore:Ductus eſt Jeſus in deſertum a ſpiritu, vt tentaretur a diabolo. Et cum ieiunaſſet quadraginta diebus ⁊ quadraginta noctibus,poſtea eſurijt. Et accedẽs Tẽtator,dixit ei. Si filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiãt. Qui reſpõdẽs dixit. Scriptũ eſt. Nõ in ſolo pane viuit homo:ſed in omni verbo, qd̓ ꝓcedit deu.8. de ore Dei. Tũc aſſumpſit eũ diabolus in ſanctã ciuitatem:⁊ ſtatuit eũ ſupra pinnaculum tẽpli, ⁊ dixit ei. Si fili⁹ Dei es,mitte te deorſum. Scriptum eſt enim. Quia angelis ſuis mandauit de te, ⁊ in manib⁹ ps.90. tollẽt te,ne forte offendas ad lapidẽ pedẽ tuũ. Ait illi Jeſus rurſum. Scriptum eſt. Non tentabis dñm deut.6. Deum tuum. Iterum aſſumpſit eum diabolus in montẽ excelſum valde: ⁊ oſtendit ei omnia regna mundi,⁊ gloriam eorũ:⁊ dixit illi. Hec omnia tibi dabo,ſi cadẽs adorauerisme. Tũc dixit ei Jeſus. Uade ſatana, ſcriptum eſt enim. Dominum Deum tuum adorabis: ⁊ il deut.6. li ſoli ſeruies. Tũc reliquit eũ diabolus: ⁊ ecce angeli acceſſerunt, ⁊ miniſtrabãt ei. Credo.

ps.90 **Offret.** Scapulis ſuis obumbrabit tibi dominus,⁊ ſub pennis ei⁹ ſperabis,ſcuto circundabit te veritas eius. **Secre.**

Sacrificium quadrageſimalis initij ſolenniter immolamus, te domine deprecantes:vt cũ epularum reſtrictione carnalium,a noxijs quoque voluptatibus temperemur. Per dominum noſtrum.

**Oremus.** **Alie Secrete.**

Exaudi nos Deus ſalutaris noſter: vt per huius ſacramenti virtutem,a cunctis nos mẽtis ⁊ corporis hoſtibus tuearis,

gratiam

gratiam tribuens in preſenti, ⁊
gloriam in futuro.

Deus cui ſoli cognitus eſt nume
rus electorum in ſuperna felicitate
locandus: tribue queſumus: vt, in-
tercedētibus omnib⁹ ſanctis tuis,
vniuerſorum, quos in oratione cō
mendatos ſuſcepimus, ⁊ nomina
omnium fidelium beatę prędeſti-
nationis liber aſcripta retineat.
Per dominum noſtrum. ⁊c.

Communio.

Scapulis ſuis obumbrabit tibi domin⁹,
⁊ ſub pennis eius ſperabis: ſcuto circun-
dabit te veritas eius. Poſtcōmunio.

Tui nos dñe ſacramēti libatio
ſancta reſtauret: ⁊ a vetuſta-
te purgatos, in myſterij ſalutaris
faciat trāſire cōſortiuȝ. Per dñm.

Oremus. Alię poſtcōmuniones.

Mundet, ⁊ muniat nos, queſu
mus domine, diuini ſacramē
ti munus oblatum: ⁊ intercedēte
beata virgine Dei genitrice Ma-
ria, cum beatis apoſtolis tuis Pe
tro ⁊ Paulo, atqȝ beato N. ⁊ om-
nibus ſanctis: a cunctis nos red-
dat, ⁊ peruerſitatibus expiatos,
⁊ aduerſitatibus expeditos.

Purificent nos, queſumus om-
nipotens ⁊ miſericors Deus, ſacra
menta quę ſumpſimus: ⁊ intercedē
tibus omnibus ſanctis tuis, prę-
ſta: vt hoc tuum ſacramentū nō ſit
nobis reatus ad pęnā, ſed interceſ-
ſio ſalutaris ad veniaȝ: ſit ablutio
ſcelerū, ſit fortitudo fragiliū: ſit cō
tra omnia mūdi pericula firmamē
tū: ſit viuorū atqȝ mortuorū fide-
liū remiſſio omniū delictorū. Per
dominum noſtrum Jeſum Chri.

FERIA SECVNDA.

Statio ad S. Petrū ad vinc. Int. 6. dies xl.

Sicut oculi ſeruorū
in manibus domi-
norum ſuorum: ita
oculi noſtri ad do-
minum Deum no-
ſtruȝ, donec miſerea
tur noſtri: miſerere
noſtri domine, miſerere noſtri. Ps. Ad Ps. 112
te leuaui oculos meos, qui habitas in cę-
lis. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Oremus.

Conuerte nos De⁹ ſalutaris
noſter: ⁊, vt nobis ieiunium
quadrageſimale proficiat: mentes
noſtras cęleſtibus inſtrue diſcipli-
nis. Per dominum noſtrū Jeſuȝ.

Alię orationes. Oremus. A cunctis.
⁊ Omnipotēs. vel vt in Dñica precedenti.

Lectio Ezechielis prophetę.

Hæc dicit dñs Deus: Ecce, ego cap. 34.
ipſe requiram oues meas: ⁊
viſitabo illas, ſicut viſitat paſtor
gregem ſuum in die, quando fue-
rit in medio ouium ſuarum diſſipa
tarum: ſic viſitabo oues meas, ⁊ li-
berabo eas de omnibus locis, in
quibus diſperſę fuerant, in die nu
bis ⁊ caliginis. Et educā eas de po
pulis: ⁊ cōgregabo eas de terris:
⁊ inducā eas in terrā ſuā: ⁊ paſcaȝ
eas in mōtib⁹ Jſrael, in riuis, ⁊ icū
ctis ſedib⁹ terrę. Jn paſcuis vber-
rimis paſcā eas: ⁊ in montibus ex-
celſis Jſrael erūt paſcua earū. Jbi
requieſcent in herbis virētibus: ⁊
in paſcuis pinguibus paſcētur ſu-
per mōtes Jſrael. Ego paſcā oues
meas, ⁊ ego eas accubare faciā, di-
cit dñs Deus. Quod perierat, req
rā, ⁊ quod abiectū erat, reducaȝ: ⁊
quod

quod cõfractũ fuerat, alligabo: ⁊ qđ infirmũ fuerat, conſolidabo, ⁊ quod pingue ⁊ forte, cuſtodiã. Et paſcã illas i iudicio, dicit dñs ops.

ps.83. Grad. Protector noſter aſpice Deus, ⁊ reſpice ſuper ſeruos tuos. ℣. Dñe Deus virtutum exaudi preces ſeruorum tuorũ.

ps.102. Tractus. Dñe, non ſecundum peccata noſtra, quę fecimus nos: neq3 ſecundũ iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Dñe. ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum: cito anticipent nos miſericordię tuę, quia pauperes facti ſumus nimis. ℣.
ps.78. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter: ⁊ ꝓpter gloriã nõis tui dñe libera nos, ⁊ propitius eſto peccatis noſtris propter nomẽ tuum.

Sequẽtia ſcı euãg. ſm Matthęũ.

cap.25. In illo tẽpore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Cũ venerit filiꝰ hominis in maieſtate ſua, ⁊ omnes angeli eius cum eo: tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuę. Et congregabunt ante eũ omnes gẽtes: ⁊ ſeparabit eos ab inuicẽ: ſicut paſtor ſegregat oues ab hędis. Et ſtatuet oues quidẽ a dextris ſuis: hędos autẽ a ſiniſtris. Tũc dicet rex his qui a dextris eius erũt. Uenite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnũ a cõſtitutione mũdi. Eſuriui enim, ⁊ dediſtis mihi mãducare. Sitiui: ⁊ dediſtis mihi bibere. Hoſpes erã: ⁊ collegiſtis me. Nudus: ⁊ cooperuiſtis me. Infirmus: ⁊ viſitaſtis me. In carcere erã: ⁊ veniſtis ad me. Tunc reſpondebunt ei iuſti dicentes. Dñe, quãdo te vidimus eſuriẽtẽ: ⁊ pauimus te: ſitiẽtẽ, ⁊ dedimus tibi potum? Quãdo autẽ te vidimus hoſpitẽ, ⁊ collegimus te? aut nudũ, ⁊ cooperuimus te? Aut quãdo te vidimꝰ infirmũ, aut i carcere: et venimus ad te? Et reſpõdẽs rex, dicet illis. Amẽ dico vobis: quãdiu feciſtis vni de his fratribꝰ meis minimis: mihi feciſtis. Tunc dicet ⁊ his, q̃ a ſiniſtris eiꝰ erũt. Diſcedite a me maledicti in ignẽ ęternũ, qui paratus eſt diabolo, et angelis eiꝰ. Eſuriui enim: ⁊ non dediſtis mihi manducare. Sitiui: ⁊ non dediſtis mihi potum. Hoſpes erã: ⁊ non collegiſtis me. Nudus: ⁊ nõ operuiſtis me. Infirmus, ⁊ in carcere: ⁊ non viſitaſtis me. Tunc reſpondebunt ei ⁊ ipſi dicentes. Dñe, quãdo te vidimus eſuriẽtem, aut ſitiẽtẽ, aut hoſpitẽ, aut nudũ, aut infirmum, vel in carcere: ⁊ non miniſtrauimus tibi? Tũc reſpõdebit illis, dicẽs. Amen dico vobis: quandiu non feciſtis vni de minoribus his, nec mihi feciſtis. Et ibũt hi in ſuppliciũ ęternum: iuſti autem in vitam ęternã.

Offertorium. Leuabo oculos meos, ps.118
⁊ conſiderabo mirabilia tua domine, vt doceas me iuſtitias tuas: da mihi intellectum, vt diſcam mandata tua.

Secreta.

Munera tibi dñe oblata ſanctifica: noſq́ue a peccatorum noſtrorũ maculis emũda. Per d.

Alię ſec. Oremꝰ.29. vel vt in dñica pc.

Communio. Amen dico vobis, quod mat.25
vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis: venite bñdicti patris mei, poſſidete paratũ vobis regnũ ab initio ſeculi.

Poſtcommu.

Salutaris tui dñe munere ſatiati, ſupplices exoramus: vt cuiꝰ lętamur guſtu, renouemur effectu. Per dominum noſtrum Ie.

Alię poſtcõiones. Oremus. Mũdet.

⁊ P urificet. 29. vel vt in Dñica pced.
Super populum. O remus.
Humiliate capita veſtra Deo.
A Bſolue, q̃s dñe, noſtrorū vin-
cula peccatorū: ⁊ q̃cqd ꝓ eis
meremur, propitiat⁹ auerte. Per.

7. dies xl. FERIA TERTIA

Statio ad S. Anaſtaſiam. Introi.
ps. 89. D Omine refugium fa-
ctus es nobis a gene-
ratione in generatio-
nem: a ſeculo ⁊ in ſe-
culū tu es. ps. Priuſ
quam montes fierēt,
aut formaretur terra,
⁊ orbis: a ſeculo ⁊ vſq; in ſeculum tu es
Deus. ℣. Gloria patri, ⁊ fil. O remus.
R Eſpice domine familiam tuā,
⁊ preſta: vt apud te mens no-
ſtra tuo deſiderio fulgeat: q̃ ſe car-
nis maceratione caſtigat. Per do.
Alię orationes. O remus. A cunctis.
⁊ O mps. 29. vel vt in Dñica preced.

Lectio Iſaię prophetę.

ca. 55 I N diebus illis: Locutus eſt
Iſaias propheta, dicēs: Quę-
rite dñm, dū inueniri poteſt: inuo-
cate eum, dum prope eſt. Derelin-
quat impius viam ſuam: ⁊ vir ini-
quus cogitationes ſuas: ⁊ reuer-
tatur ad dñm, ⁊ miſerebitur eius:
⁊ ad Deum noſtrū, quoniā mult⁹
eſt ad ignoſcendum. Non enim co-
gitationes meę, cogitationes ve-
ſtrę: neq; vię veſtrę, vię meę, dicit
dñs. Quia ſicut exaltātur cęli a ter-
ra: ſic exaltatę ſunt vię meę a vijs
veſtris: ⁊ cogitationes meę a cogi-
tationibus veſtris. Et, quomodo
deſcēdit imber ⁊ nix de cęlo, ⁊ illuc
vltra nō reuertiť: ſed inebriat ter-
ram, ⁊ infundit eam, ⁊ germinare
eam facit, ⁊ dat ſemen ſerenti, ⁊ pa-
nē comedenti: ſic erit verbū meū
quod egredieť de ore meo: non re-
uerteť ad me vacuū: ſed faciet quę-
cūq; volui: ⁊ proſperabitur in his
ad quę miſi illud, ait dñs omps.
Grad. D irigatur oratio mea, ſicut incē- ps. 140
ſum in conſpectu tuo domine. ℣. Eleuatio
manuum mearum ſacrificium veſpertinū.

Sequētia ſcti euāg. ſḿ Mattheū.

I N illo tēpore: Cum intraſſet 21. ca
Ieſus Ieroſolymā, commo-
ta eſt vniuerſa ciuitas, dicēs. Quis
eſt hic? Populi autem dicebant:
Hic eſt Ieſus ꝓpheta, a Nazareth
Galilęę. Et intrauit Ieſus in tem-
plum Dei: ⁊ eijciebat omnes ven-
dentes ⁊ ementes in templo: ⁊ mē-
ſas numulariorū, ⁊ cathedras ven-
dētium columbas euertit. Et dixit
eis. Scriptum eſt. Domus mea do Iſ. 56.
m⁹ orationis vocabitur: vos autē
feciſtis illā ſpeluncam latronum.
Et acceſſerunt ad eum cęci, et clau-
di in templo: et ſanauit eos. Viden-
tes autē principes ſacerdotū, ⁊ ſcri-
bę mirabilia quę fecit: ⁊ pueros
clamātes in templo, ⁊ dicētes, ho-
ſanna filio Dauid: indignati ſunt,
⁊ dixerūt ei. Audis quid iſti dicūt?
Ieſus autem dixit eis. Vtiq;. Nū- ps. 8.
quam legiſtis, quia ex ore infantiū
⁊ lactentium perfeciſti laudē? Et
relictis illis, abijt foras extra ciui-
tatem in Bethaniā: ibiq; manſit.

Offertorium.

I n te ſperaui domine: dixi, tu es Deus ps. 30
meus, in manibus tuis tempora mea. Sec.
O Blatis, q̃s dñe, placare mune-
ribus: ⁊ a cunctis nos defen-
de

de periculis. Per dominum noſt.
Alię orationes. 28. vt in dñica pręcedēti.
ps. 4 Communio. Cum inuocarem te, exaudiſti me, Deus iuſtitię meę, in tribulatione dilataſti me: miſerere mihi domine, ⁊ exaudi orationem meam. Poſtcommunio.

Preſta, quęſumus, oṗs Deus vt illius ſalutaris capiamus effectum, cuius per hęc myſteria pignus accepimus. Per dominū.
Alię poſtcōio. 29. vel vt in Dñica p̄ced.
Super populum. Oremus.
Humiliate capita veſtra Deo.

Aſcendant ad te domine preces noſtrę: ⁊ ab eccleſia tua cūctam repelle nequitiam. Per d.

FERIA QVARTA
8. dies xl. quatuoꝛ tēpoꝛum Quadr.
Statio ad ſanctam Mariam maioꝛem. Introitus.

ps. 24. Reminiſcere miſerationum tuaruꝫ domine, ⁊ miſericoꝛdię tuę quę a ſęculo ſunt: ne vnquam dominētur nobis inimici noſtri: libera nos Deus Iſrael ex omnibus anguſtijs noſtris. ps. Ad te domine leuaui animam meam: Deus meus in te confido, non erubeſcaꝫ. ℣. Gloria patri, ⁊ ſi. poſt Kyrieelei. di. Orem⁹. Flectamus genua. ℟. Leuate.

Preces noſtras, q̄s dñe, clemēter exaudi: ⁊ cōtra cuncta nobis aduerſantia, dexteram tuę maieſtatis extende. Per dominū.

Lectio libꝛi Exodi.

ca. 24. In diebus illis: Dixit domin⁹ ad Moyſen: Aſcende ad me in montem: et eſto ibi: daboque tibi duas tabulas lapideas, et legē, ac mandata quę ſcripſi: vt doceas filios Iſrael. Surrexerunt Moyſes, et Ioſue miniſter eius: aſcendenſque Moyſes in montem Dei, ſenioꝛibus ait. Expectate hic, donec reuertamur ad vos. Habetis Aaron et Hur vobiſcum. Siquid natum fuerit quęſtionis, referetis ad eos: Cumq; aſcendiſſet Moyſes, operuit nubes montem: et habitauit gloꝛia dñi ſuper Sinai, tegēs illū nube ſex dieb⁹. Septimo autem die vocauit eum dñs de medio caliginis. Erat autem ſpecies gloꝛię domini, quaſi ignis ardens ſup verticem mōtis, in conſpectu filioꝛū Iſrael. Ingreſſuſq; Moyſes mediū nebulę aſcendit in montem. Et fuit ibi quadraginta diebus, et quadraginta noctibus.

Grad. Tribulationes coꝛdis mei dilatatę ſunt: de neceſſitatibus meis erue me dñe. ℣. Vide humilitatē meam, ⁊ laboꝛem meum: ⁊ dimitte omnia peccata mea. Dic di. Dominus vobiſcū. Oremus. 24. ca.

Deuotionem populi tui, quęſumus domine, benignus intende: vt, qui per abſtinentiam macerantur in coꝛpoꝛe: per fructum boni operis reficiantur in mente. Per dominum no. Alię Orationes. Oremus. A cūctis. et Omṗs. 29.

Lectio libꝛi Regum.

3. c. 19. In diebus illis: Venit Elias in Berſabée Iuda: et dimiſit ibi puerum ſuum: ⁊ perrexit in deſertum viam vnius diei. Cumque veniſſet, ⁊ ſederet ſubter vnam iuniperum: petiuit animę ſuę vt moꝛeretur: et ait. Sufficit mihi domine: tolle animaꝫ meam. Neq; enim

melioꝛ ſum, quā patres mei. Pꝛoiecitq; ſe, ⁊ obdoꝛmiuit in vmbꝛa iuniperi. Et ecce, angelus domini tetigit eum, dixitq; illi. Surge, cōmede. Et reſpexit, ⁊ ecce ad caput ſuū ſubcinericius panis, ⁊ vas aquę. Comedit ergo, ⁊ bibit: ⁊ rurſum obdoꝛmiuit. Reuerſuſq; eſt angelus domini ſecundo, ⁊ tetigit eū: dixitq; illi. Surge, cōmede: grādis enim tibi reſtat via. Qui cū ſurrexiſſet, comēdit, ⁊ bibit: ⁊ ambulauit in foꝛtitudine cibi illi⁹, quadraginta diebus, ⁊ quadraginta noctibus vſq; ad mōtē Dei Hoꝛeb.

Ps. 24 Tractus. De neceſſitatib⁹ meis eripe me domine: vide humilitatem meam ⁊ laboꝛē meum, ⁊ dimitte omnia peccata mea. ℣. Ad te domine leuaui animam meam, Deus meus in te confido, non erubeſcam: neq; irrideant me inimici mei. ℣. Etenim vniuerſi qui te expectant, non confundentur: confundantur omnes facientes vana.

Sequētia ſcti euāg. ſm Matthęū.

Ca. 12. In illo tempoꝛe: Acceſſerunt ad Jeſum ſcribę, ⁊ phariſei, dicentes. Magiſter, volumus a te ſignum videre. Qui reſpondens, ait illis. Generatio mala, ⁊ adultera ſignum quęrit: ⁊ ſignum non dabitur ei, niſi ſignū Jonę pꝛophetę. Sicut enim fuit Jonas in vētre ceti trib⁹ diebus, ⁊ tribus noctibus: ſic erit filius hominis in coꝛde terrę tribus diebus ⁊ tribus noctib⁹. Uiri Niniuitę ſurgēt in iudicio cū generatione iſta, ⁊ cōdemnabunt eam, quia penitentiam egerunt in pꝛedicatione Jonę. Et ecce plus, quā Jonas, hic. Regina Auſtri ſurget in iudicio cū generatione iſta, ⁊ condēnabit eam: quia venit a finibus terrę audire ſapientiā Salomonis. Et ecce plus quā Salomō, hic. Cum autē immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quęrens requiē, ⁊ non inuenit. Tunc dicit. Reuertar in domum meā, vnde exiui. Et veniens inuenit eā vacātem, ſcopis mundatam, ⁊ oꝛnatam. Tūc vadit, ⁊ aſſumit ſeptē alios ſpirit⁹ ſecū nequioꝛes ſe, ⁊ intrantes habitant ibi: ⁊ fiunt nouiſſima hominis illius peioꝛa pꝛioꝛib⁹. Sic erit ⁊ generationi huic peſſimę. Adhuc eo loquente ad turbas: ecce, mater eius ⁊ fratres ſtabāt foꝛis, quęrētes loqui ei. Dixit autē ei qdā. Ecce mater tua, ⁊ fratres tui foꝛis ſtant, quęrentes te. At ipſe reſpondens dicenti ſibi, ait. Quę eſt mater mea, ⁊ q ſunt fratres mei? Et extēdēs manū in diſcipulos ſuos, dixit. Ecce mater mea, ⁊ fratres mei. Quicūq; enī fecerit volūtatē patris mei qui in cęlis eſt: ipſe me⁹ frater, ⁊ ſoꝛoꝛ, ⁊ mater eſt.

Offertoꝛium.

Meditaboꝛ in mandatis tuis, quę dilexi valde: ⁊ leuabo manus meas ad mandata tua quę dilexi. Ps. 118

Secreta.

Hoſtias tibi domine placationis offerim⁹: vt ⁊ delicta noſtra miſeratus abſoluas, ⁊ nutantia coꝛda tu dirigas. Per dominū.

Alię ſecretę. Oremus. Mundet. ⁊ Purificent. 29. vel vt in Dñica pc.

Communio. Intellige clamoꝛem meū intēde voci oꝛationis meę, rex meus ⁊ Deus meus: quoniā ad te oꝛabo dñe. Ps. 5

Poſtcom.

Tui dñe pceptione ſacramēti: ⁊ a nřis mūdemur occultis,

⁊

⁊ ab hoſtium liberemur inſidijs.
Per do. Alię poſtcommuniones. 29.
Super populum. Oremus.
Humiliate capita veſtra Deo.
MEntes noſtras, q̄s dñe, lumi-
ne tuę claritatiſ illuſtra: vt vi-
dere poſſimus quę agenda ſunt, ⁊
q̄ recta ſunt, agere valeam⁹. Per d.

nonus dies xl. FERIA QVINTA.

Statio ad ſanctum Laurentiuȝ in Paneperna. Introitus.

ps. 95. COnfeſſio, ⁊ pulchritu-
do in conſpectu eiuſ:
ſanctitas ⁊ magnificē-
tia in ſanctificatione
eius. ps. Cātate do-
mino canticuȝ nouū:
cantate domino om-
nis terra. ℣. Gloria patri. Oremus.
DEuotionē populi tui, q̄ſ dñe,
benignus, intēde: vt, qui per
abſtinentiam macerantur in cor-
pore: per fructum boni operis re-
ficiantur in mente. Per dominū.
Alię orationes. Orem⁹. A cūctiſ. 28.
⁊ Omp̄s. 29. vel vt in Dñica p̄cedēti.

Lectio Ezechielis prophetę.

cap. 18. IN diebus illis: Factus eſt ſer-
mo dñi ad me, dicens. Quid
eſt quod inter vos parabolā verti-
tis in ꝓuerbiū iſtud i terra Iſrael,
dicētes: Patres comederūt vuam
acerbam, ⁊ dētes filiorū obſtupe-
ſcūt? Viuo ego, dicit dñſ De⁹: ſi erit
vobis vltra parabola hęc in ꝓuer-
biū in Iſrael. Ecce, oēs animę meę
ſunt: vt aia patris, ita ⁊ anima filij,
mea eſt. Anima q̄ peccauerit, ipſa
morieť. Et vir ſi fuerit iuſt⁹, ⁊ fece-
rit iudiciū ⁊ iuſtitiā: in mōtibuſ nō
comēderit, ⁊ oculos ſuos nō leua-
uerit ad idóla dom⁹ Iſrael: ⁊ vxo-
rē proximi ſui non violauerit: ⁊ ad
mulierem mēſtruataȝ non acceſſe-
rit: ⁊ hominē non contriſtauerit:
pignuſ debitori reddiderit: p vim
nihil rapuerit: panē ſuū eſurienti
dederit: ⁊ nudum operuerit veſti-
mento: ad vſuram non commoda-
uerit, ⁊ amplius non acceperit: ab
iniquitate auerterit manum ſuaȝ:
⁊ iudicium verum fecerit inter vi-
rum, ⁊ virum: ⁊ in pręceptis meis
ambulauerit, ⁊ iudicia mea cuſto-
dierit, vt faciat veritatē: hic iuſtus
eſt. Vita viuet, ait dominus Deus.
Graduale. Cuſtodi me domine vt pu- ps. 16
pillaȝ oculi: ſub vmbra alarum tuarum pro-
tege me. ℣. De vultu tuo iudicium meum
prodeat: oculi tui videant ęquitatem.

Sequētia ſcti euāg. ſm Matthęū.

IN illo tp̄e. Egreſſus Ieſus ca. 51.
ſeceſſit in partes Tyri ⁊ Si-
donis. Et ecce, mulier Chananęa
a finibus illis egreſſa clamauit di-
cens ei. Miſerere mei dñe fili Da-
uid: filia mea male a dęmonio vexa-
tur. Qui nō reſpōdit ei verbū. Et
accedēteſ diſcipuli ei⁹, rogabāt eū
dicētes. Dimitte eā: q̄a clamat poſt
nos. Ipſe autē reſpōdēs, ait. Non
ſuȝ miſſus, niſi ad oues, quę perie-
rūt domus Iſrael. At illa venit, ⁊
adorauit eū, dicēſ. Dñe adiuua me.
Qui reſpōdēs, ait. Nō eſt bonū ſu-
mere panē filiorum, ⁊ mittere cani-
b⁹. At illa dixit. Etiā dñe. Naȝ ⁊ ca-
telli edunt de micis, quę cadunt de
mēſa dominorū ſuorum. Tunc re-
ſpōdēs Ieſuſ, ait illi. O mulier, ma-
gna eſt fides tua. Fiat tibi ſicut viſ.
Et ſanata eſt filia eius ex illa hora.

Ps.33 Offert. Immittit angelus dñi in circuitu timentiū eū, ⁊ eripiet eos: guſtate, ⁊ videte, quoniam ſuauis eſt dominus. Secr.

Sacrificia dñe, q̄s, pꝛopitiꝰ iſta nos ſaluent, q̄ medicinalibus ſunt inſtituta ieiunijs. Per domi.

Alie sec. Oremꝰ. 29. vel vt i dñica pc.

Joh.6. Communio. Panis, quē ego dedero, caro mea eſt pꝛo ſeculi vita. Poſtcom.

Tuoꝛum nos domine largitate donoꝛum: ⁊ tempoꝛalibus attolle pꝛęſidijs, ⁊ renoua ſempiternis. Per dominum noſtrum.

Alie poſtcōmunio. Oremꝰ. Mundet. ⁊ Purificēt. 29. vel vt i Dñica pced.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita veſtra Deo.

Da, q̄s domine, populis chriſtianis, ⁊ quę pꝛofitent agnoſcere, et cęleſte munus diligere, quod frequentant. Per dominū noſtrum Jeſum Chꝛiſtum filium.

10.dies xl. FERIA SEXTA.

quatuoꝛ tempoꝛum Quadrag. Statio ad ſanctos duodecim apoſtolos. Introitus.



Ps.24 De neceſſitatibus meis eripe me dñe: vide humilitatē meā, ⁊ laboꝛē meū: ⁊ dimitte omnia peccata mea. Ps. Ad te domine leuaui animā meam: Deus meus in te confido, non erubeſcam. ℣. Gloꝛia patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto. Oremus.

Eſto domine pꝛopitius plebi tuę: ⁊, quam tibi facis eſſe deuotam: benigno rēfoue miſeratus auxilio. Per dominum noſtrum.

Alię oꝛones. A cūctis. ⁊ Omp̄s. 28.

Lectio Ezechielis pꝛophete.

Hæc dicit dominus Deus. Anima quę peccauerit, ipſa moꝛietur. Filius non poꝛtabit iniquitatem patris: ⁊ pater non poꝛtabit iniquitatem filij. Juſtitia iuſti ſuper eum erit: ⁊ impietas impij erit ſuper eū. Si autē impius ēgerit pęnitētiā ab omnibus peccatis ſuis quę operatꝰ eſt, ⁊ cuſtodierit vniuerſa pręcepta mea: ⁊ fecerit iudiciū ⁊ iuſtitiam: vita viuet ⁊ non moꝛietur. Omniū iniquitatū eius, quas operatꝰ eſt, nō recoꝛdaboꝛ. Jn iuſtitia ſua, quā operatus eſt, viuet. Nunquid voluntatis meę eſt moꝛs impij: dicit dñs Deus: ⁊ non vt cōuertatur a vijs ſuis, ⁊ viuat? Si autē auerterit ſe iuſtus a iuſtitia ſua, ⁊ fecerit iniquitatem ſecundum abominationes quas operari ſolet impius: nunqd viuet? Omnes iuſtitię eius quas fecerat, non recoꝛdabunt. Jn p̄uaricatione ſua qua p̄uaricatꝰ eſt, ⁊ in peccato ſuo quod peccauit, in ipſis moꝛietur. Et dixiſtis. Non eſt ęqua via domini. Audite ergo domꝰ Jſrael. Nunquid via mea nō eſt ęqua: ⁊ nō magis vię veſtrę pꝛauę ſunt? Cū eniꝫ auerterit ſe iuſtus a iuſtitia ſua, ⁊ fecerit iniquitateꝫ: moꝛietur in eis. Jn iniuſtitia, quā operatus eſt, moꝛietur. Et cū auērterit ſe impiꝰ ab impietate ſua quam operatus eſt: ⁊ fecerit iudiciū ⁊ iuſtitiā: ipſe animā ſuā viuificabit. Cōſiderās eniꝫ, ⁊ auertens ſe ab omnibus iniquitatibus ſuis, quas operatꝰ eſt: vita viuet, ⁊ nō moꝛiet: ait dñs omp̄s.

Ezec.18.

Graduale. Saluum fac ſeruum tuum Ps.85

Deus

Deus meus ſperantem in te. ℣. Auribus percipe domine oꝛationem meam.

Tractus. Domine, non ſecundu3 peccata noſtra que fecimus nos: neq3 ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatu3 noſtrarum antiquarum: cito anticipent nos miſericoꝛdie tue, quia pauperes facti ſum⁹ nimis. ℣. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter: ꝛ propter gloꝛiam nominis tui domine libera nos: ꝛ propitius eſto peccatis noſtris, propter nomen tuum.

Sequētia ſcti euāge. ſm Johānē.

ca. 5 In illo tempoꝛe: Erat dies feſtus Judeoꝛum: ꝛ aſcendit Jeſus Jeroſolymam. Eſt autem Jeroſolymis Pꝛobatica piſcina, que cognominať hebꝛaice Bethſaida: quinq3 poꝛticus habēs. In his iacebat multitudo magna languentium, cecoꝝ, claudoꝝ, ꝛ aridoꝛum, expectantiū aque motum. Angelus autē dñi ſecūdū tempus deſcendebat in piſcinam: ꝛ mouebatur aqua. Et qui pꝛioꝛ deſcēdiſſet in piſcinā poſt motionem aque, ſanus fiebat a quacūq3 detinebať infirmitate. Erat autē qdā homo ibi, triginta ꝛ octo annos habēs in infirmitate ſua. Hunc ergo cu3 vidiſſet Jeſus iacētē: ꝛ cognouiſſet, quia ia3 multum tēpus haberet, dixit ei. Vis ſanus fieri? Reſpōdit ei languidus. Dñe, hominē non habeo: vt cū turbata fuerit aqua, mittat me in piſcinā. Du3 venio enim ego, ali⁹ ante me deſcēdit. Dicit ei Jeſus. Surge: tolle grabatu3 tuū, ꝛ ambula. Et ſtati3 ſanus fact⁹ eſt homo ille: ꝛ ſuſtulit grabatū ſuū, ꝛ ambulabat. Erat aūt ſabbathū in illa die. Dicebant ergo Judei, illi, q ſanus fact⁹ fuerat. Sabbathū eſt: nō licet tibi tollere grabatum tuum. Reſpōdit eis. Qui me ſanū fecit, ille mihi dixit. Tolle grabatū tuū, ꝛ ambula. Interrogauerunt ergo eum: Quis eſt ille homo, q dixit tibi: Tolle grabatum tuū, ꝛ ambula? Is autē, q ſanus fuerat effect⁹, neſciebat quis eſſet. Jeſus autē declinauit a turba cōſtituta i loco. Poſtea inuenit eu3 Jeſus in tēplo, ꝛ dixit illi. Ecce, ſanus factus es, ia3 noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Abijt ille homo: ꝛ nunciauit Judeis, quia Jeſus eſſet, qui fecit eum ſanum.

Offertoꝛium.

Benedic anima mea domino, ꝛ noli obliuiſci omnes retributiones eius: ꝛ renouabitur ſicut aquile iuuentus tua. ps. 102

Secreta. Suſcipe, qs dñe, munera noſtris oblata ſeruitijs: ꝛ tua ꝑpitius dona ſanctifica. Per domi.

Alie ſec. Oꝛemus. vel vt in Dñica pc.

Communio.

Erubeſcant, ꝛ conturbentur omnes inimici mei: auertantur retroꝛſum, ꝛ erubeſcant valde velociter. ps. 6

Poſtcōmunio.

Per huius domine operationem myſterij: ꝛ vitia noſtra purgentur, ꝛ iuſta deſideria compleantur. Per dominum noſtru3.

Alie poſtcommuniones. Mundet. et Purificent. 29. vel vt in dñica ꝑcedē.

Super populum. Oꝛemus. Humiliate capita veſtra Deo.

Exaudi nos miſericoꝛs Deus: ꝛ mentibus noſtris gratie tue lumen oſtende. Per dominu3 noſtrū Jeſum Chꝛiſtū filiū tuum.

11. dies xl. **SABBATHO**
quatuor temporum Quadr.
Statio ad sanctū Petrū. Introit.

ps. 87. INtret oratio mea in conſpectu tuo: inclina aurem tuā ad precem meam domine. ps. Domine Deus ſalutis meę: in die clamaui, ⁊ nocte coram te. ℣. Gloria. post Kyrie elei. dr̄ Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

POpulum tuū q̄s dn̄e, ppitius reſpice: atque ab eo flagella tuę iracūdię clemēter auerte. Per.

Lectio libri Deuteronomij.

cap. 26. IN diebus illis: Locutus eſt Moyſes ad dn̄m, dicēs. Reſpice domine de ſanctuario tuo, ⁊ de excelſo cęlorum habitaculo: ⁊ benedic populo tuo Iſrael: ⁊ terrę quam dediſti nobis, ſicut iuraſti patribus noſtris, terrę, lacte, ⁊ melle manāti. Audi Iſrael. Hodie dn̄s Deus tuus p̄cepit tibi, vt facias mādata eius atq̄ iudicia, ⁊ cuſtodias ⁊ impleas ex toto corde tuo, ⁊ ex tota anima tua. Dn̄m elegiſti hodie: vt ſit tibi Deus: ⁊ ambules in vijs eius: ⁊ cuſtodias ceremonias illius, ⁊ mandata atq̄ iudicia: ⁊ obedias eius imperio. En dominus elegit te hodie, vt ſis ei populus peculiaris, ſicut locutus eſt tibi: ⁊ cuſtodias omnia pręcepta illius: ⁊ faciet te excelſiorem cunctis gentibus, quas creauit in laudem, ⁊ nomen, ⁊ gloriam ſuam: vt ſis populus ſanctus domini Dei tui, ſicut locutus eſt tibi.

ps. 78 Graduale. Propitius eſto dn̄e peccatis noſtris: nequando dicant gentes, vbi eſt Deus eorū? ℣. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter: ⁊ propter honorem nominis tui domine libera nos. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

PRotector noſter aſpice Deus: vt, qui malorū noſtrorū pondere prémimur, percepta miſericordia tua, libera tibi mente famulemur. Per dominum noſtrū Ie.

Lectio libri Deuteronomij.

cap. 11 IN diebus illis: Dixit Moyſes filijs Iſrael. Si cuſtodieritis mandata, quę ego pręcipio vobis, ⁊ feceritis ea, vt diligatis dominum Deū veſtrū, ⁊ ambuletis in omnibus vijs eius adherentes ei: diſperdet dn̄s omnes gētes iſtas ante faciem veſtram: ⁊ poſſidebitis eas quę maiores ⁊ fortiores vobis ſunt. Omnis locus quē calcauerit pes veſter, veſter erit. A deſerto, ⁊ Libano, ⁊ flumine magno Euphrate, vſq̄ ad mare occidentale, erūt termini veſtri. Nullus ſtabit contra vos. Terrorē veſtrum ⁊ formidinem dabit dominus Deus veſter ſuper omnē terram, quam calcaturi eſtis: ſicut locutus eſt vobis dn̄s Deus veſter.

Grad. Protector noſter aſpice Deus, ⁊ reſpice ſeruos tuos. ℣. Dn̄e Deus virtutū exaudi preces ſeruorum tuorū. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. ps. 83.

ADeſto, q̄s dn̄e, ſupplicationibus noſtris: vt eſſe, te largiēte, mereamur, ⁊ inter proſpera humiles, ⁊ inter aduerſa ſecuri. Per d.

Lectio libri Machabęorum.

2. ca. 1. IN diebus illis: Orationem faciebant ſacerdotes, dū offerrent

ferrent

ferrent ſacrificiū pro populo Iſ-
rael, Ionatha inchoante, ceteris
autem reſpondentibus, ⁊ dicenti-
bus: Benefaciat vobis De⁹: ⁊ me-
minerit teſtamenti ſui, qđ locutus
eſt ad Abraham, ⁊ Iſaac, ⁊ Iacob,
ſeruorū ſuorū fideliū. Et det vo-
bis cor omnibus: vt colatis eum, ⁊
faciatis eius voluntatē, corde ma
gno ⁊ animo volenti. Adaperiat
cor veſtrum in lege ſua, ⁊ in prece-
ptis ſuis: ⁊ faciat pacē. Exaudiat
orationes veſtras: ⁊ reconcilie-
tur vobis: nec vos deſerat in tem-
pore malo: dominus Deus veſter.
Ps.89. Graduale. Conuertere domine aliquā-
tulum, ⁊ deprecare ſuper ſeruos tuos. ℣.
Domine, refugium factus es nobis a gene
ratione in generationē. Oremus. Fle
ctamus genua. ℟. Leuate.

PReces populi tui, queſumus
dñe, clemēter exaudi: vt qui iu-
ſte pro peccatis noſtris affligimur:
pro tui nominis gloria, miſericor-
diter liberemur. Per dominum.

Lectio libri Sapientie.

Eccl. 36. MIſerere noſtri De⁹ omniū,
⁊ reſpice nos: ⁊ oſtende no-
bis lucem miſerationum tuarum:
⁊ immitte timorem tuū ſuper gē-
tes que non exquiſierunt te: vt co
gnoſcant, quia non eſt Deus niſi
tu: vt enarrēt magnalia tua. Alle-
ua manum tuam ſuper gentes alie
nas: vt videant potentiam tuam.
Sicut enim in conſpectu eorū ſan-
ctificatus es in nobis: ſic in conſpe
ctu noſtro magnificaberis in illis:
vt cognoſcāt te, ſicut ⁊ nos cogno-
uimus, quoniam non eſt Deus pre
ter te domine. Innoua ſigna, ⁊ im
muta mirabilia. Glorifica manū, ⁊
brachium dextrum. Excita furo-
rem, ⁊ effunde iram. Tolle aduer-
ſariū, ⁊ affilge inimicū. Feſtina tē-
pus, ⁊ memento finis, vt enarrent
mirabilia tua, domine De⁹ noſter.
Grad. Dirigatur oratio mea, ſicut incē Ps.140
ſum in conſpectu tuo dñe. ℣. Eleuatio ma
nuū mearū ſacrificiū veſpertinū. Ore-
m⁹. Flectam⁹ genua. ℟. Leuate.

ACtiones noſtras, qs dñe, aſpi
rando preueni: ⁊ adiuuando
proſequere: vt cuncta noſtra ora-
tio ⁊ operatio a te ſemp incipiat,
⁊ per te cepta finiatur. Per domi.

Lectio Danielis prophete.

IN diebus illis: Angelus dñi cap.3.
deſcendit cum Azaria, ⁊ ſo-
ciis eius in fornacem: ⁊ excuſſit flā-
mam ignis de fornace: ⁊ fecit me-
dium fornacis, quaſi ventum ro-
ris flantem. Flamma autem diffu
ſa eſt ſup fornacē cubitis quadra-
ginta nouē: ⁊ incēdit quos reppe-
rit iuxta fornacē de Chaldeis mini
ſtros regis, qui eā incendebāt. Il-
los autē omnino nō tetigit ignis,
neque contriſtauit, nec quicquam
moleſtie intulit. Tunc hi tres, qua-
ſi ex vno ore, laudabant, ⁊ glorifi-
cabant, ⁊ benedicebant Deum in
fornace, dicentes. Hymnus.

BEnedictus es domine Deus patrū
noſtrorum.
Et laudabilis, ⁊ glorioſus in ſecula.
Bñdictū nomen glorie tue, qđ eſt ſanctū.
Et laudabile, ⁊ glorioſum in ſecula.
Benedictus es in tēplo ſancto glorie tue.
Et laudabilis, ⁊ glorioſus in ſecula.
Bñdict⁹ es ſup thronū ſanctū regni tui.
Et laudabilis, ⁊ glorioſus in ſecula.

Benedictus

Benedict' es ſup ſceptrū diuinitatis tuę.
Et laudabilis, ⁊ glorioſus in ſęcula.
Benedictus es qui ſedes ſuper cherubiʒ, intuens abyſſos.
Et laudabilis, ⁊ glorioſus in ſęcula.
Benedictus es qui ambulas ſuper pēnas ventoꝛum, ⁊ ſuper vndas maris.
Et laudabilis, ⁊ glorioſus in ſęcula.
Benedicant te omnes angeli, ⁊ ſancti tui.
Et laudent te, ⁊ glorificent in ſęcula.
Benedicant te cęli, terra, mare, ⁊ omnia quę in eis ſunt.
Et laudent te, ⁊ glorificent in ſęcula.
Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto.
Et laudabili, ⁊ glorioſo in ſęcula.
Sicut erat in pꝛincipio, ⁊ nunc, ⁊ ſemper, ⁊ in ſęcula ſęculoꝛum. Amen.
Et laudabili ⁊ glorioſo in ſęcula.
Benedictus es dn̄e De' patrū noſtroꝛū.
℟. Et laudabilis, ⁊ glorioſus in ſęcula.
Hic dicitur ℣. Dominus vobiſcum.
Nō d'. Flectamus genua. Oꝛem⁹.

Deus, qui tribus pueris mitigaſti flammas ignium: concede ꝓpitius, vt nos famulos tuos nō exurat flamma vitioꝛuʒ. Per d.
Alię oꝛōnes. A cūctis. et O mp̄s. 29. vel vt in Dominica pꝛęcedenti.

Lcō eplę b. Pauli a pli ad Theſſa.

1. ca. 5 Fratres: Rogamus vos, coꝛripite inquietos, conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patiētes eſtote ad omnes. Uidete, ne quis malum pꝛo malo alicui reddat: ſed ſemper quod bonum eſt ſectamini in inuicē, ⁊ in omnes. Sēper gaudete. Sine intermiſſione oꝛate. In omnibus gratias agite. Hęc eſt enim volūtas Dei in Chꝛiſto Jeſu in omnibus vobis. Spiritū nolite extinguere. Pꝛophetias nolite ſpērnere. Omnia autē ꝓbate: quod bonū eſt tenēte. Ab omni ſpecie mala abſtinēte vos. Ipſe autē Deus pacis ſanctificet vos per omnia: vt integer ſpūs veſter, ⁊ anima, ⁊ coꝛpus, ſine querela, in aduētu dn̄i noſtri Jeſu Chꝛiſti ſeruet.

Tractus. Laudate dominum omnes ps. 116
gentes, ⁊ collaudate eū omnes populi. ℣. Quoniā confirmata eſt ſup nos miſericoꝛdia eius: ⁊ veritas domini manet in ęternū.

Euangeliuʒ. In illo tempoꝛe: Aſſumpſit Jeſus Petrum ⁊ Jacobū. quęre in ſequenti Dominica. folio. 39.

Offertoꝛium.

Domine Deus ſalutis meę, in die clama ps. 87
ui ⁊ nocte coꝛaʒ te: intret oꝛatio mea in conſpectu tuo domine.

Secreta.

Pꝛeſentibus ſacrificijs, quęſumus domine, ieiunia noſtra ſanctifica: vt quod obſeruantia noſtra pꝛofitetur exterius: interius operetur. Per dominum noſtruʒ.
Alię ſecretę. Exaudi nos Deus. 29. vel vt in Dominica pꝛęcedenti.

Communio. Domine Deus in te ſpe ps. 7
raui, libera me ab omnibus perſequentibus me, ⁊ eripe me.

Poſtcommunio.

Sanctificationibus tuis omnipotens Deus, ⁊ vitia noſtra curentur, ⁊ remedia nobis ęterna pꝛoueniant. Per dominum noſt.
Alię poſtcommuniones. Mundet. et Purificent. 29. vel vt in Dn̄icā pꝛęce.

Super populum. Oꝛemus.
Humiliate capita veſtra Deo.

Fideles tuos De⁹ benedictio deſiderata confirmet: quę eos ⁊ a tua voluntate nunquam faciat diſcrepare, ⁊ tuis ſemp indulgeat beneficijs gratulari. Per dominū.

dies 12 xl. DOMINICA SECVNDA XL.

**Statio ad ſanctam Mariam in Dominica. Introitus.**

ps. 24



Reminiſce re miſerationum tuarum domine, ⁊ miſericordie tue, que a ſeculo ſunt: ne vnquam dominentur nobis inimici noſtri: libera nos Deus Iſrael ex omnibus anguſtijs noſtris. Ps. Ad te domine leuaui animam meam: Deus meus in te confido, non erubeſcam. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiri. Oremus.

Deus, qui conſpicis omni nos virtute deſtitui: interius, exteriusque cuſtodi: vt ab omnibus aduerſitatibus muniamur in corpore: ⁊ a prauis cogitationibus mundemur in mente. Per dñm.

Oremus. Ad poſcenda ſuffragia Sanctorum.

A Cunctis nos, q̃s dñe, mẽtis ⁊ corporis defende periculis, ⁊ intercedẽte beata ⁊ glorioſa ſemperqꝫ virgine Dei genitrice Maria, cũ beatis aplis tuis Petro, ⁊ Paulo, atqꝫ beato N. ⁊ omnibus ſanctis: ſalutẽ nobis tribue benignus ⁊ pacẽ: vt deſtructis aduerſitatibus ⁊ erroꝛib⁹ vniuerſis, eccleſia tua, ſecura tibi ſeruiat libertate.

Omnipotens ſempiterne De⁹, q viuorũ dñaris ſimul ⁊ mortuorũ, omniũqꝫ miſereris, quos tuos fide ⁊ opere futuros eſſe p̃noſcis: te ſupplices exoram⁹: vt, pro quibus effundere p̃ces decreuim⁹: quoſqꝫ vel preſens ſeculũ adhuc in carne retinet, vel futurũ iã exutos corpore ſuſcepit: intercedẽtibus oib⁹ ſanctis tuis, pietatis tue clementia, omnium delictorum ſuorum veniam conſequantur. Per dñm.

**Lcõ eplẽ b. Pauli apli ad Theſſa.**

cap. 4. Fratres: Rogamus vos, ⁊ obſecramus in domino Ieſu: vt, quemadmodũ accepiſtis a nobis, quomodo vos oportcat ambulare, ⁊ placere Deo: ſic ⁊ ambuletis, vt abundetis magis. Scitis enim que precepta dederim vobis, per dominum Ieſum. Hec eſt enim voluntas Dei, ſanctificatio veſtra: vt abſtineatis vos a fornicatione: vt ſciat vnuſquiſqꝫ veſtrum vas ſuũ poſſidere in ſanctificatione ⁊ honore: non in paſſione deſiderij, ſicut ⁊ gentes que ignorant Deum. Et ne quis ſupergrediatur, neqꝫ circumueniat in negocio fratrem ſuum: quoniã vindex eſt dominus de his omnibus, ſicut prediximus vobis, ⁊ teſtificati ſumus. Nõ enĩ vocauit nos Deus in immunditiã: ſed in ſanctificationem: In Chriſto Ieſu domino noſtro.

Graduale. Tribulationes cordis mei dilatate ſunt: de neceſſitatibus meis eripe me domine. ℣. Vide humilitatẽ meã, ⁊ laborẽ meum: ⁊ dimitte omnia peccata mea.

Tractus. Confitemini domino, quoniam bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius. ps. 24 ℣. Quis loquetur potentias domini: auditas faciet omnes laudes eius? ℣. Beati qui cuſtodiunt iudicium, ⁊ faciunt iuſtitiam in omni tempore. ℣. Memento noſtri domine in beneplacito populi tui: viſita nos in ſalutari tuo.

Sequen-

Sequētia ſcti euāg. ſm Mattheū.
Ma.17 IN illo tēpore: Aſſumpſit Je-
ſus Petrum ⁊ Jacobū ⁊ Jo
hannem fratrez eius, ⁊ duxit illos
in montem excelſuz ſeorſuz: ⁊ trāſ-
figuratus eſt ante eos. Et reſplen
duit facies eius ſicut ſol: veſtimen-
ta autem eius facta ſunt alba ſicut
nix. Et ecce, apparuerūt illiſ Moy
ſes ⁊ Elias cum eo loquētes. Re-
ſpondens autez Petrus, dixit ad
Jeſum. Dñe, bonū eſt nos hic eſſe.
Si vis, faciamus hic tria taberna-
cula: tibi vnū, Moyſi vnuz, ⁊ Eliȩ
vnū. Adhuc eo loquente, ecce nu-
bes lucida obūbrauit eoſ. Et ecce
vox de nube, dicens. Hic eſt filius
meus dilectꝰ, in quo mihi bene cō
placui: ipſum audite. Et audiētes
diſcipuli ceciderūt in faciē ſuā, ⁊ ti-
muerūt valde. Et acceſſit Jeſus, ⁊
tētigit eos, dixitqz eis. Surgite, ⁊
nolite timere. Leuātes autem ocu
los ſuos, neminē viderūt, niſi ſolū
Jeſum. Et deſcēdentibus illis de
mōte, ꝓcepit eiſ Jeſuſ dicēſ. Nemi
ni dixeritiſ viſionē: donec filiuſ ho
miniſ a mortuiſ reſurgat. Credo.
Ps.118. Offertorium. Meditabor in mandatiſ
tuis, quȩ dilexi valde: ⁊ leuabo manꝰ meas
ad mandata tua, quȩ dilexi. Secreta.

SAcrificijs p̄ſentibus dñe: q̄s,
intende placatꝰ: vt ⁊ deuotio
ni noſtrȩ ꝓficiāt, ⁊ ſaluti. Per do.
Oremus. Aliȩ ſecretȩ.

EXaudi noſ Deꝰ ſalutaris no
ſter: vt ꝑ huiuſ ſacramēti vir
tutem, a cunctis nos mentis ⁊ cor
poriſ hoſtibus tuearis, gratiā tri-
buēs in p̄ſenti, et gloriā in futuro.
Deus cui ſoli cognitus eſt nume
ruſ electorum in ſuperna felicitatȩ
locandus: tribue queſumus: vt, in-
tercedētibus omnibꝰ ſanctis tuis,
vniuerſorum, quos in oratione cō-
mendatos ſuſcepimus, ⁊ nomina
omnium fidelium beatȩ prȩdeſti-
nationis liber aſcripta retineat.
Cōmu. Intellige clamorem meū: intēde Ps.5.
voci orationis meȩ, rex meuſ, ⁊ Deus meꝰ:
quoniam ad te orabo domine. Poſtcō.

SUpplices te rogamuſ omp̄s
Deuſ: vt, quos tuis reficis ſa
cramētis, tibi etiā placitis moribꝰ
dignanter deſeruire cōcedas. ꝑ d.
Oremus. Aliȩ poſtcōmuniones.

MUndet, ⁊ muniat nos q̄ſumꝰ
domine, diuini ſacramenti
munus oblatum: ⁊ intercedente
beata ⁊ glorioſa virgine Dei ge-
nitrice Maria, cum beatis apoſto
lis tuis Petro ⁊ Paulo, atqz bea
to N. ⁊ oibus ſanctis, a cūctiſ noſ
reddat, ⁊ peruerſitatibus expia-
tos, ⁊ aduerſitatibus expeditos.
Purificent nos, queſumus om-
nipotens ⁊ miſericors Deuſ, ſacra
menta quȩ ſumpſimuſ: ⁊ intercedē
tibus omnibus ſanctis tuis, prȩ-
ſta: vt hoc tuum ſacramentū nō ſit
nobiſ reatuſ ad pȩnā, ſed interceſ-
ſio ſalutaris ad veniaz: ſit ablutio
ſcelerū, ſit fortitudo fragiliū: ſit cō-
tra omnia mūdi pericula firmamē
tū: ſit viuorū atqz mortuorū fide-
liū remiſſio omniū delictorū. Per.

FERIA SECVNDA. 13. dies xl.

Statio ad S. Clementem. Intro.

REdime me dñe, ⁊ miſerere mei, Ps.25
pes enim meus ſtetit in via re-
cta: in eccleſijs benedicaz dñm.
Ps. Judica me dñe, qm̄ ego in
inno-

innocētia mea ingreſſus ſum: ⁊ in domino ſperans,non infirmabor. ℣. Gloria patri, ⁊ filio,⁊ ſpiritui ſancto. Oremus.

PReſta,quęſumus,omnipotēs Deus:vt familia tua,quę ſe,affligendo carnem,ab alimentis abſtinet,ſectando iuſtitiā,a culpa ieiunet.Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuū. Qui te. Alię orōnes. Acūctis. ⁊ Omnīps.29.

Lectio Danielis prophetę.

cap.9 IN diebus illis: Orauit Daniel dominū,dicens:Dñe Deꝰ noſter,qui eduxiſti populum tuū de terra Ægypti in manu forti:⁊ feciſti tibi nomē ſecūdum diem hāc: peccauimus,iniquitatem fecimus Dñe,in omnem iuſtitiam tuā: auertatur óbſecro ira tua,⁊ furor tuus a ciuitate tua Jeruſalem,⁊ a monte ſácto tuo.Propter peccata enī noſtra, ⁊ iniquitates patrum noſtrorum,Jeruſalem,⁊ populꝰ tuꝰ, in opprobrium ſunt omnibus,per circuitū noſtrū.Nunc ergo exaudi domine Deus noſter orationē ſerui tui,⁊ preces eius:⁊ oſtēde faciem tuā ſuper ſanctuarium tuū, quod deſertū eſt.Propter temetipſum inclina Deus meus aurem tuam,⁊ audi:aperi oculos tuos, ⁊ vide deſolationem noſtram, ⁊ ciuitatem,ſuper quam inuocatum eſt nomen tuum.Neque enim in iuſtificationibus noſtris ꝓſternimus preces ante faciem tuam:ſed in miſerationibus tuis multis.Exaudi dñe:placare dñe:attende,⁊ fac.Ne moreris propter temetipſum Deꝰ meus: quia nomen tuum inuocatum eſt ſuper ciuitatē,⁊ ſuper populum tuum:dñe Deus noſter.

Graduale. Adiutor meus, ⁊ liberator Ps.69 meus eſto: domine, ne tardaueris. ℣. Cōfundantur, ⁊ reuereantur inimici mei, qui quęrunt animam meam. Tractus.

Domine,non ſecundum peccata noſtra, Ps.102 quę fecimus nos:neq; ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Domine, Ps.78. ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum: cito anticipent nos miſericordię tuę,quia pauperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter:⁊ ꝓpter gloriā nōis tui dñe libera nos,⁊ propitius eſto peccatis noſtris propter nomē tuum.

Sequētia ſcti euāg. ſm Johannē.

IN illo tempore: Dixit Jeſus ca.8. turbis Judęorū.Ego vado ⁊ quęretis me: ⁊ in peccato veſtro moriemini.Quo ego vado,vos nō poteſtis venire.Dicebāt ergo Judęi.Nunquid interficiet ſemetipſū:quia dicit:Quo ego vado,vos non poteſtis venire. Et dicebat eis.Uos de deorſum eſtis: ego de ſupernis ſum.Uos de mundo hoc eſtis:ego non ſum de hoc mundo. Dixi ergo vobis: quia moriémini in peccatis veſtris.Si enim nō credideritis,quia ego ſum:moriemini in peccato veſtro.Dicebant ergo ei.Tu quis es? Dixit eis Jeſus. Principium, qui ⁊ loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui,⁊ iudicare.Sed q miſit me,verax eſt:⁊ ego,quę audiui ab eo, hęc loquor in mundo. Et non cognouerunt, quia patrem eius dicebat Deum. Dixit ergo eis Jeſus.Cū exaltaueritis filium hominis:tūc cognoſcetis quia ego ſum, ⁊ a meipſo facio nihil: ſed ſicut docuit me Pater,

hęc loquor. Et qui me miſit, mecū eſt: ⁊ nō reliquit me ſolū: quia ego que placita ſunt ei, facio ſemper.

ps.15 Offertorium. Benedicam dominum, qui tribuit mihi intellectum: prouidebā dominum in conſpectu meo ſemper, quoniā a dextris eſt mihi, ne commouear. Secre.

Hæc hoſtia domine placationis ⁊ laudis, tua nos protectione dignos efficiat. Per dominum.

Alię ſecretę. Exaudi nos Deus. 29. vel vt in Dominica precedenti.

ps.8. Communio. Domine dominus noſter, quam admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra? Poſtcommunio.

Hæc nos communio domine purget a crimine, ⁊ cęleſtis remedij faciat eſſe conſortes. Per d.

Alię poſtcommuniones. Mundet. 29. vel vt in Dominica precedenti.

Super populum. Oremus. Humiliate capita veſtra Deo.

Adeſto ſupplicationibus noſtris omnipotēs Deus: ⁊ quibus fiduciam ſperandę pietatis indulges, conſuetę miſericordię tribue benignus effectum. Per dñm.

14. dies xl. FERIA TERTIA.

Statio ad ſanctā Balbinā. Intr.

ps.26. Tibi dixit cor meum, quęſiui vultū tuum: vultum tuum domine requiram: ne auertas faciem tuam a me. Ps. Dominus illuminatio mea, ⁊ ſalus mea, quē timebo? ℣. Gloria. Oremus.

Perfice, quęſum⁹ domine, benign⁹ in nobis obſeruātię ſanctę ſubſidium: vt quę, te auctore, facienda cognouimus: te operante impleamus. Per dominum no.

Alię orationes. A cunctis nos. 28. vel vt in Dominica precedenti.

Lectio libri Regum.

In diebus illis. Factus eſt ſermo domini ad Eliā Theſbiten, dicens. Surge, ⁊ vade in Sarephtam Sidoniorum, ⁊ manebis ibi. Precepi enim ibi mulieri viduę, vt paſcat te. Surrexit, ⁊ abijt in Sarephtā. Cumq; veniſſet ad portam ciuitatis: apparuit ei mulier vidua colligens ligna: ⁊ vocauit eam, dixitq; ei. Da mihi paulū lum aquę in vaſe, vt bibā. Cumq; illa pergeret, vt afferret: clamauit poſt tergum eius, dicens. Affer mihi obſecro, ⁊ buccellā panis in manu tua. Quę reſpondit. Viuit dominus Deus tuus, quia nō habeo panē, niſi quantum pugillus capere poteſt farinę in hydria: ⁊ paululū olei i lécytho. En cólligo duo ligna: vt ingrediar, ⁊ faciam illud mihi, ⁊ filio meo: vt comedamus ⁊ moriamur. Ad quā Elias ait. Noli timere: ſed vade, ⁊ fac ſicut dixiſti, Veruntamen mihi primum fac de ipſa farinula ſubcinericiū panē paruulū, ⁊ affer ad me: tibi autē ⁊ filio tuo facies poſtea. Hęc autē dicit dñs De⁹ Iſrael. Hydria farinę nō deficiet: nec lécyth⁹ olei minuetur, vſq; i diē in qua datur⁹ eſt dñs pluuiā ſup faciē terrę. Quę abijt, ⁊ fecit iuxta verbum Elię. Et comédit ipſe, ⁊ illa, ⁊ domus eius. Et ex illa die, hydria farinę nō defecit: ⁊ lécythus olei non eſt imminutus, iuxta verbū domini, quod locutus fuerat in manu Elię. cap.17.

Graduale.

ps.54 Gradua. Iacta cogitatum tuum in do⸗
mino: ⁊ ipſe te enutriet. ℣. Dum clama⸗
rem ad dominum, exaudiuit vocem meam
ab his qui appropinquant mihi.
Sequētia ſcti euāge. ſm Mattheū.
cap.23. IN illo tēpore: Locutꝰ eſt Je⸗
ſus ad turbas, ⁊ ad diſcipulos
ſuos, dicens. Super cathedram
Moyſi ſederunt Scribę ⁊ phari⸗
ſęi. Omnia ergo, quęcunqȝ dixe⸗
rint vobis, ſeruate, ⁊ facite: ſecūdū
vero opera eorū nolite facere. Di
cunt enim, ⁊ non faciunt. Alligant
enim onera grauia, ⁊ importabi⸗
lia, ⁊ imponunt in humeros homi
nū: digito autē ſuo nolunt ea mo
uere. Omnia vero opera ſua fa⸗
ciūt, vt videātur ab hominibꝰ. Di⸗
latant enim phylacteria ſua, ⁊ ma⸗
gnificant fimbrias. Amāt autē pri⸗
mos recubitus in cęnis: ⁊ primas
cathedras in ſynagogis: ⁊ saluta⸗
tiones in foro, ⁊ vocari ab homi⸗
nibus, rabbi. Vos autē nolite vo⸗
cari rabbi. Unus eſt eniȝ magiſter
veſter: oēs autē vos fratres eſtis.
Et patrē nolite vocare vobis ſup
terram: vnus eſt eniȝ pater veſter,
qui eſt in cęlis. Nec vocemini ma⸗
giſtri: quia magiſter veſter, vnus
eſt Chriſtus. Qui maior eſt veſtrū,
erit miniſter veſter. Qui autem ſe
exaltauerit, humiliabitur: ⁊ qui
ſe humiliauerit, exaltabitur.
ps.50 Offertorium. Miſerere mei domine
ſecundum magnam miſericordiam tuam:
dele domine iniquitatem meam. Secre.
SAnctificationeȝ tuā nobis do
mine his myſterijs operare
placatus, quę nos ⁊ a terrenis pur
get vitijs: ⁊ ad cęleſtia dona perdu
cat. Per dominum noſtrū Jeſuȝ.
Alię ſecretę. Exaudi nos Deus. 29.
vel vt in Dominica pręcedenti.
Communio. Narrabo omnia mirabi⸗ ps.9
lia tua: lętabor ⁊ exultabo in te: pſallam no⸗
mini tuo altiſſime. Poſtcommunio.
VT ſacris domine reddamur
digni muneribꝰ: fac nos tuis,
quęſumus, ſemper obedire man⸗
datis. Per dominum noſtruȝ Je.
Alię poſtcommuniones. Mundet. 29.
vel vt in Dominica pręcedenti.
Super populum. Oremus.
Humiliate capita veſtra Deo.
PRopitiare dñe ſupplicationi
bꝰ noſtris: ⁊ animarū noſtra⸗
ruȝ medere lāguoribus: vt, remiſ⸗
ſione percepta: in tua ſemper bene⸗
dictione lętemur. Per dominum.

FERIA QVARTA. 15.dies
Statio ad ſanctā Cęciliā. Introit. Fl.
NE dereliquas me do⸗
mine Deus meꝰ, ne
diſcedas a me: inten⸗
de in adiutoriū meum
domine virtus ſalu⸗
tis meę. ps. Domi⸗
ne ne in furore tuo ar⸗
guas me: neqȝ in ira tua corripias me. ℣.
Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui. Oremus.
POpulum tuū dñe propitiꝰ re
ſpice: ⁊ quos ab eſcis carnali
bus pcipis abſtinere, a noxijs quo
que vitijs ceſſare concede. Per d.
Alię orationes. A cunctis nos. 28.
vel vt in Dominica pręcedenti.
Lectio libri Heſter.
IN diebus illis: Orauit Mar cap.13.
docheus ad dominum, dicēs.
Domine Deus rex omnipotens,
in ditione tua cūcta ſunt poſita: ⁊
non

non eſt, qui poſſit tuę reſiſtere volũtati. Si decreueris ſaluare nos, cõtinuo liberabimur. Tu enim domine feciſti cęlum ⁊ terram: ⁊ quicquid cęli ambitu cõtinetur. Tu es dñs omnium: ⁊ non eſt qui reſiſtat maieſtati tuę. Et nunc dñe, rex regũ, Deus Abrahã, miſerere populo tuo: quia volũt nos inimici noſtri perdere, ⁊ hereditatem tuam delere. Ne deſpicias partem tuã, quam redemiſti tibi: ſed exaudi deprecationẽ noſtrã, ⁊ ꝓpitius eſto ſorti ⁊ funiculo hereditatis tuę. Et conuerte luctum noſtrũ in gaudium: vt viuentes, laudemus nomen tuum: ⁊ ne claudas ora canentium te, domine Deus noſter.

ps. 27. Graduale. Saluum fac populum tuũ domine, ⁊ benedic hereditati tuę. ℣. Ad te domine clamaui, Deus me⁹ ne ſileas a me, ⁊ ero ſimilis deſcendentibus in lacum.

ps. 102. Tractus. Domine, non ſecundũ peccata noſtra quę fecimus nos: neq; ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis.

ps. 78. ℣. Domine ne memineris iniquitatũ noſtrarum antiquarum: cito anticipent nos miſericordię tuę, quia pauperes facti ſum⁹ nimis. ℣. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter: ⁊ propter gloriam nominis tui domine libera nos: ⁊ propitius eſto peccatis noſtris, propter nomen tuum.

Sequẽtia ſcti euãg. ſm Mattheũ.

ca. 20. In illo tẽpore: Aſcendens Ieſus Ieroſolymam, aſſumpſit duodecim diſcipulos ſuos, ſecreto, ⁊ ait illis. Ecce aſcendimus Ieroſolymam, ⁊ filius hominis tradetur principibus ſacerdotũ, et ſcribis: et condemnabunt eum morte. Et tradent eum gentibus ad illudendũ, et flagellandum, et crucifigendũ: et die tertia reſurget. Tũc acceſſit ad eũ mater filiorum Zebedęi cum filijs ſuis, adorans et petẽs aliqd ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic, vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, ⁊ vnus ad ſiniſtram, in regno tuo. Reſpondens autem Ieſus, dixit. Neſcitis quid petatis. Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? Dicũt ei. Poſſumus. Ait illis. Calicẽ quidẽ meum bibetis: ſedere autẽ ad dexteram meã vel ad ſiniſtram, non eſt meum dare vobis, ſed quib⁹ paratũ eſt a patre meo. Et audientes decẽ, indignati ſunt de duobus fratrib⁹. Ieſus autẽ vocauit eos ad ſe: ⁊ ait. Scitis, qa principes gentiũ dominant eorũ: et qui maiores ſunt, poteſtatem exercent in eos. Nõ ita erit inter vos: ſed q̃cũq; voluerit inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter: et qui voluerit inter vos prim⁹ eſſe, erit veſter ſeruus. Sicut fili⁹ hominis nõ venit miniſtrari, ſed miniſtrare: et dare animã ſuã redẽptionẽ ꝓ multis.

Offert. Ad te dñe leuaui animam meã, Deus meus in te confido, non erubeſcam: neq; irrideãt me inimici mei: etenim vniuerſi, qui te expectant, non confundent. ps. 24

Sec. Hoſtias, quęſumus domine, quas tibi offerimus, propitius reſpice, et per hęc ſancta commercia, vincula peccatorũ noſtrorum abſolue. Per dominum no.

Alię ſecretę. Exaudi nos Deus. 29. vel vt in Dominica precedenti.

Cõmu. Iuſt⁹ dñs, ⁊ iuſtitiã dilexit: equitatem vidit vultus eius. Poſtcommu. Sumptis

SUmptis domine ſacramētis,
ad redemptionis ęternę quę
ſumus, pꝛoficiamus augmentum.
Per dominum noſtrum Jeſum.
Alię poſtcommuniones. Munde t. 29.
Super populum. Oꝛemus.
Humiliate capita veſtra Deo.

DEus innocentię reſtitutoꝛ ⁊
amatoꝛ: dirige ad te tuoꝛum
coꝛda ſeruoꝛum: vt ſpiritus tui fer-
uoꝛe concepto, ⁊ in fide inuenian-
tur ſtabiles, ⁊ in opere efficaces.
Per dominū. in vnitate eiuſdem.

16 dies xl. FERIA QVINTA.

Statio ad ſanctam Mariam trāſ
Tyberim. Introitus.

Ps. 69 DEus in adiutoꝛiū meū
intende, domine ad
adiuuandum me feſti
na: confundantur, ⁊
reuereātur omnes ini
mici mei, qui quęrūt
animam meam. Ps.
Auertantur retroꝛſum, ⁊ erubeſcāt, qui vo-
lunt mihi mala. ℣. Gloꝛia. Oꝛemus.

PReſta nobis, quęſumus do-
mine auxilium gratię tuę: vt
ieiunijs ⁊ oꝛationibus conuenien-
ter intenti, liberemur ab hoſtibuſ
mentis ⁊ coꝛpoꝛis. Per dominū.
Alię orationes. Hi cunctis nos. 28.

Lectio Jeremię pꝛophete.

Ca. 17. HÆc dicit dominuſ Deꝰ. Male
dictus homo qui confidit in
homine, ⁊ ponit carnem bꝛachiū
ſuum: ⁊ a domino recedit coꝛ eiuſ.
Erit enim quaſi myrice in deſer-
to: ⁊ non videbit cum venerit bo-
num: ſed habitabit in ſiccitate in
deſerto, in terra ſalſuginis, ⁊ inha
bitabili. Benedictus vir qui con-
fidit in dño, ⁊ erit dominꝰ fiducia
eius. Et erit quaſi lignum quod
trāſplantat̃ ſuper aquas: quod ad
humoꝛē mittit radices ſuas: ⁊ non
timebit cum venerit ęſtus. Et erit
folium eius viride: ⁊ in tēpoꝛe ſic-
citatis non erit ſolicitum: nec ali-
quando deſinet facere fructū. Pꝛa
uum eſt coꝛ hominis ⁊ inſcrutabi
le: quis cognoſcet illud? Ego dñſ
ſcrutāſ coꝛda, ⁊ pꝛobāſ renes: qui
do vnicuiq; iuxta viam ſuam, ⁊ iu-
xta fructum adinuentionum ſua-
rum. Dicit dominus omnipotenſ.

Graduale. Pꝛopitius eſto peccatis Ps. 78
noſtris domine, nequando dicant gentes,
vbi eſt Deus eoꝛū? ℣. Adiuua nos Deꝰ
ſalutaris noſter, ⁊ pꝛopter honoꝛem no-
minis tui domine libera nos.

Sequētia ſancti euāg. ſm Lucam.

IN illo tempoꝛe: Dixit Jeſus cap. 16.
diſcipulis ſuis. Homo qui-
dā erat diues, ⁊ induebatur pur-
pura ⁊ byſſo: ⁊ epulabatur quoti-
die ſplendide. Et erat quidam mē-
dicus nomine Lazarus, qui iace-
bat ad ianuam eius, vlceribꝰ ple-
nus: cupiēs ſaturari de micis quę
cadebant de menſa diuitis, ⁊ ne-
mo illi dabat. Sed ⁊ canes venie-
bant, ⁊ lingebant vlcera eius. Fa-
ctum eſt autem, vt moꝛeretur men
dicuſ: ⁊ poꝛtaretur ab angeliſ in ſi
num Abꝛahę. Moꝛtuuſ eſt autē ⁊
diues: ⁊ ſepultꝰ eſt in inferno. Ele-
uāſ autē oculoſ ſuoſ, cū eſſet in toꝛ
mentis, vidit Abꝛahā a lōge: ⁊ La
zarum in ſinu eius. Et ipſe clamāſ
dixit. Pater Abꝛahā, miſerere mei
⁊ mitte Lazarū vt intingat extre-
mum digiti ſui in aquā: vt refrige

ret linguam meaȝ, quia crucior in
hac flamma. Et dixit illi Abrahaȝ.
Fili, recordare, qa recepiſti bona
in vita tua, ꝛ Lazarus ſimiliter ma
la: nunc autē hic conſolatur, tu ve-
ro cruciaris. Et in his omnibꝰ, in-
ter nos ꝛ vos chaos magnū firma
tū eſt: vt hi, qui volūt hinc tranſire
ad vos, non poſſint: neqȝ inde huc
tráſmeare. Et ait: Rogo ergo te pa
ter, vt mittas eū in domum patris
mei. Habeo enim quinqȝ fratres:
vt teſtetur illis, ne ꝛ ipſi veniát in hūc
locū tormentoruȝ. Et ait illi Abra
ham. Habét Moyſen, ꝛ prophe-
tas: audiát illos. At ille dixit. Non,
pater Abraham: ſed ſiquis ex mor
tuis ierit ad eos, pęnitentiá agét.
Ait autem illi. Si Moyſen ꝛ pro-
phetas non audiūt: neqȝ, ſiquis ex
mortuis reſurrexerit, credent.

Exo. 53 **Offertorium.** Precatus eſt Moyſes
in cōſpectu dñi Dei ſui, ꝛ dixit: Quare dñe
iraſceris populo tuo? parce irę animę tuę:
memento Abrahā, Iſaac, ꝛ Iacob, quibus
iuraſti dare terrā fluenteȝ lac, ꝛ mel: ꝛ placa
tus eſt dominus de malignitate, quam di-
xit facere populo ſuo. **Secreta.**

PReſenti ſacrificio n domini tuo
nos dñe ieiunia dicata ſancti
ficent: vt, quod obſeruantia no-
ſtra profitetur exterius, interius
operetur effectu. Per dominum.
**Alię ſecretę.** Exaudi nos Deus. 29.

Ioh. 6. **Communio.** Qui manducat meā car
nem, ꝛ bibit meū ſanguinem: in me manet,
ꝛ ego in eo, dicit dominus. **Poſtcom.**

GRatia tua nos, quęſumus do
mine, non derelinquat: quę
ꝛ ſacrę nos deditos faciat ſeruitu-
ti: ꝛ tuam nobis opem ſemper ac-
quirat. Per dominum noſtrum.
**Alię [illegible].** [illegible]undet. 29.
**Super populum.** Oremus.
Humiliate capita veſtra Deo.

ADeſto domine famulis tuis,
ꝛ perpetuam benignitatem
largire poſcentibus: vt his, qui te
anctore, ꝛ gubernatore gloriátur,
ꝛ congregata reſtaures: ꝛ reſtau-
rata conſerues. Per dominum n.

FERIA SEXTA. 17. dies xl.

**Statio ad S. Uitalem. Introitus.**



EGo autē cū iu- Ps. 16
ſtitia apparebo
in cōſpectu tuo: ſatia-
bor dū manifeſtabitur
gloria tua. **Ps.** Exau
di dñe iuſtitiā meā, in
tēde depcationē meā.
**V.** Gloria. Oremꝰ.

DA quęſumus ops Deus: vt ſa
cro nos purificante ieiunio:
ſincéris mentibus ad ſancta ventu-
ra facias peruenire. Per dominū.
**Alię orationes.** A cunctis nos. 28.

**Lectio libri Geneſis.**

IN diebus illis: Dixit Ioſeph cap. 37.
fratribꝰ ſuis. Audite ſomniū
meū, quod vidi. Putabam nos li-
gare manipulos in agro; ꝛ quaſi
conſurgere manipulum meum, et
ſtare: veſtrosqȝ manipulos circū-
ſtantes adorare manipulū meuȝ.
Reſponderunt fratres eius. Nun
quid rex noſter eris? aut ſubijcie-
mur ditioni tuę? Hęc ergo cauſa
ſomniorū atqȝ ſermonū, inuidię, ꝛ
odij fomitē miniſtrauit. Aliud quo
que ſomniū vidit, qđ narrás fratri
bus, ait. Uidi p ſomniū quaſi Solē
ꝛ Lunā, ꝛ ſtellas vndecim adorare
me

me. Quod cum patri ſuo, ꝛ fratribus retuliſſet, increpauit eum pater, ꝛ dixit. Quid ſibi vult hoc ſomnium, qđ vidiſti? Nunquid ego, ꝛ mater tua, ꝛ fratres tui adorabimꝰ te ſuper terram? Inuidebant igiť ei fratres ſui: pater vero rem tacitꝰ conſiderabat. Cumq; fratres illiꝰ in paſcendis gregibus patris morarenť in Sichẽ, dixit ad eũ Iſrael. Fratres tui paſcunt oues in Sichimis: veni, mittã te ad eos. Quo reſpondente, Pręſto ſum: ait. Uade, ꝛ vide, ſi cuncta proſpera ſint erga fratres tuos, ꝛ pecora, ꝛ renuncia mihi, quid agatur. Miſſuſ de valle Hebrõ, venit in Sichẽ. Inuenitq; eũ vir errantẽ in agro: ꝛ interrogauit qđ quęreret. At ille reſpondit. Fratres meos quęro: indica mihi vbi paſcãt greges. Dixit ei vir. Receſſerũt de loco iſto. Audiui autem eos dicentes. Eamus in Dothain. Perrexit ergo Ioſeph poſt fratres ſuos, ꝛ inuẽnit eoſ i Dothain. Qui cũ vidiſſent eum procul: antequam accederet ad eos, cogitauerunt illum occidere. Et mutuo loquebantur. Ecce ſomniator venit, venite, occidamus eũ, ꝛ mittamus in ciſternam veterem: dicemusq;, Fera peſſima deuorauit eũ. Et tunc apparebit, qđ illi pſint ſomnia ſua. Audiens autẽ hęc Ruben, nitebať liberare eum de manibus eorum, ꝛ dicebat. Non interficiamus animam eius, nec effundamus ſanguinem: ſed proijcite eum in ciſternam hãc, quę eſt in ſolitudine: manuſq; veſtras ſeruate innoxias. Hoc aũt dicebat, volẽs eripere eum de manibus eorum, ꝛ reddere patri ſuo.

Gradualẽ. Ad dñm cum tribularer clamaui, ꝛ exaudiuit me. ℣. Dñe, libera animã meam ã labijs iniquis, ꝛ ã lingua doloſa.

Tractus. Domine, non ſecundu; peccata noſtra, quę fecimus nos: neq; ſecũdũ iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatũ noſtrarũ antiquarũ: cito anticipẽt nos miſericordię tuę, qa pauperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos Deꝰ ſalutaris noſter: ꝛ pter gloriã nois tui dñe libera nos: ꝛ ppitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuũ. ps.102. ps.78.

Sequẽtia ſcti euãg. ſm Mattheũ.

In illo tempore: Dixit Ieſus turbis Iudęorum parabolã hanc. Homo quidam erat paterfamilias, qui plantauit vineam, ꝛ ſepem circũndedit ei, ꝛ fodit in ea torcular, ꝛ ędificauit turrim, ꝛ locauit eam agricolis: ꝛ peregre pfectus eſt. Cũ autẽ tẽpus fructuu; appropinquaſſet: miſit ſeruoſ ſuoſ ad agricolas, vt acciperẽt fructus eius. Et agricolę, apprehenſis ſeruis eius, aliũ cęciderũt, aliũ occiderunt, aliu; vero lapidauerũt. Iteru; miſit alios ſeruos plures prioribus: ꝛ fecerunt illiſ ſimiliter. Nouiſſime autẽ miſit ad eos filiũ ſuũ, dicẽs. Uerebunť forte filiũ meum. Agricolę autẽ vidẽtes filium, dixerunt intra ſe. Hic eſt heres: venite, occidamus eum, ꝛ habebimus hereditatẽ eius. Et apprehenſum eũ eiecerunt extra vineam, ꝛ occiderunt. Cũ ergo venerit dñs vineę, quid faciet agricolis illis? Aiunt illi. Malos male perdet, ꝛ vineã ſuã locabit alijs agricolis, qui reddãt ei fructum tẽporibus ſuis. Dicit il- ca.21.

lis Jeſus. Nunquaꝫ legiſtis in ſcri
ps.21 pturis, Lapidem quem reproba
uerunt ędificantes, hic factus eſt
in caput anguli: A domino factuꝫ
eſt iſtud: ⁊ eſt mirabile in oculiſ no
ſtris. Jdeo dico vobis, quia aufe
retur a vobis regnum Dei, ⁊ dabi
tur genti facienti fructus eius. Et
qui ceciderit ſuper lapidem iſtum,
confringetur. Super quē vero ce
ciderit, cōteret eum. Et cum audiſ
ſent principes ſacerdotum ⁊ pha
riſęi parabolas eius: cognouerūt
q̄ de ipſis diceret Et quęrētes eū
tenēre, timuerunt turbas: quoniā
ſicut prophetam eum habebant.

Offertorium.

ps.39 Domine, in auxilium meum reſpice: con
fundantur, ⁊ reuereantur qui quęrunt ani
mam meam, vt auferant eam: domine in
auxilium meum reſpice. Secreta.

Hæc in nobis ſacrificia, Deus,
⁊ actione permaneant, ⁊ ope
ratione firmentur. Per dominuꝫ.
Alię ſecretę. Exaudi nos Deus. 29.

Communio.

ps.11 Tu dñe ſeruabis nos, ⁊ cuſtodies nos a
generatione hac in ęternum. Poſtcom.

Hæc nos, quęſumus domine,
accepto pignore ſalutis ęter
nę, ſic tendere congruenter, vt ad
eam peruenire poſſimus. Per do.
Alię poſtcōmuniones. Mundet. 29.
Super populum. Oremus.
Humiliate capita veſtra Deo.

Da, quęſumus, domine popu
lo tuo ſalutem mentis ⁊ cor
poris: vt bonis operibuſ inhęren
do, tuę ſemper virtutis mereatur
protectione defendi. Per dominū
noſtrum Jeſum Chriſtū filiū tuū.

SABBATHO 18. dies xl.

Statio ad ſanctos Marcellinum
⁊ Petrum. Jntroitus.

Lex dñi irreprehenſi ps.18
bilis, conuertens ani
mas: teſtimonium do
mini fidele, ſapientiā
pręſtans paruulis.
ps. Cęli enarrāt glo
riam Dei, ⁊ opera ma
nuum eius annunciat firmamentum. ℣.
Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpirit. Oremus.

Da, quęſumuſ domine, noſtriſ
effectum ieiunijs ſalutarem:
vt caſtigatio carnis aſſumpta, ad
noſtrarum vegetationeꝫ tranſeat
animarum. Per dominum noſt.
Alię orationes. A cunctis nos q̄s. 28.

Lectio libri Geneſis.

Jn diebus illis: Dixit Rebec cap.27
ca filio ſuo Jacob. Audiui pa
trem tuum loquentem cum Eſau
fratre tuo, ⁊ dicenteꝫ ei. Affer mihi
de venatione tua, ⁊ fac cibos vt cō
medam, ⁊ benedicam tibi corā do
mino antequam moriar. Nūc ergo
fili mi, acquieſce conſilijs meis: ⁊
pergēs ad gregē, affer mihi duos
hędoſ optimoſ, vt faciā ex eiſ eſcaſ
patri tuo, quibus libēter veſcitur:
quas cū intuleris, ⁊ comēderit, be
nedicat tibi priuſq̄ moriatur. Cui
ille reſpōdit. Noſti, q̄ Eſau frater
meꝰ homo piloſus ſit, ⁊ ego lęuis:
Si, attrectauerit me pater meus, ⁊
ſenſerit: timeo ne putet me voluiſ
ſe ſibi illūdere, ⁊ inducat ſuper me
maledictioneꝫ pro benedictione.
Ad quē mater: Jn me ſit, ait, iſta ma
ledictio fili mi: tantum audi vocem
meam, ⁊ pergens, affer quę dixi.
Abijt,

Abiit,⁊ attulit,deditqʒ matri suę. Parauit illa cibos, ſicut nouerat velle patrē illius. Et veſtib⁹ Eſau valde bonis,q̄s apud ſe habebat domi induit eū:pelliculaſqʒ hedorum circundedit manibus,⁊ colli nuda protexit. Deditqʒ pulmentū:⁊ panes quos coxerat,tradidit. Quib⁹ illatis,dixit. Pater mi. At ille reſpōdit. Audio. Quis es tu,fili mi? Dixitqʒ Jacob. Ego ſuʒ Eſau primogenitus tu⁹:feci, ſicut precepiſti mihi. Surge, ſede, ⁊ comede de venatione mea, vt benedicat mihi anima tua. Rurſumqʒ Iſaac ad filium ſuū. Quomodo,inquit,tam cito inuenire potuiſti fili mi? Qui reſpōdit. Volūtas dei fuit, vt cito mihi occurreret quod volebā. Dixitqʒ Iſaac. Accede huc, vt tangaʒ te fili mi:⁊ probem,vtrum tu ſis filius meus Eſau,an non. Acceſſit ille ad patrem: ⁊ palpato eo, dixit Iſaac. Vox qdē,vox Jacob eſt:ſed manus,man⁹ ſunt Eſau. Et nō cognouit eum, quia piloſę manus ſimilitudinem maioris expreſſerāt. Benedicēs ergo illi,ait, Tu es fili⁹ me⁹ Eſau? Reſpōdit. Ego ſuʒ. At ille. Affer,inquit,mihi cibos de venatione tua fili mi: vt benedicat tibi anima mea. Quos cuʒ oblatos comediſſet:obtulit ei etiam vinuʒ. Quo hauſto,dixit ad eum. Accede ad me: ⁊ da mihi oſculum fili mi. Acceſſit,⁊ oſculat⁹ eſt eū. Statimque vt ſenſit veſtimentorum illius fragrantiā,benedicens illi ait. Ecce odor filij mei:ſicut odor agri pleni,cui benedixit dn̄s. Det tibi De⁹ de rore cęli, ⁊ de pinguedine terrę,abundantiam frumenti, vini, ⁊ olei. Et ſeruiant tibi populi,⁊ adorēt te tribus. Eſto dn̄s fratrū tuorum: ⁊ incuruētur ante te filij matris tuę. Qui maledixerit tibi,ſit ille maledictus: ⁊ qui benedixerit tibi benedictionib⁹ repleatur. Vix Iſaac ſermonē ipleuerat: ⁊ egreſſo Jacob foras,venit Eſau, coctoſque de venatione cibos intulit patri,dicēs. Surge pater mi, ⁊ comede de venatione filij tui:vt benedicat mihi aīa tua. Dixitqʒ illi Iſaac. Quis eniʒ es tu? Qui reſpōdit: Ego ſum filius tuus primogenit⁹ Eſau. Expauit Iſaac ſtupore vehementi: ⁊ vltra quā credi poteſt, admirās ait. Quis ergo ille eſt,qui dudū captā venationem attulit mihi,⁊ comedi ex omnibus priuſquā tu venires? benedixiqʒ ei, ⁊ erit benedict⁹. Auditis Eſau ſermonib⁹ patris,irrugijt clamore magno ⁊ cōſternatus ait. Benedic etiaʒ ⁊ mihi pater mi. Qui ait. Venit germanus tuus fraudulenter,⁊ accepit benedictionem tuā. At ille ſubiunxit. Juſte vocatū eſt nomē eius Jacob. Supplātauit eniʒ me en altera vice. Primogenita mea ante tulit,⁊ nūc ſecūdo ſurripuit benedictionē meam. Rurſumqʒ ad patrem. Nunquid non reſeruaſti,ait, ⁊ mihi benedictionē? Reſpondit Iſaac. Dn̄m tuum illum cōſtitui,⁊ oēs fratres eius ſeruituti ill⁹ ſubiugaui. Frumēto,vino, ⁊ oleo ſtabiliui eum: ⁊ tibi poſt hec fili mi, vltra quid faciaʒ? Cui Eſau. Num vnā,inquit, tantum benedictionē habes pater? Mihi quoqʒ obſecro

cro vt bñdicas. Cũq; eiulatu magno fleret, mot⁹ Iſaac dixit ad eũ. In pinguedine terrę, ⁊ in rore cęli, deſuper erit benedictio tua.

ps.91. Graduale. Bonum eſt confiteri domino, ⁊ pſallere nomini tuo altiſſime. ℣. Ad annunciandum mane miſericordiam tuã, ⁊ veritatem tuam per noctem.

Sequẽtia ſancti euãg. ſm Lucam.

ca.15. In illo tempore: Dixit Ieſus Phariſeis parabolam hãc. Homo quidã habuit duos filios: ⁊ dixit adoleſcentior ex illis patri. Pater, da mihi portionẽ ſubſtantię, quę me cõtingit. Et diuiſit illis ſubſtantiã. Et non poſt multos dies, cõgregatis omnib⁹ adoleſcẽtior filius peregre profectus eſt in regionẽ lõginquã: ⁊ ibi diſſipauit ſubſtãtiã ſuã viuendo luxurioſe. Et poſtquã ꝯſummaſſet oĩa, facta eſt fames valida in regione illa: ⁊ ipſe cępit egere. Et abijt, ⁊ adhęſit vni ciuiũ regionis illi⁹. Et miſit illũ in villã ſuã, vt paſceret porcos. Et cupiebat implere ventrẽ ſuum de ſiliquis quas porci manducabant: ⁊ nemo illi dabat. In ſe autẽ reuerſus dixit. Quãti mercenarij in domo patris mei abũdãt panib⁹: ego autẽ hic fame pereo. Surgam, ⁊ ibo ad patrẽ meũ, ⁊ dicã ei. Pater, peccaui in cęlũ ⁊ corã te: iam nõ ſum dignus vocari filius tuus: fac me ſicut vnũ de mercenarijs tuis. Et ſurgẽs venit ad patrẽ ſuũ. Cum autẽ adhuc longe eſſet, vidit illũ pater ipſius: ⁊ miſericordia motus eſt. Et accurrẽs cecidit ſuper collum eius, ⁊ oſculatus eſt eum. Dixitq; ei filius. Pater, peccaui in cęlum, ⁊ corã te: iam non ſum dignus vocari fili⁹ tuus. Dixit autẽ pater ad ſeruos ſuos. Cito pferte ſtolam primã, ⁊ induite illum: ⁊ date annulum in manũ eius, ⁊ calciamenta in pedes eius: ⁊ adducite vitulum ſaginatũ, ⁊ occidite, ⁊ manducemus, ⁊ epulemur: qa hic filius me⁹ mortuus erat, ⁊ reuixit, perierat, ⁊ inuẽtus eſt. Et cęperũt epulari. Erat autẽ fili⁹ eius ſenior in agro. Et cũ veniret, ⁊ appropinquaret domui, audiuit ſymphoniã ⁊ chorũ. Et vocauit vnum de ſeruis: ⁊ interrogauit quę hęc eſſent. Iſq; dixit illi. Frater tuus venit: ⁊ occidit pater tu⁹ vitulũ ſaginatũ, quia ſaluum illũ recepit. Indignat⁹ eſt autẽ, ⁊ nolebat introire. Pater ergo illius egreſſus cępit rogare eũ. At ille reſpõdẽs, dixit patri ſuo. Ecce tot annis ſeruio tibi, ⁊ mandatum tuũ nunquã preteriui: ⁊ nunquam dediſti mihi hędum, vt cum amicis meis epularer. Sed poſtquã filius tu⁹ hic, q deuorauit ſubſtantiam ſuã cũ meretricibus, venit: occidiſti illi vitulum ſaginatum. At ipſe dixit illi. Fili, tu ſemp mecum es: ⁊ omnia mea tua ſunt. Epulari autẽ, ⁊ gaudere oportebat: qa frater tu⁹ hic, mortu⁹ erat, ⁊ reuixit: perierat, ⁊ inuentus eſt.

Offert. Illumina oculos meos, ne vnquã obdormiã in morte: nequãdo dicat inimicus meus, preualui aduerſus eũ. ps.12.

Secr. His ſacrificijs dñe cõcede placatus: vt, qui proprijs oram⁹ abſolui delictis, non grauemur externis. Per dominum noſtrum.

Alię ſecretę. Exaudi nos Deus. 29.

Commu.

Lu.15. **Communio.** O portet te fili gaudere: qa frater tuus mortuus fuerat,⁊ reuixit:perierat,⁊ inuentus eſt. **Poſtcommunio.**

S Acramenti tui domine diuina libatio penetralia noſtri cordis infundat:⁊ ſui nos participes potenter efficiat. Per domi.

Alię poſtcommuniones. Q uere undet.29.

**Super populum.** O remus. Humiliate capita veſtra Deo.


F Amiliam tuaz, quęſumus domine,continua pietate cuſtodi:vt,quę in ſola ſpe gratię cęleſtis innititur,cęleſti etiam protectione muniatur.Per dominum noſtruz.

Dico 19 Xl. 

## DOMINICA TERTIA XL.

**Statio ad ſanctum Laurentium extra muros. Introitus.**

Ps.24.



O Culi mei ſemp ad dñm: quia ipſe euellet de laq̃o pedes meos: reſpice in me, ⁊ miſerere mei, qñ vnicus, ⁊ pauper ſuz ego. Ps. Ad te domine leuam animā meā: Deus meus in te ↄfido, non erubeſcam. ℣. Gloria. O remus.

Q Ueſumus,oþs De⁹, vota humiliū reſpice:atq₃ ad defenſionem noſtram,dexteram tuę maieſtatis extende.Per dominum.

O remus. **Ad poſcenda ſuffragia Sanctorum.**

A Cunctis nos,q̃s dñe,mētis ⁊ corporis defende periculis,⁊ intercedēte beata ⁊ glorioſa ſemperq₃ virgine Dei genitrice Maria, cū beatis aplis tuis Petro, ⁊ Paulo, atq₃ beato N.⁊ omnibus ſanctis: ſalutē nobis tribue benignus ⁊ pacē: vt deſtructis aduerſitatibus ⁊ erroꝛib⁹ vniuerſis,eccleſia tua, ſecura tibi ſuiat libertate. M.R.N.

O mnipotens ſempiterne De⁹,q viuoꝛū dñaris ſimul ⁊ moꝛtuoꝛū, omniūq₃ miſereris, quos tuos fide ⁊ opere futuros eſſe p̃noſcis:te ſupplices exoꝛam⁹: vt,pꝛo quibus effundere p̃ces decreuim⁹, quoſq₃ vel pręſens ſęculū adhuc in carne retinet, vel futurū iā exutos corpoꝛe ſuſcepit:intercedētibus oīb⁹ ſanctis tuis, pietatis tuę clementia, omnium delictoꝛum ſuoꝛum veniam conſequantur.Per dñm.

**Lcō eplę btī Pauli apl̄i ad Ephe.**

F Ratres: Eſtote imitatoꝛes Dei,ſicut filij cariſſimi, ⁊ ambulate in dilectione, ſicut ⁊ Chꝛiſtus dilexit nos:⁊ tradidit ſemetipſum pꝛo nobis oblationem ⁊ hoſtiam Deo, in odoꝛem ſuauitatis. cap.5. Foꝛnicatio autem ⁊ omnis immūditia,aut auaritia, nec nominetur in vobis ſicut decet ſanctos: aut turpitudo,aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas,quę ad rem non pertinet:ſed magis gratiarū actio.Hoc autem ſcitote intelligentes, ꝙ omnis foꝛnicatoꝛ, aut immūdus,aut auarus,qđ eſt idoloꝝ ſeruitus, nō habet hęreditatē in regno Chꝛiſti ⁊ Dei.Nemo vos ſedúcat inanib⁹ verbis.Pꝛopter hęc eniz venit ira Dei in filios diffidentię.Nolite ergo éffici participes eoꝛum.Eratis enim aliquádo tenebꝛę: nūc autez lux in dño: vt filij lucis ambulate. Fructus enim lucis eſt in omni bonitate

nitate, ⁊ iuſtitia, ⁊ veritate.
Grad. Exurge domine, non preualeat homo: iudicentur gentes in cōſpectu tuo. ℣. In cōuertēdo inimicum meum retrorſum infirmabuntur, ⁊ peribunt a facie tua.
ps. 122 Tractus. Ad te leuaui oculos meos q habitas in celis. ℣. Ecce ſicut oculi ſeruorum in manibus dominorum ſuorum. ℣. Et ſicut oculi ancille in manibus domine ſue, ita oculi noſtri ad dominum Deum noſtrum, donec miſereatur noſtri. ℣. Miſerere nobis domine, miſerere nobis.
Sequētia ſcti euāgelij ſm Lucam.
ca. 11. In illo tēpore: Erat Ieſus eijciens demonium: ⁊ illud erat mutum. Et cum eieciſſet demoniū, locutus eſt mut⁹: ⁊ admirate ſunt turbe. Quidam autem ex eis dixerunt. In Beelzebub principe demoniorum eijcit demonia. Et alij tentantes, ſignum de celo querebāt ab eo. Ipſe autē vt vidit cogitationes eorū: dixit. Omne regnū in ſeipſum diuiſum, deſolabitur: ⁊ dom⁹ ſupra domū cadet. Si autem ⁊ ſatanas in ſeipſum diuiſus eſt: quomodo ſtabit regnū ipſi⁹, quia dicitis in Beelzebub eijcere me demonia? Si autē ego in Beelzebub eijcio demonia: filij veſtri i quo eijciūt? Ideo ipſi iudices veſtri erūt. Porro ſi i digito Dei eijcio demonia: pfecto peruenit in vos regnū Dei. Cum fortis armatus cuſtodit atriū ſuum: in pace ſunt omnia que poſſidet. Si autē fortior illo ſupueniēs vicerit eū: vniuerſa arma eius auferet, in quibus cōfidebat: ⁊ ſpolia eius diſtribuet. Qui non eſt mecum, aduerſum me eſt: ⁊ qui non colligit mecum, diſpergit. Cum immūd⁹ ſpirit⁹ exierit ab homine: pambulat p loca iaquoſa, querēs requiē: ⁊ nō iueniēs dicit. Reuertar in domū meā, vnde exiui. Et cū venerit, inuenit eā ſcopis mūdatā ⁊ ornatā. Et tūc vadit, ⁊ aſſumit ſecū ſeptē alios ſpiritus nequiores ſe: ⁊ ingreſſi habitāt ibi. Et fiūt nouiſſima hominis illi⁹ peiora priori bus. Factū eſt autē cū hec diceret, extollēs vocē quedā mulier de turba dixit illi. Beat⁹ vēter q te portauit: ⁊ vbera q̄ ſuxiſti. At ille dixit. Quinimo, beati q audiūt verbū Dei, ⁊ cuſtodiunt illud. Credo.
Offert. Iuſtitie dn̄i recte, letificantes corda: ⁊ iudicia eius dulciora ſuper mel ⁊ fauū: nam ⁊ ſeruus tuus cuſtodit ea. ps. 18. Sec.
Hec hoſtia, q̄s dn̄e, emundet noſtra delicta: ⁊ ad ſacrificiū celebrandum, ſubditorum tibi corpora, menteſq; ſantificet. Per do.
Oremus. Alie ſecrete.
Exaudi nos De⁹ ſalutaris noſter: vt p huius ſacramēti virtutē, a cūctis nos mentis ⁊ corporis hoſtib⁹ tuearis, gratiā tribuēs in preſenti, ⁊ gloriam in futuro.
Deus cui ſoli cognitus eſt numerus electorum in ſuperna felicitate locandus: tribue queſumus: vt, intercedētibus omnib⁹ ſanctis tuis, vniuerſorum, quos in oratione cōmendatos ſuſcepimus, ⁊ nomina omnium fidelium beate predeſtinationis liber aſcripta retineat. p.
Cōmunio. Paſſer inuenit ſibi domū: ⁊ turtur nidum, vbi reponat pullos ſuos: altaria tua dn̄e virtutū, rex me⁹ ⁊ Deus meus: beati qui habitāt in domo tua, in ſeculū ſeculi laudabunt te. ps 83. Poſtcommunio.
A cun-

A Cunctis nos, q̄s domine, reatibus ⁊ periculis propitiatus abſolue: quos tāti myſterij tribuis eſſe participes. Per dominu3 no.

Oremus. Alię poſtcōmuniones.

MUndet, ⁊ muniat nos queſumus domine, diuini ſacramēti munus oblatum: ⁊ intercedēte beata virgine Dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atq3 beato N. ⁊ omnibus ſanctis: a cunctis nos reddat, ⁊ peruerſitatibus expiatos, ⁊ aduerſitatibus expeditos.

Purificent nos, queſumus omnipotens ⁊ miſericors Deus, ſacramenta que ſumpſimus: ⁊ intercedētibus omnibus ſanctis tuis, preſta: vt hoc tuum ſacramentū nō ſit nobis reatus ad penā, ſed interceſſio ſalutaris ad venia3: ſit ablutio ſcelerū, ſit fortitudo fragiliū: ſit cōtra omnia mūdi pericula firmamētū: ſit viuorū atq3 mortuorū fideliū remiſſio omniū delictorū. Per.

dieb'. 20. xi. FERIA SECVNDA.

Statio ad S. Marcum. Introit'.

ps. 55. IN deo laudabo verbum: in domino laudabo ſermonē: i Deo ſperabo: non timebo, quid faciat mihi homō. Ps. Miſerere mei Deus, quoniam conculcauit me homo, tota die bellans tribulauit me. ℣. Gloria patri. Oremus.

COrdibus noſtris, queſumus domine, gratiam tuam benignus infunde: vt, ſicut ab eſcis carnalibus abſtinem', ita ſenſus quoque noſtros, a noxijs retrahamus exceſſibus. Per dominum noſtrū.

Alię orationes. A cunctis nos. 28.

Lectio libri Regum.

IN diebus illis: Naamā princeps militię regis Syrię, erat vir magnus apud dominum ſuu3, ⁊ honoratus. Per illum enim dedit dñs ſalutem Syrię. Erat aute3 vir fortis, ⁊ diues: ſed leproſus. 4. ca. 5. Porro de Syria egreſſi fuerant latrūculi: ⁊ captiuā duxerant de terra Iſrael puellā paruulā, que erat in obſequio vxoris Naaman: que ait ad domina3 ſuam. Utinā fuiſſet dñs meus ad propheta3 qui eſt in Samária: profecto curaſſet cū a lepra quā habet. Ingreſſus eſt itaq3 Naaman ad dñm ſuum: ⁊ nunciauit ei, dicens. Sic ⁊ ſic locuta eſt puella de terra Iſrael. Dixitq3 ei rex Syrię. Uade, ⁊ mittam literas ad regē Iſrael. Qui cū profectus eſſet, ⁊ tuliſſet ſecu3 decem talenta argenti, ⁊ ſex millia aureos, ⁊ decem mutatoria veſtimentorum: detulit literas ad regē Iſrael, in hec verba. Cū acceperis epiſtolā hāc, ſcito, q miſerim ad te Naaman ſeruum meu3, vt cures eū a lepra ſua. Cumq3 legiſſet rex Iſrael literas: ſcidit veſtimēta ſua, ⁊ ait. Nunqd Deus ſum ego, vt occidere poſſim, ⁊ viuificare? quia iſte miſit ad me, vt curem hominē a lepra ſua. Animaduértite, ⁊ videte q occaſiones querat aduerſum me. Quod cum audiſſet Eliſeus vir Dei: ſcidiſſe videlicet regē Iſrael veſtimēta ſua: miſit ad eum, dicens. Cur ſcidiſti veſtimenta tua? Ueniat ad me: ⁊ ſciat pphetā eſſe in Iſrael. Uenit

ergo Naaman cum equis ⁊ curribus, ⁊ ſtetit ad oſtiū domus Eliſei. Miſitq; ad eum Eliſeus nunciuʒ, dicens. Uade, ⁊ lauare ſepties in Jordane: ⁊ recipiet ſanitateʒ caro tua, atq; mūdaberis. Jratus Naaman, recedebat dicēs, Putabā, q egrederetur ad me: ⁊ ſtans inuocaret nomen dñi Dei ſui: ⁊ tangeret manu ſua locū lepræ, ⁊ curaret me. Nunquid non meliores ſunt Abana, ⁊ Pharphar fluuij Damaſci, omnibus aquis Jſrael, vt lauer in eis, ⁊ mūder? Cū ergo vertiſſet ſe, ⁊ abiret indignans: acceſſerūt ad eū ſerui ſui, ⁊ locuti ſunt ei. Pater, ⁊ ſi rem grādē dixiſſet tibi propheta, certe facere debúeras, quāto magis, quia nunc dixit tibi: lauare, ⁊ mundáberis? Deſcendit: ⁊ lauit in Jordane ſepties, iuxta ſermonem viri Dei: ⁊ reſtituta eſt caro eius, ſicut caro púeri paruuli: ⁊ mundatus eſt. Reuerſuſq; ad virum Dei cum vniuerſo comitatu ſuo: venit ⁊ ſtetit coram eo, ⁊ ait: Uere ſcio, quod nō ſit alius Deus in vniuerſa terra, niſi tantū in Jſrael. Grad.

Deus vitam meam annunciaui tibi, poſuiſti lacrymas meas in conſpectu tuo. ℣. Miſerere mei dñe, quoniam cōculcauit me homo: tota die bellans tribulauit me.

ps.55. Tractus. Domine, non ſecunduʒ peccata noſtra, quę fecimus nos: neq; ſecūdū iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣.
ps.102 Domine ne memineris iniquitatū noſtrarū antiquarū: cito anticipēt nos miſericordię tuę, qa pauperes facti ſumus nimis. ℣.
ps.78. Adiuua nos De⁹ ſalutaris noſter: ⁊ ꝓpter gloriā noīs tui dñe libera nos: ⁊ ꝓpitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuū.

Sequētia ſancti euāge. ſm Lucā.

In illo tempore: Dixerūt phariſęi ad Jeſum. Quanta audiuimus facta in Capharnaum? fac ⁊ hic in patria tua. Ait auteʒ. Amē dico vobis, quia nemo propheta acceptus eſt in patria ſua. Jn veritate dico vobis: multę viduę erant in diebus Elię in Jſrael, quando clauſum eſt cęlum annis tribus, ⁊ mēſibus ſex: cum facta eſſet fames magna in omni terra: ⁊ ad nullam illarum miſſus eſt Elias, niſi in Sarephtā Sidonię, ad mulierē viduā. Et multi leproſi erāt in Jſrael ſub Eliſęo propheta: ⁊ nemo eorū mūdatus eſt, niſi Naamā Syrus. Et repleti ſunt oēs in ſynagoga ira, hęc audiētes. Et ſurrexerūt, ⁊ eiecerūt eū extra ciuitatē: ⁊ duxerūt illum vſq; ad ſuperciliū montis, ſuper quē ciuitas eorum erat ędificata, vt pręcipitarent eū. Jpſe autem trāſiens per medium illorum, ibat. ca.4 4.Re. cap.5.

Offerto. Exaudi Deus orationē meā, ⁊ ne deſpexeris deprecationem meam: intēde in me, ⁊ exaudi me. ps.54.

Secreta.

Munus, qd̕ tibi dñe noſtrę ſeruitutis offérimus, tu ſalutare nobis pfice ſacramētū. Per do.

Alię ſecretę. Exaudi nos Deus. 29.

Cōmu. Quis dabit ex Sion ſalutare Jſrael? cum auerterit dñs captiuitatē plebis ſuę, exultabit Jacob, ⁊ lętabit̕ Jſrl̕. ps.13 Poſtc.

Preſta, qs, omps, ⁊ miſericors Deus: vt, quod ore ↄtingim⁹, pura mente capiamus. Per dñm.

Alię poſtcommuniones. Mundet. 29.

Super populum. Oremus. Humiliate capita veſtra Deo.

Subueniat nobis dñe miſericordia

cordia tua: vt, ab imminentibus peccatorum noſtrorum periculis, te mereamur protegente eripi, te liberante ſaluari. Per dominum.

21.dieō xl. FERIA TERTIA

Statio ad S. Pudentianã. Intr.

ps.16 Ego clamaui, quoniã exaudiſti me Deus: inclina aures tuã, & exaudi verba mea: cuſtodi me domine vt pupillam oculi: ſub vmbra alarum tuarum protege me. Ps. Exaudi domine iuſtitiam meã: intende deprecationem meam. ℣. Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſan. Oremus.

Exaudi nos oĩps & miſericors Deus, & cõtinentię ſalutaris ꝓpitius nobis dona ꝓcede. Per.

Aliȩ orationes. A cunctis nos. 28.

4.Re.4 Lectio libri Regum.

In diebus illis: Mulier quędam clamabat ad Eliſeũ ꝓphetam, dicens. Seruus tuus vir meus mortuus eſt: & tu noſti, quia ſeruus tuus fuit timens Deum. Et ecce creditor venit: vt tollat duos filios meos ad ſeruiẽdum ſibi. Cui dixit Eliſeus. Quid vis vt faciam tibi? Dic mihi: quid habes in domo tua? At illa reſpondit. Non habeo ancilla tua quicquã in domo mea, niſi paruũ olei, quo vngar. Cui ait. Vade, pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vaſa vacua nõ pauca. Et ingredere, & claude oſtium tuum, cũ intrinſecus fueris tu, & filij tui: & mitte inde in omnia vaſa hęc: & cũ plena fuerint, tolles. Fuit itaque mulier, & clauſit oſtium ſuper ſe & ſuper filios ſuos: illi offerebant vaſa, & illa infundebat. Cumq; plena fuiſſent vaſa, dixit ad filium ſuum. Affer mihi adhuc vas. Et ille reſpõdit. Non habeo. Stetitq; oleũ. Venit autem illa, & indicauit homini Dei. Et ille. Vade, inquit, vende oleum & redde creditori tuo: tu autem & filij tui viuite de reliquo.

Graduale. Ab occultis meis mũda me domine: & ab alienis parce ſeruo tuo. ℣. Si mei nõ fuerint dominati, tũc immaculatus ero: & emundabor a delicto maximo. ps.18

Sequẽtia ſcti euãg. ſm Matthęũ.

In illo tẽpore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Si peccauerit in te frater tuus: vade, & corripe eum inter te, & ipſum ſolum. Si te audierit: lucratus eris fratrem tuum. Si autẽ te non audierit: adhibe tecũ adhuc vnũ vel duos, vt in ore duorũ vel trium teſtium ſtet omne verbũ. Quod ſi nõ audierit eos, dic eccleſię. Si autẽ eccleſiã nõ audierit: ſit tibi ſicut ethnicus & publican⁹. Amen dico vobis: quęcũq; alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cęlo: & quęcunq; ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cęlo. Iterum dico vobis: quia ſi duo ex vobis conſenſerint ſuper terram: de omni re, quamcunq; petierint, fiet illis a patre meo, q in cęlis eſt. Vbi enim ſunt duo vel tres congregati in nomine meo: ibi ſum in medio eorum. Tunc accedens ad eum Petrus dixit. Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? Vſque ſepties? Dixit illi Ieſus. Nõ dico tibi vſq; ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties. cap.18.

Offerto. Dextera domini fecit virtutẽ, ps.117

dextera domini exaltauit me: dextera domini fecit virtutem: non moriar, ſed viuam, ⁊ narrabo opera domini. Secreta.

PEr hęc veniat, quęſum⁹ dñe, ſacraměta, noſtrę redemptionis effect⁹: qui nos ⁊ ab humanis retrahat ſemper exceſſibus: ⁊ ad ſalutaria dona perducat. Per do.

Alię ſecretę. Exaudi nos Deus. 29.

ps.14 Communio. Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? qui ingreditur ſine macula, ⁊ operatur iuſtitiam. Poſtcõmu.

SAcris dñe, myſterijs expiati: ⁊ veniam, quęſumus, conſequamur, ⁊ gratiam. Per dominũ noſtrum Jeſum Chriſtum filium.

Alię poſtcommuniones. Mundet. 29.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita veſtra Deo.

TUa nos domine protectione defende, ⁊ ab omni ſemper iniquitate cuſtodi. Per dominum.

22. dies xl. FERIA QVARTA

Statio ad ſanctũ Sixtuz. Introit.

ps.70 EGo autem in domino ſperabo: exultabo ⁊ lętabor in tua miſericordia: quia reſpexiſti humilitatem meaz.

ps.30 ps. In te domine ſperaui, non confundar in ęternum: in iuſtitia tua libera me, ⁊ eripe me. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto. Oremus.

PRęſta nobis quęſum⁹ domine, vt ſalutarib⁹ ieiunijs eruditi: a noxijs quoque vitijs abſtinentes, propitiationem tuam facilius impetremus. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filiuz tuũ.

Alię orationes. A cunctis nos. 28.

Lectio libri Exodi.

HÆc dicit dñs Deus: Honora patrem tuum ⁊ matrem tuã: vt ſis lõgęuus ſuper terram, quaz dominus Deus tuus dabit tibi. Non occides. Non męchaberis. Non furtum facies. Non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium. Non concupiſces domum proximi tui, nec deſiderabis vxorem eius, non ſeruum, non ancillam, non bouem, non aſinũ: nec omnia quę illius ſunt. Cũct⁹ autez populus videbat voces, ⁊ lampades, ⁊ ſonitum buccinę, montemq́ꝫ fumigantem: ⁊ perterriti ac pauore concuſſi, ſteterunt procul dicentes Moyſi. Loquere tu nobis, ⁊ audiem⁹. Nõ loquať nobis dñs: ne forte moriamur. Et ait Moyſes ad populum. Nolite timere. Ut enim probaret vos venit Deus, ⁊ vt terror illius eſſet in vobis, ⁊ non peccaretis. Stetitq́ꝫ populus de longe. Moyſes autẽ acceſſit ad caligině, i qua erat De⁹. Dixitq́ꝫ pterea dñs ad Moyſen. Hęc dices filijs Iſrael. Uos vidiſtis, ꝙ de cęlo locut⁹ ſuz vobis. Nõ facietis deos argenteos: nec deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis mihi: ⁊ offeretis ſuper illud holocauſta, ⁊ pacifica veſtra, oues veſtras, ⁊ boues in omni loco, in quo memoria fuerit nominis mei.

Graduale. Miſerere mei domine, quoniam infirmus ſum: ſana me domine. ps.6 ℣. Conturbata ſunt omnia oſſa mea: ⁊ anima mea turbata eſt valde. Tractus.

ps.102 Domine, non ſecundum peccata noſtra, quę

quę fecimus nos: neqꝫ ſecundum iniquita-
tes noſtras retribuas nobis. ℣. Domine,
Ps.78. ne memineris iniquitatum noſtrarum anti
quarum: cito anticipent nos miſericordię
tuę, quia pauperes facti ſumus nimis. ℣.
Adiuua nos Deus ſalutaris noſter: ⁊, ꝑpter
gloriã noĩs tui dñe libera nos, ⁊ propitius
eſto peccatis noſtris propter nomẽ tuum.
Sequētia ſcti euãge. ſm Mattheũ.
ca.15 IN illo tempore: Acceſſerunt
ad Jeſum ab Jeroſolymis
ſcribę, ⁊ Phariſęi, dicentes. Qua-
re diſcipuli tui tranſgrediũtur tra
ditiones ſeniorum? Non enim la-
uant manus ſuas cuꝫ panẽ mãdu-
cant. Jpſe autẽ reſpõdẽs, ait illis.
Quare, ⁊ vos tranſgredimini mã-
datuꝫ Dei propter traditionẽ ve-
Exo. 20. ſtrã? Nam Deuſ dixit. Honora pa
trem ⁊ matrẽ: ⁊ q maledixerit pa-
Leuit. 20 tri vel matri, morte moriatur. Uoſ
autẽ dicitis. Quicunqꝫ dixerit pa
tri, vel matri: Munꝰ quodcũqꝫ eſt
ex me, tibi proderit: ⁊ non honori-
ficabit patrẽ ſuũ, aut matrem ſuã:
⁊ irritũ feciſtis mandatũ Dei pro-
pter traditionẽ veſtrã. Hypocritę,
bene ꝓphetauit de vobis Jſaias
ca.29 dicẽs: Populuſ hic, labijs me ho-
norat: cor autẽ corũ lõge eſt a me.
Sine cauſa autẽ colũt me: docẽteſ
doctrinas, ⁊ mandata hominum.
Et cõuocatiſ ad ſe turbiſ, dixit eiſ.
Audite, ⁊ intelligite. Nõ quod in-
trat in os coinquinat hominẽ: ſed
quod procedit ex ore, hoc coinqui
nat hominem. Tũc accedentes di-
ſcipuli eius, dixerunt ei. Scis: quia
Phariſęi, audito hoc verbo, ſcãda-
lizati ſunt? At ille reſpondens ait.
Omnis plantatio, quam non plã
tauit pater meꝰ cęleſtis, eradicabi
tur. Sinite illos. Cęci ſunt, ⁊ duceſ
cęcorũ. Cęcus autẽ ſi cęco ducatuꝫ
prętet, ambo in foueam cadunt.
Reſpondẽs autẽ Petrus dixit ei.
Ediſſere nobiſ parabolam iſtam.
At ille dixit. Adhuc ⁊ vos ſine in-
tellectu eſtis? Non intelligitis, qa
omne quod in os intrat, in ventrẽ
vadit, ⁊ in ſeceſſuꝫ emittitur? Quę
autem procedunt de ore, de corde
exeunt: ⁊ ea coinquinant hominẽ.
De corde enim exeunt cogitatio-
nes malę, homicidia, adulteria, for
nicationes, furta, falſa teſtimonia,
balſphemię. Hęc ſunt q̃ coinqui-
nant hominem. Non lotis autem
manibus manducare, non coin-
quinat hominem. Offertorium.
Domine, fac mecum ſecundum miſeri- Ps.118
cordiam tuam, propter nomen tuum: quia
ſuauis eſt miſericordia tua. Secreta.
SUſcipe, quęſumus dñe, pre-
ceſ populi tui cũ oblationibꝰ
hoſtiarũ: ⁊ tua myſteria celebran-
tes, ab omnibus nos defende pe-
riculis. Per dominum noſtrum.
Alię ſecretę. Exaudi nos Deus. 29.
Cõm. Notaſ mihi feciſti vias vitę, adim Ps.15
plebiſ me lętitia, cũ vultu tuo dñe. Poſtc.
SAnctificet nos domine, qua
paſti ſumus, menſa cęleſtis: ⁊
a cunctis erroribus expiatos, ſu-
pernis promiſſionibus reddat ac
ceptos. Per dominum noſtrum.
Alię poſtcommuniones. Mundet. 29.
Super populum. Oremus.
Humiliate capita veſtra Deo.
COncede, quęſumus, omnipo
tẽs Deus: vt, q protectionis
tuę gratiã quęrimꝰ, liberati a ma-
lis

lis omnibus, ſecura tibi mente ſeruiamus. Per dominum noſtrum.

FERIA QVINTA.

33. dica xl. Statio ad ſanctos Coſmā, ⁊ Damianum. Introitus.

ps. 95. 

SAlus populi ego ſum, dicit dñs: de quacūq; tribulatione clamauerint ad me exaudiā eos: ⁊ ero illorū dñs in perpetuum. ps. Attēdite popule me⁹ legē meā: inclinate aurem veſtrā in verba oris mei. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſan. Oremus.

MAgnificet te dñe ſanctorum tuorum Coſmę, ⁊ Damiani beata ſolennitas: qua ⁊ illis gloriam ſempiternam: ⁊ opem nobis ineffabili ꝓuidētia cōtuliſti. Per. Alię orationes. A cunctis nos. 28.

Lectio Jeremię prophetę.

ca. 7. IN diebus illis. Factū eſt verbum dñi ad me dicēs. Sta in porta dom⁹ domini: ⁊ prędica ibi verbum iſtud, ⁊ dic. Audite verbū dñi omnis Juda, qui ingredimini per portas has, vt adoretis dñm. Hęc dicit dñs exercituū, Deus Iſrael. Bonas facite vias veſtras ⁊ ſtudia veſtra: ⁊ habitabo vobiſcū in loco iſto. Nolite cōfidere in verbis mēdacij, dicētes: Tēplū dñi, tēplū dñi, tēplū dñi eſt. Quoniā ſi bene direxeritis vias veſtras, ⁊ ſtudia veſtra: ſi feceritis iudiciū inter virū ⁊ proximū ei⁹: aduenę ⁊ pupillo ⁊ viduę nō feceritis calumniā, nec ſanguinem innocentem effuderitis in loco iſto: ⁊ poſt deos alienos non ambulaueritis in malū vobiſmetipſis, habitabo vobiſcum in loco iſto, in terra quam dedi patribus veſtris, a ſeculo vſque in ſeculum. Ait dominus omnipotens.

Graduale. Oculi omnium in te ſperant domine: ⁊ tu das illis eſcam in tempore opportuno. ℣. Aperis tu manum tuā, ⁊ imples omne animal benedictione. ps. 144

Sequētia ſancti euāge. ſm Lucā.

IN illo tēpore: Surgēs Jeſus de ſynagoga introiuit in domum Simonis. Socrus autē Simonis tenebatur magnis febribus. Et rogauerunt illum pro ea. Et ſtans ſuper illam, imperauit febri: ⁊ dimiſit illam. Et cōtinuo ſurgēs miniſtrabat illis. Cum ſol autem occidiſſet: omnes, qui habebāt infirmos varijs languoribus, ducebant illos ad Jeſum. At ille ſingulis manus imponēs, curabat eos. Exibāt autē dęmonia a multis, clamantia, ⁊ dicētia: quia tu es filius dei. Et increpās nō ſinebat ea loq, quia ſciebāt ipſū eſſe Chriſtū. Facta autē die, egreſſus ibat in deſertū locū: ⁊ turbę requirebāt eum, ⁊ venerunt vſq; ad ipſum, ⁊ detinebant illū ne diſcederet ab eis. Quibus ille ait. Quia ⁊ alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnū Dei: quia ideo miſſus ſū. Et erat ꝑdicās in ſynagogis Galilęę. ca. 4.

Offertorium. Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me dñe: ⁊ ſuper irā inimicorū meorū extendes manum tuā: ⁊ ſaluum me fecit dextera tua. Secr. ps. 137

IN tuorū dñe pretioſa morte iuſtorū ſacrificiū illud offerimus: de quo martyriū ſumpſit omne principium. Per dominum no.

Alię

Alię ſecretę. Exaudi nos Deus. 29.
ps. 118 Communio. Tu mãdaſti mãdata tua
cuſtodiri nimis: vtinã dirigant vię meę ad
cuſtodiẽdas iuſtificationes tuas. Poſtc.
Sit nobis dñe ſacramenti tui
certa ſaluatio: quę cũ beato-
rũ martyrũ tuorum Coſmę ꝛ Da-
miani meritis imploratur. Per d.
Alię poſtcommuniones. Infundet. 29.
Super populum. Oremus.
Humiliate capita veſtra Deo.
Subiectũ tibi populũ, q̃s dñe,
ꝓpitiatio cęleſtis amplificet:
ꝛ tuis ſemper faciat ſeruire man-
datis. Per dominum noſtrũ Je.

24. dies xl.

## FERIA SEXTA

Statio ad ſanctum Laurentiũ in
Lucina. Introitus.

ps. 85 Fac mecum domine ſi
gnum in bonum: vt
videant qui me ode-
runt, ꝛ confundãtur:
quoniam tu domine
adiuuiſti me, ꝛ conſo-
latus es me. Ps. In
clina dñe aurẽ tuã ꝛ exaudi me: qm̃ inops
ꝛ pauper ſum ego. ℣. Gloria. Orem⁹.
Ieiunia noſtra, quęſumus do
mine, benigno fauore proſe-
quere: vt ſicut ab alimentis abſti-
nemus in corpore: ita a vitijs ieiu-
nemus in mente. Per dominum.
Alię orationes. A cunctis nos. 28.
Lectio libri Numeri.
cap. 20. In diebus illis: Conuenerũt
filij Iſrael aduerſ⁹ Moyſen
ꝛ Aaron: ꝛ verſi in ſeditionem, di-
xerunt. Date nobis aquam, vt bi-
bamus. Ingreſſique Moyſes, ꝛ
Aaron, dimiſſa multitudine, in ta-
bernaculum fęderis, corruerunt
proni in terram: clamauerũtq; ad
dñm, atq; dixerũt. Dñe De⁹ exau-
di clamorẽ populi huius: ꝛ aperi
eis theſaurũ tuũ fontẽ aquę viuę:
vt ſatiati, ceſſet murmuratio eorũ.
Et apparuit gloria dñi ſuper eos.
Locutusq; eſt dñs ad Moyſen,
dicẽs. Tolle virgã, ꝛ ꝯgrega popu
lum tu ꝛ Aaron frater tuus: ꝛ lo-
quimini ad petrã corã eis: ꝛ illa da
bit aquas. Cumq; eduxeris aquã
de petra, bibet omnis multitudo
ꝛ iumẽta eius. Tulit igiť Moyſes
virgã, quę erat in conſpectu dñi, ſi
cut pręceperat ei, cõgregata mul-
titudine ante petrã: dixitq; eis. Au
dite rebelles, ꝛ increduli. Num de
petra hac vobis aquã poterimus
eijcere? Cũq; eleuaſſet Moyſes
manũ, ꝑcutiens virga bis ſilicem,
egreſſę ſunt aquę largiſſimę, ita vt
popul⁹ biberet, ꝛ iumẽta. Dixitq;
Dñs ad Moyſen ꝛ Aaron. Quia
nõ credidiſtis mihi, vt ſanctificare-
tis me corã filijs Iſrael: nõ introdu
cetis hos populos in terram, quã
dabo eis. Hęc eſt aqua cõtradictio
nis, vbi iurgati ſunt filij Iſrael con
tra dñm, ꝛ ſanctificatus eſt in ei⁹.
Grad. In Deo ſperauit cor meũ, ꝛ adiu ps. 27
tus ſum, ꝛ refloruit caro mea: ꝛ ex volun-
tate mea confitebor illi. ℣. Ad te dñe cla-
maui, De⁹ me⁹ ne ſileas, ne diſcedas a me.
Tractus. Domine, non ſecundũ pec- ps. 102
cata noſtra quę fecimus nos: neq; ſecun-
dum iniquitates noſtras retribuas nobis.
℣. Domine ne memineris iniquitatũ no- ps. 78.
ſtrarum antiquarum: cito anticipent nos
miſericordię tuę, quia pauperes facti ſum⁹
nimis. ℣. Adiuua nos Deus ſalutaris
noſter: ꝛ propter gloriam nominis tui do-
mine

mine libera nos: ⁊ propitius eſto peccatis noſtris, propter nomen tuum.

Sequẽtia ſcti euãg. ſm Johannẽ.

ca. 4 In illo tempore. Uenit Jeſus in ciuitatem Samarię, quę dicitur Sichar: iuxta prędiu, quod dedit Jacob Joſeph filio ſuo. Erat autem ibi fons Jacob. Jeſus ergo fatigatus ex itinere, ſedebat ſic, ſuper fontẽ. Hora erat quaſi ſexta. Uenit mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Jeſus. Da mihi bibere. Diſcipuli autẽ ei⁹ abierãt in ciuitatem, vt cibos ẽmerent. Dixit ergo ei mulier illa Samaritana Quomodo tu, Judęus cũ ſis, bibere a me poſcis, quę ſum mulier Samaritana? Nõ enim coutũtur Judęi Samaritanis. Reſpõdit Jeſus, ⁊ dixit ei. Si ſcires donum Dei, ⁊ quis eſt q dicit tibi, Da mihi bibere: tu forſitã petiſſes ab eo, ⁊ dediſſet tibi aquã viuã. Dicit ei mulier: Dñe, neq in quo haurias habes, ⁊ puteus altus eſt: vnde ergo habes aquã viuã? Nunquid tu maior es patre noſtro Jacob, qui dedit nobis puteũ iſtũ: ⁊ ipſe ex eo bibit, ⁊ filij eius, ⁊ pecora eius? Reſpõdit Jeſus, ⁊ dixit ei. Omnis qui biberit ex aqua hac, ſitiet iterũ. Qui autẽ biberit ex aqua, quã ego dabo ei, nõ ſitiet i ęternũ: Sed aqua, quã ego dabo ei, fiet in eo fons aquę ſalientis in vitam ęternam. Dicit ad eu mulier. Domine, da mihi hanc aquam, vt non ſitiam: neq veniã huc haurire. Dicit ei Jeſus. Uade, voca virũ tuũ, ⁊ veni huc. Reſpondit mulier, ⁊ dixit. Non habeo virũ. Dicit ei Jeſus. Bene dixiſti, qa non habeo virum. Quinque enim viros habuiſti: ⁊ nunc quẽ habes, non eſt tuus vir. Hoc vere dixiſti. Dicit ei mulier. Dñe, vt video, propheta es tu. Patres noſtri in mõte hoc adorauerunt: ⁊ vos dicitis, qa Jeroſolymis eſt locus, vbi adorare oportet. Dicit ei Jeſus. Mulier, crede mihi, qa venit hora, quãdo neq in mõte hoc, neq in Jeroſolymis adorabitis patrem. Uos adoratis quod neſcitis: nos adoramus, qđ ſcim⁹: qa ſalus ex Judęis eſt. Sed venit hora ⁊ nũc eſt, quando veri adoratores adorabunt patrẽ in ſpiritu ⁊ veritate. Na ⁊ pater tales quęrit, q adorent eũ. Spiritus eſt Deus: ⁊ eos qui adorant eum, in ſpiritu ⁊ veritate oportet adorare. Dicit ei mulier. Scio, qa Meſſias venit, qui dicitur Chriſt⁹. Cu ergo venerit, ille nobis annũciabit omnia. Dicit ei Jeſus. Ego ſum, qui loquor tecũ. Et continuo venerunt diſcipuli eius: ⁊ mirabãtur, quia cu muliere loquebatur. Nemo tamen dixit. Quid quęris, aut qđ loqueris cum ea? Reliquit ergo hydria ſuam mulier: ⁊ abijt in ciuitatẽ, ⁊ dixit illis hominibus. Uenite, ⁊ videte hominem, qui dixit mihi omnia quęcunq feci. Nũquid ipſe eſt Chriſtus? Exierũt ergo de ciuitate: ⁊ veniebant ad eu. Interea rogabãt eũ diſcipuli, dicẽtes, Rabbi, mãduca. Ille autẽ dixit eis. Ego cibum habeo mãducare, quẽ vos neſcitis. Dicebãt ergo diſcipuli eius ad inuicẽ. Nũquid aliquis ãttulit ei mãducare? Dicit eis Jeſus. Me⁹ cibus eſt, vt faciã volũ

tatem

tatem eius qui miſit me: vt perficiā opus eius. Nonne vos dicitis, ꝙ adhuc quatuor menſes ſunt, ⁊ meſſis venit? Ecce dico vobis: leuate oculos veſtros, ⁊ videte regiones, quia albę ſunt iam ad meſſem. Et qui metit, mercedem accipit: ⁊ congregat fructum in vitam ęternā: vt ⁊ qui ſeminat, ſimul gaudeat, ⁊ qui metit. In hoc enim eſt verbū verum: quia alius eſt qui ſeminat, ⁊ alius eſt qui metit. Ego miſi vos métere, quod vos non laboraſtis: alij laborauerunt, ⁊ vos in labores eorū introiſtis. Ex ciuitate autē illa multi crediderūt in eū Samaritanorū, propter verbum mulieris teſtimoniū perhibentis, quia dixit mihi omnia, quęcūq; feci. Cum veniſſent ergo ad illū Samaritani, rogauerūt eū vt ibi maneret. Et mā ſit ibi duos dies. Et multo plures crediderunt in eū propter ſermoné eius. Et mulieri dicebāt. Quia non iam ꝓpter tuā loquelā crédimus. Ipſi enim audiuimus, ⁊ ſcimus qa hic eſt vere ſaluator mūdi.

Offertorium.

ps. 5 Intende voci orationis meę, rex meus, ⁊ Deus me⁹: qm̄ ad te orabo domine. Sec.

Reſpice, quęſumus dn̄e, propitius, ad munera quę ſacram⁹: vt tibi grata ſint, ⁊ nobis ſalutaria ſemper exiſtant. Per dominum.

Alię ſecretę. Exaudi nos Deus. 29.

Ioh. 4. Commu. Qui biberit aquam, quā ego dabo ei, dicit dominus, fiet in eo fons aquę ſalientis in vitam ęternam. Poſtcómu.

Huius nos dn̄e pceptio ſacramenti mundet a crimine: ⁊ ad cęleſtia regna perducat. Per dn̄ꝫ.

M.N.R.

Alię poſtcōmuniones. Mundet. 29.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita veſtra Deo.

Preſta, quęſumus ōps Deus: vt q̄ in tua protectione cōfidimus: cuncta nobis aduerſantia, te adiuuante, vincamus. Per dn̄m.

SABBATHO 25. dies xl.

Statio ad S. Suſannam. Introit.

Verba mea aurib⁹ percipe dn̄e, intellige clamorem meum: intende voci orōnis meę, rex me⁹, ⁊ Deus me⁹. ps. 5 Ps. Quoniam ad te orabo domine: mane exaudies vocem meam. V. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto. Oremus.

Preſta, quęſumus, ōps Deus: vt q̄ ſe, affligendo carnē, ab alimentis abſtinent: ſectando iuſtitiā a culpa ieiúnent. Per dominum.

Alię orationes. A cunctis nos. 28.

Lectio Danielis prophetę.

In dieb⁹ illis. Erat vir in Babylone, ⁊ nomen eius Ioachim. Et accepit vxorem nomine Suſannam filiā Helchię, pulchrā nimis, ⁊ timentem Deum. Parentes enim illius cum eſſent iuſti, erudierunt filiam ſuam ſecūdū legem Moyſi. Erat autem Ioachim diues valde: ⁊ erat ei pomerium vicinum domui ſuę. Et ad ipſum confluebāt Iudęi, eo ꝙ eſſet honorabilior omniū. Et conſtituti ſunt duo ſenes iudices in anno illo, de qb⁹ locut⁹ eſt dn̄s: Quia egreſſa eſt iniqtas de Babylone a ſenioribus iudicibus, q videbant régere populū. Iſti frequentabāt domū Ioachim: cap. 13.

chim: ⁊ veniebant ad eos, oés qui habebant iudicia. Cũ auté populus reuertiſſet per meridiem, ingrediebatur Suſanna, ⁊ deambulabat in pomerio viri ſui. Et videbant eam ſenes quotidie ingredié tem, ⁊ deambulantem: ⁊ exarſerũt in concupiſcentiam eius. Et euerterunt ſenſum ſuum, ⁊ declinauerunt oculos ſuos, vt non viderent cęlum, neque recordarentur iudiciorum iuſtorum. Factum eſt auté cum obſeruarent diem aptũ, quando eam poſſent inuenire ſolam, ingreſſa eſt aliquando ſicut heri, ⁊ nudius tertius, cum duabus ſolis puellis: voluitqꝫ lauari in pomerio. Æſtus quippe erat. Et nó erat ibi quiſquá, preter duos ſenes abſconditos, ⁊ contemplantes eam. Dixit ergo puellis. Afferte mihi oleum ⁊ ſmigmata: ⁊ oſtia pomerij claudite, vt lauer. Cũ auté egreſſę eſſent puellę: ſurrexerunt duo ſenes, ⁊ accurrerunt ad eam, ⁊ dixerũt. Ecce oſtia pomerij clauſa ſunt ⁊ nemo nos videt, ⁊ in ꝯcupiſcentia tui ſumus: quamobrem aſſentire nobis, ⁊ cómiſcére nobiſcũ. Qđ ſi nolueris, dicemus teſtimoniũ cótra te, ꝙ fuerit tecuꝫ iuuenis, ⁊ ob hác cauſam emiſeris puellas a te. Ingemuit Suſanna, ⁊ ait. Anguſtię mihi ſunt vndiqꝫ. Si eniꝫ hoc egero mors mihi eſt: ſi auté nó egero, nó effúgiá manus veſtras. Sed meliꝰ eſt mihi abſqꝫ opere icidere in manus veſtras, quá peccare in cóſpectu dñi. Et exclamauit voce magna Suſanna: exclamauerunt auté ⁊ ſenes aduerſus eá. Et cucurrit vnus, ⁊ aperuit oſtia pomerij. Cũ auté audiſſent clamoré in pomerio famuli domꝰ, irruerũt ꝑ poſticũ, vt viderét quidná eſſet. Poſt quá auté ſenes locuti ſunt, erubuerũt ſerui veheméter: qa nũquá dictꝰ fuerat ſermo huiuſcemodi de Suſanna. Et facta eſt dies craſtina. Cũqꝫ veniſſet populꝰ ad viruꝫ eiꝰ Joachim, venerũt ⁊ duo ſeniores pleni iniqua cogitatione aduerſus Suſanná, vt interficerét eá. Et dixerũt coraꝫ populo. Mittite ad Suſanná filiá Helchię vxorem Joachiꝫ. Et ſtatim miſerũt. Et venit cũ parétibus, ⁊ filiis, ⁊ vniuerſis cognatis ſuis. Flebant igit̃ ſui, ⁊ oés qui nouerát eá. Conſurgentes auté duo ſeniores in medio populi, poſuerũt manus ſuas ſuꝑ caput eius. Quę flés, ſuſpexit ad cęlum. Erat enim cor eiꝰ fiduciá habés in dño. Et dixerunt seniores. Cũ deambularemus in pomerio ſoli, ingreſſa eſt hęc cũ duabus ſolis puellis: ⁊ clauſit oſtia pomerij, ⁊ dimiſit a ſe puellas. Venitqꝫ adoleſcens ad eam: qui erat abſconditus, ⁊ cócubuit cuꝫ ea. Porro nos cũ eſſemus in angulo pomerij, videntes iniquitaté, cucurrimus ad eos, ⁊ vidimus eos pariter cómiſceri. Et illum quidé nequiuimus comprehédere, quia fortior nobis erat: ⁊ aperto oſtio exiliuit. Hanc auté cum apprehédiſſemus, interrogauimus quiſná eſſet adoleſcés: ⁊ noluit indicare nobis. Huiꝰ rei teſtes ſumus. Credidit eis multitudo quaſi ſenioribus, ⁊ iudicibus populi: ⁊ condemnauerunt eam

ad

ad mortez. Exclamauit autẽ voce
magna Suſanna, ⁊ dixit. De⁹ eter-
ne, q abſcõditorũ es cognitor, qui
noſti omnia anteq̃ fiãt: tu ſcis qm̃
falſum teſtimoniũ tulerunt contra
me: ⁊ ecce morior, cum nihil horuz
fecerim, que iſti malitioſe cõpoſue-
runt aduerſum me. Exaudiuit au-
tẽ dñs vocem eius. Cumq; ducere
tur ad mortem, ſuſcitauit dñs ſpiri
tum ſanctũ pueri iunioris, cui no-
mẽ Daniel: ⁊ exclamauit voce ma-
gna, ⁊ dixit. Mũdus ego ſuz a ſan
guine huius. Et cõuerſus omnis
populus ad eũ, dixit. Quis eſt ſer-
mo iſte, quẽ tu locut⁹ es? Qui cũ ſta
ret in medio eorũ, ait. Sic, fatui filij
Iſrael, nõ iudicãtes, neq; qd verũ
eſt cognoſcentes, condemnaſtis fi-
liam Iſrael? Reuertimini ad iudi-
cium: quia falſum teſtimoniũ locu-
ti ſunt aduerſus eaz. Reuerſus eſt
ergo populus cũ feſtinatione. Et
dixit ad eos Daniel, Separate eos
ab inuicem procul: ⁊ dijudicabo
eos. Cũ ergo diuiſi eſſent alter ab
altero, vocauit vnuz ex eis, ⁊ dixit
ad eũ. Inueterate dierũ malorũ,
nũc venerũt peccata tua, que pri⁹
operabaris, iudicãs iudicia iniu-
ſta, innocentes opprimẽs, ⁊ dimit-
Exod. 23 tẽs noxios, dicẽte dño: Innocẽtez
⁊ iuſtuz nõ interficies. Nunc ergo
ſi vidiſti eã, dic ſub qua arbore vi-
deris eos colloquentes ſibi? Qui
ait. Sub ſchino. Dixit autẽ Daniel
Recte mẽtitus es in caput tuũ. Ec
ce eniz angel⁹ dñi, accepta ſentẽtia
ab eo, ſcindet te mediuz. Et amo-
to eo, iuſſit venire alium, ⁊ dixit ei.
Semen Chanaan, ⁊ nõ Iuda: ſpe-
cies decepit te, ⁊ concupiſcentia
ſubuertit cor tuũ. Sic faciebatis fi
liabus Iſrael, ⁊ ille timẽtes loque
bant vobis. Sed non filia Iuda ſu
ſtinuit iniquitatẽ veſtrã. Nunc er-
go dic mihi, ſub qua arbore cõpre
hẽderis eos loquẽtes ſibi? Qui ait.
Sub prino. Dixit autẽ ei Daniel.
Recte mẽtit⁹ es ⁊ tu in caput tuũ.
Manet enim angelus dñi gladiuz
habens, vt ſecet te mediũ: ⁊ inter-
ficiat vos. Exclamauit itaque oĩs
cetus voce magna: ⁊ benedixerũt
Deuz, q ſaluat ſperantes in ſe. Et
conſurrexerunt aduerſus duos ſe
niores. (Conuicerat enim eos Da
niel ex ore ſuo, falſum dixiſſe teſti-
monium.) Feceruntq; eis ſicut ma
le egerant aduerſus proximum:
⁊ interfecerunt eos. Et ſaluatus
eſt ſanguis innoxius in die illa.
Graduale. Si ambulem in medio vm Ps. 22
bre mortis, non timebo mala: quoniam tu
mecum es domine. ℣. Uirga tua, ⁊ bacu-
lus tuus, ipſa me conſolata ſunt.
Sequẽtia ſcti euãg. ſm Iohãnez.
IN illo tempore: Perrexit Ie 8. ca.
ſus in montem Oliueti, ⁊ di-
luculo iterum venit in templũ. Et
omnis populus venit ad eum: ⁊ ſe
dens docebat eos. Adducunt au-
tem ſcribe ⁊ phariſei mulierem de
prehenſam in adulterio: ⁊ ſtatue-
runt eam in medio, ⁊ dixerunt ei.
Magiſter, hec mulier, modo depre
henſa eſt in adulterio. In lege autẽ Leuit. 20
Moyſes mãdauit nobis huiuſmo
di lapidare. Tu ergo quid dicis?
Hoc autẽ dicebãt tẽtãtes eum: vt
poſſent accuſare eũ. Ieſus autẽ in-
clinãs ſe deorſuz, digito ſcribebat

in terra. Cũ autẽ pſeuerarẽt inter‑
rogãtes eum: erexit ſe, ⁊ dixit eis.
Qui ſine peccato eſt veſtrũ, primus
in illam lapidem mittat. Et iterũ
inclinans ſe, ſcribebat in terra. Au‑
dientes autem hec, vnus poſt vnũ
exibant, incipientes a ſenioribus.
Et remanſit Jeſus, ⁊ mulier in me
dio ſtans. Erigens autẽ ſe Jeſus,
dixit ei. Mulier, vbi ſunt qui te ac‑
cuſabant? Nemo te cõdemnauit?
Que dixit. Nemo dñe. Dixit autẽ
Jeſus. Nec ego te ↄdemnabo. Ua
de, ⁊ iam amplius noli peccare.
ps. 118 Offertorium. Greſſus meos dirige ſe
cundum eloquium tuum: vt non domine‑
tur mei omnis iniuſtitia, domine. Secre.
Concede, queſumus, omnipo
tens Deus: vt huius ſacrificij
munus oblatum, fragilitatem no‑
ſtram ab omni malo purget ſemp,
⁊ muniat. Per dominum noſtrũ.
Alie ſecrete. Exaudi nos Deus. 29.
Joh. 8 Communio. Nemo te condemnauit
mulier: nemo domine: nec ego te condem‑
nabo: iam amplius noli peccare. Poſtcõ.
Queſumus omnipotens Deus:
vt inter eius membra nume‑
remur, cuius corpori communica‑
mus, ⁊ ſanguini. Qui tecum viuit.
Alie poſtcommuniones. Mundet. 29.
Super populum. Oremus.
Humiliate capita veſtra Deo.
Pretende Domine fidelibus
tuis dexteram celeſtis auxilij:
vt te toto corde perquirant: ⁊ que
digne poſtulant conſequi merean
tur. Per dominum noſtrũ Jeſum
Chriſtum filium tuum. Qui te‑
cum viuit ⁊ regnat, in vni‑
tate ſpiritus ſancti. ⁊c.

## DOMINICA QVARTA XL. dies 26 xl.

Statio ad S. Crucẽ in Jeruſalem.

Introitus.



66. Is. Laetare Je
ruſalẽ, ⁊
conuentũ faci‑
te omnes q dili‑
gitis eam: gau‑
dete cum letitia
q in triſtitia fui‑
ſtis: vt exulteris,
⁊ ſatiemini ab
vberibus conſo
lationis veſtre. Ps. Letatus ſum in his, que 121. ps
dicta ſunt mihi: in domũ domini ibimus.
℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpi. Oremus.
Concede, queſumus, omnipo
tens Deus: vt qui ex merito
noſtre actionis affligimur, tue gra
tie conſolatione reſpiremus. Per.
Oremus. Ad poſcenda ſuffragia
Sanctorum.
A Cunctis nos, q̃s dñe, mẽtis ⁊
corporis defende periculis, ⁊
intercedẽte beata ⁊ glorioſa ſem‑
perq̃ virgine Dei genitrice Ma
ria, cũ beatis aplis tuis Petro, ⁊
Paulo, atq̃ beato N. ⁊ omnibus
ſanctis: ſalutẽ nobis tribue beni‑
gnus ⁊ pacẽ: vt deſtructis aduerſi
tatibus ⁊ erroribus vniuerſis, eccle
ſia tua ſecura tibi ſeruiat libertate.
Omnipotens ſempiterne Deus, q
viuorũ dñaris ſimul ⁊ mortuorũ,
omniũq̃ miſereris, quos tuos fi‑
de ⁊ opere futuros eſſe pnoſcis: te
ſupplices exoramus, vt, pro quibus
effundere preces decreuimus, quoſq̃
vel preſens ſeculũ adhuc in carne
retinet, vel futurũ iã exutos cor‑
pore ſuſcepit: intercedẽtibus oibus
ſanctis

ſanctis tuis, pictatis tuę clementia, omnium delictorum ſuorum veniam conſequantur. Per dñm.

Lcõ epſe b. Pauli apli ad Galat.

ca.4 Fratres: Scriptū eſt, quoniã Abraham duos filios habuit: vnum de ancilla, ⁊ vnũ de libera.
gen.21 Sed qui de ancilla, ſecundum carnem natus eſt: qui autem de libera, p repromiſſionē: quę ſunt per allegoriam dicta. Hęc enim ſunt duo teſtamenta. Unũ quidem in monte Sina, in ſeruitutem generãs: quę eſt Agar. (Sina enim mõs eſt in Arabia, qui cõiunctus eſt ei, quę nunc eſt Jeruſalem) ⁊ ſeruit cum filijs ſuis. Jlla autem quę ſurſum eſt Jeruſalem, libera eſt: quę eſt mater noſtra. Scriptũ eſt enim. Letare ſterilis, quę nõ paris: erũpe ⁊ clama, q̃ non párturis: qa multi filij deſertę, magis quam eius quę habet virum. Nos autem fratres ſecundum Jſaac, promiſſionis filij ſumus. Sed quomodo tũc is, qui ſecundum carnẽ natus fuerat, perſequebatur eũ qui ſecũdũ ſpiritũ: ita ⁊ nunc. Sed quid dicit ſcriptura? Eijce ancillã, ⁊ filium eius. Nõ enim erit hęres filius ancillę cũ filio liberę. Jtaqȝ, fratres, nõ ſum⁹ ancillę filij, ſed liberę, qua libertate Chriſtus nos liberauit.

ps. 121 Grad. Letatus ſũ in his, quę dicta ſunt mihi: in domum dñi ibimus. ℣. Fiat pax in virtute tua, ⁊ abundantia in turribus tuis.

ps.124 Tractus. Qui confidunt in dño, ſicut mons Sion: non commouebitur in ęternum: qui habitat in Jeruſalem. ℣. Montes in circuitu eius: ⁊ dñs in circuitu populi ſui: ex hoc, nunc, ⁊ vſque in ſeculum.

M.N.R.

Sequẽtia ſcti euãg. ſm Johãnem.

cap.6. In illo tempore: Abijt Jeſus trans mare Galileę, quod eſt Tyberiadis: ⁊ ſequebatur eũ multitudo magna: quia videbant ſigna, quę faciebat ſuper his, qui infirmabantur. Subijt ergo in mõtem Jeſus: ⁊ ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis. Erat autẽ proximũ paſcha, dies feſtus Judeorũ. Cũ ſubleuaſſet ergo oculos Jeſus: ⁊ vidiſſet qa multitudo maxima venit ad eũ, dicit ad Philippũ. Unde ememus panes, vt mãducent hi? Hoc autẽ dicebat tentans eũ. Jpſe enĩ ſciebat quid eſſet factur⁹. Reſpõdit ei Philippus. Ducẽtorũ denariorũ panes non ſufficiunt eis: vt vnuſquiſqȝ modicũ quid accipiat. Dicit ei vnus ex diſcipulis ei⁹, Andreas frater Simonis Petri. Eſt puer vnus hic, q habet quinqȝ panes hordeaceos, ⁊ duos piſces: ſed hęc qd ſunt iter tãtos? Dicit ergo Jeſus. Facite homines diſcũbere. Erat autẽ fęnũ multũ in loco. Diſcubuerũt ergo viri numero quaſi quinqȝ millia. Accepit ergo Jeſus panes: ⁊ cũ gratias egiſſet, diſtribuit diſcũbẽtibus. Similiter ⁊ ex piſcib⁹ quãtũ volebãt. Ut autẽ impleti ſunt, dixit diſcipulis ſuis. Colligite q̃ ſuperauerũt fragmẽta, ne pereant. Collegerũt ergo, ⁊ impleuerũt duodecim cophinos fragmentorũ, ex quinqȝ panibus hordeaceis, quę ſuperfuerũt his, qui manducauerant. Jlli ergo homines cũ vidiſſent qd fecerat Jeſus ſignũ, dicebant. Quia hic eſt vere propheta, q vẽtur⁹ eſt in mũ-

dum: Jeſus ergo cū cognouiſſet, quia vẽturi eſſent, vt ráperẽt eū, ⁊ facerent eum Regem, fugit iterū in montem ipſe ſolus. Credo.

Offertorium.

Ps.134 Laudate dñm, quia benignus eſt: ⁊ pſallite nomini eius, qm̃ ſuaue eſt: omnia quecū que voluit fecit in cęlo ⁊ in terra. Secre.

Sacrificijs pręſentibus dñe, q̃s intende placatus: vt ⁊ deuotioni noſtrę proficiant, ⁊ ſaluti. p. d. Oremus. Alię ſecretę.

Exaudi nos De⁹ ſalutaris noſter: vt p huius ſacramẽti virtutem, a cunctis nos mentis ⁊ corporis hoſtibus tuearis, gratiã tribuẽs in pſenti, et gloriã in futuro. Deus cui ſoli cognitus eſt numerus electorum in ſuperna felicitate locandus: tribue quęſumus: vt, intercedẽtibus omnib⁹ ſanctis tuis, vniuerſorum, quos in oratione cõmendatos ſuſcepimus, ⁊ nomina omnium fidelium beatę prędeſtinationis liber aſcripta retineat. p.

Ps.131 Communio. Jeruſalẽ, quę ędificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipſum: illuc enim aſcenderũt tribus, trib⁹ dñi, ad confitendum nomini tuo dñe. Poſtc.

Da nobis, q̃s, miſericors De⁹, vt ſancta tua, quib⁹ inceſſanter explemur, ſyncẽris tractemus obſequijs, ⁊ fideli ſemper mente ſumamus. Per dominum noſtrum. Oremus. Alię poſtcõmuniones.

Mundet, ⁊ muniat nos q̃ſum⁹ domine, diuini ſacramenti munus oblatum: ⁊ intercedente beata ⁊ glorioſa virgine Dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atq; beato N. ⁊ oibus ſanctis, a cũctis nos reddat, ⁊ peruerſitatibus expiatos, ⁊ aduerſitatibus expeditos. Purificent nos, q̃s ops ⁊ miſericors Deus, ſacramenta quę ſumpſimus: ⁊ intercedẽtibus oib⁹ ſanctis tuis, pręſta: vt hoc tuū ſacramentū nõ ſit nobis reat⁹ ad pęnã, ſed interceſſio ſalutaris ad veniã: ſit ablutio ſcelerum, ſit fortitudo fragiliũ: ſit ꝯtra oia mũdi pericula firmamẽtũ: ſit viuorũ atq; mortuorũ fideliũ remiſſio omniũ delictorũ. Per.

FERIA SECVNDA

Statio ad ſanctos quatuor Coronatos. Introitus. 27.dic XL

Deus in nomine tuo ſaluũ me fac, ⁊ i virtute tua libera me. De⁹ exaudi orationẽ meã. Ps. Auribus percipe verba oris mei. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto. Ps.53

Oremus.

Pręſta, quęſumus omnipotẽs Deus: vt obſeruationes ſacras, annua deuotione recolentes: ⁊ corpore tibi placeamus, ⁊ mente. Per dominum noſtrum. ⁊c. Alię orationes. A cunctis nos. 28.

Lectio libri Regum.

In diebus illis. Uenerũt duę mulieres meretrices ad regem Salomonem: ſteteruntq; coram eo. Quarū vna ait. Obſecro mi domine, ego, ⁊ mulier hęc habitabamus in domo vna: ⁊ pẽperi apud eam in cubiculo. Tertia vero die poſtq̃ ego pẽperi, pẽperit, ⁊ hęc. Et eramus ſimul, nullusq; ali⁹ in domo nobiſcũ, exceptis nobis 3.re.3

bis duabus. Mortuus eſt autē filꝰ
mulieris huius nocte. Dormiens
qppe oppreſſit eū. Et ꝯſurgēs in
tēpeſtę noctis ſilētio, tulit filiū meū
de latere meo ancillę tuę dormien
tis, ⁊ collocauit in ſinu ſuo: ſuū au
tem filiū, qui erat mortuus, poſuit
in ſinu meo. Cūqȝ ſurrexiſſem ma
ne, vt darē lac filio meo: apparuit
mortuus. Queȝ diligētius intuēs
clara luce: deprehendi nō eſſe meū
quē genuerā. Reſponditqȝ altera
mulier. Non eſt ita: ſed filius tuus
mortuus eſt, meꝰ autē viuit. E con
trario illa dicebat. Mētiris: filius
quippe meus viuit, ⁊ filius tuus
mortuus eſt. Atqȝ in hunc moduȝ
contendebant coram rege. Tunc
rex ait: Hęc dicit: Filius meus vi
uit, ⁊ filius tuus mortuꝰ eſt: ⁊ iſta
reſpondet, Nō, ſed filius tuꝰ mor
tuꝰ eſt, ⁊ filius meꝰ viuit. Dixit er
go rex. Afferte mihi gladiū. Cūqȝ
attuliſſent gladiū corā rege: Diui
dite, inqt, infantem viuum in duas
partes: ⁊ date dimidiā parteȝ vni,
⁊ dimidiaȝ partē alteri. Dixit autē
mulier, cuius filius erat viuus, ad
Regem. (Cōmota ſunt quippe vi
ſcera eius ſup filio ſuo.) Obſecro
dñe, date illi infantē viuum, ⁊ noli
te interficere eum. E contrario il
la dicebat. Nec mihi, nec tibi: ſed
diuidatur. Reſpōdit rex, ⁊ ait. Da
te huic infantem viuū, ⁊ nōn occi
datur: hęc eſt enim mater eius. Au
diuit itaqȝ omnis Iſrael iudicium
quod iudicaſſet rex: ⁊ timuerunt
regem, videntes ſapientiam Dei
eſſe in eo ad faciendum iudicium.
ps.30 Grad. Eſto mihi in Deū protectoreȝ, ⁊
M. N. R.

in locū refugij, vt ſaluū me facias. ℣. De
in te ſperaui: dñe nō cōfundar in ęternum.
Tractus. Domine non ſm peccata noſtra ps 102
quę fecimus nos: neqȝ ſecundum iniquita
tes noſtras retribuas nobis. ℣. Domine,
ne memineris iniquitatum noſtrarum anti
quarum: cito anticipent nos miſericordię
tuę, quia pauperes facti ſumus nimis. ℣.
Adiuua nos Deus ſalutaris noſter: ⁊ ꝓpter ps.78.
gloriā nōis tui dñe libera nos, ⁊ propitius
eſto peccatis noſtris propter nomē tuum.
Sequētia ſcti euāg. ſm Iohānē.
In illo tempore: Prope erat 2.ca.
paſcha Iudęorum, ⁊ aſcēdit
Ieſus Ieroſolymam. Et inuēnit
in templo vendentes oues, ⁊ bo
ues, ⁊ columbas, ⁊ numularios ſe
dentes. Et cum feciſſet quaſi flagel
lum de funiculis, omnes eiecit de
tēplo: oues quoqȝ ⁊ boues: ⁊ nu
mulariorū effūdit ęs, ⁊ mēſas ſub
uertit. Et his, qui columbas vēde
bant, dixit. Auferte iſta hinc: ⁊ no
lite facere domū patris mei domū
negociationis. Recordati vero ſūt
diſcipuli eius, qa ſcriptū eſt: Zelus ps.68
domus tuę comēdit me. Reſpōde
rūt ergo Iudęi, ⁊ dixerunt ei. Qđ
ſignū oſtēdis nobis: qa hęc facis?
Reſpondit Ieſus, ⁊ dixit eis. Sol
uite tēplū hoc: ⁊ in tribus diebus
excitabo illud. Dixerunt ergo Iu
dęi. Quadraginta ⁊ ſex annis ędi
ficatum eſt tēplum hoc: ⁊ tu in tri
bus diebus excitabis illud? Ille
autē dicebat de tēplo corporis ſui.
Cū ergo reſurrexiſſet a mortuis,
recordati ſunt diſcipuli eiꝰ, qa hoc
dicebat de corpore ſuo. Et credide
rūt ſcripturę, ⁊ ſermoni queȝ dixit
Ieſus. Cū autē eſſet Ieroſolymis

in paſcha in die feſto, multi credi-
derunt in nomine eius, videntes
eius ſigna que faciebat. Ipſe autẽ
Jeſus non credebat ſemetipſum
eis: eo q ipſe noſſet omnes: ⁊ quia
opus ei non erat, vt quis teſtimo-
nium perhiberet de homine. Ipſe
enim ſciebat, quid eſſet in homine.
ps. 99. Offert. Iubilate Deo oĩs terra: ſeruite
dño in letitia: intrate in conſpectu eius in
exultatione: quia dñs ipſe eſt Deus. Sec.
Oblatũ tibi dñe ſacrificiũ viui
ficet nos ſemp, ⁊ muniat. p d.
Alie ſecrete. Exaudi nos Deus. 29.
ps. 18 Cõmu. Ab occultis meis munda me
dñe: ⁊ ab alienis parce ſeruo tuo. Poſtc.
Sumptis dñe ſalutarib⁹ ſacra
mẽtis: ad redẽptionis eterne,
q̃s, proficiamus augmentũ. Per.
Alie poſtcommuniones. Mundet. 29.
Super populum. Oremus.
Humiliate capita veſtra Deo.
Deprecationem noſtram, q̃s,
dñe benignus exaudi: ⁊, qui-
bus ſupplicandi preſtas affectũ, tri
bue defenſionis auxilium. Per d.

28. dies xl. FERIA TERTIA.

Statio ad ſanctum Laurentiũ in Damaſo. Introitus.

ps. 54 Exaudi Deus oratio-
nem meam, ⁊ ne de-
ſpexeris deprecatio-
nem meam: intende
in me, ⁊ exaudi me.
ps. Contriſtatus ſum
in exercitatione mea:
⁊ cõturbatus ſum a voce inimici, ⁊ a tribu-
latione peccatoris. ℣. Gloria. Oremus.
Sacre nobis, q̃s dñe, obſerua-
tionis ieiunia: ⁊ pie conuerſatio
nis augmentũ, ⁊ tue ppitiationis
cõtinuũ preſtent auxilium. Per d.
Alie orationes. A cunctis nos. 28.

Lectio libri Exodi.

In diebus illis: Locutus eſt ps. 32
dñs ad Moyſen, dicens. De-
ſcende de monte: quia peccauit po
pulus tuus, quem eduxiſti de ter-
ra Egypti. Receſſerunt cito de via
quam oſtendiſti eis: feceruntq; ſibi
vitulum conflatilem, ⁊ adorauerũt
atq; immolantes ei hoſtias dixe-
runt. Iſti ſunt dij tui Iſrael, qui te
eduxerunt de terra Egypti. Rur-
ſumq; ait dñs ad Moyſen. Cerno
q populus iſte dure ceruicis ſit: di
mitte me, vt iraſcatur furor meus
cõtra eos, ⁊ deleam eos: faciamq;
te i gẽtẽ magnã. Moyſes autẽ ora-
bat dñm Deum ſuum, dicens. Cur
dñe iraſcitur furor tuus cõtra po-
pulum tuũ, quẽ eduxiſti de terra
Egypti in fortitudine magna, ⁊ in
manu robuſta? Ne, queſo dicant
Egyptij: Callide eduxit eos, vt in-
terficeret in mõtibus, ⁊ deleret de
terra. Quieſcat ira tua: ⁊ eſto pla-
cabilis ſup neqtia populi tui. Re-
cordare Abrahã, Iſaac, ⁊ Iſrael
ſeruorũ tuorum, qbus iuraſti p te
metipſum, dicẽs. Multiplicabo ſe
men veſtrũ ſicut ſtellas celi: ⁊ vni-
uerſam terrã hanc, de qua locutus
ſum dabo ſemini veſtro: ⁊ poſſide
bitis eã ſemp. Placatuſq; eſt dñs
ne faceret malũ, qd locutus fuerat
aduerſus populum ſuũ. Et miſer-
tus eſt populo ſuo dñs De⁹ noſter.
Grad. Exurge dñe, fer opem nobis, ⁊ li ps. 43
bera nos propter nomẽ tuũ. ℣. Deus au
ribus noſtris audiuimus: patres noſtri an-
nunciauerunt nobis opus, quod operatus

es in diebus eorum, ꝛ in diebus antiquis.

Sequētia ſācti euāg. ſm Johānē.

ca.7. In illo tēpore: Jā die feſto mediante aſcendit Jeſus in templum, ꝛ docebat. Et mirabantur Judei, dicentes. Quomodo hic literas ſcit, cum non didicerit? Reſpondit eis Jeſus, ꝛ dixit. Mea doctrina non eſt mea: ſed eius qui miſit me. Siquis voluerit voluntatē eius facere: cognoſcet de doctrina, vtrum ex Deo ſit, an ego a meipſo loquar. Qui a ſemetipſo loquitur gloriam propriā querit. Qui autē querit gloriā eius q miſit illum: hic verax eſt, ꝛ iniuſtitia in illo nō eſt. Nōne Moyſes dedit vobis legē: ꝛ nemo ex vobis facit legē? Quid me queritis interficere? Reſpōdit turba, ꝛ dixit. Demonium habes: qs te querit interficere? Reſpōdit Jeſus, ꝛ dixit eis. Unū opus feci: ꝛ oēs miramini. Propterea Moyſes dedit vobis circuncisionē: nō quia ex Moyſe eſt, ſed ex patribꝰ. Et in ſabbatho circūciditis hominem. Si circūciſionē accipit homo in ſabbatho, vt nō ſoluat lex Moyſi: mihi indignamini, qa totum hominē ſanum feci in ſabbatho? Nolite iudicare ſecundū faciem: ſed iuſtum iudiciū iudicate. Dicebant ergo qdā ex Jeroſolymis. Nōne hic eſt, quem querunt interficere? Et ecce palā loquit, ꝛ nihil ei dicunt. Nunquid vere cognouerunt principes, qa hic eſt Chriſtꝰ? Sed hūc ſcimus vnde ſit: Chriſtus autē cū venerit, nemo ſcit vnde ſit. Clamabat ergo docēs in tēplo Jeſus, ꝛ dicens. Et me ſcitis, ꝛ vnde ſim ſcitis: ꝛ a me ipſo non veni: ſed eſt verus q miſit me, quē vos neſcitis. Ego ſcio eū: ꝛ, ſi dixero quia neſcio eū, ero ſimilis vobis mēdax. Sed ſcio eum, quia ab ipſo ſū, ꝛ ipſe me miſit. Querebant ergo eum apprehēdere: ꝛ nemo miſit in illum manus, quia nondū venerat hora eiꝰ. De turba autē multi crediderūt i eū.

Offertorium. Expectans expectaui ps.39 dñm, ꝛ reſpexit me: ꝛ exaudiuit deprecationem meam: ꝛ immiſit in os meū canticum nouum, hymnum Deo noſtro. Secre.

Hæc hoſtia, qs dñe, emūdet noſtra delicta: ꝛ ad ſacrificiū celebrandum, ſubditorum tibi corpora, menteſqꝫ ſanctificet. Per d.

Alie ſecrete. Exaudi nos Deus. 29.

Comm. Letabimur in ſalutari tuo: ꝛ in ps.19 nomine Dei nri magnificabimur. Poſtc.

Huius nos dñe pceptio ſacramēti mundet a crimine: ꝛ ad celeſtia regna perducat. Per dñm.

Alie poſtcommuniones. Mundet. 29.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita veſtra Deo.

Miſerere dñe pplo tuo: ꝛ ꝯtinuis tribulationibus laborātem, propitius reſpirare ꝯcede. p.

FERIA QVARTA. 29. dies xl.

Statio ad ſanctū Paulū. Introit.



Cum ſanctificatꝰ fuero in vobis, ps.36 congregabo vos de vniuerſis terris: ꝛ effundā ſuper vos aquam mundam, ꝛ mundabimini ab omnibus inquinamētis veſtris: ꝛ dabo vobis ſpiritum nouum. Ps. Benedicam dominum in omni tempore: ſemper laus eius in

in ore meo. ℣. Gloria patri. Poſt Kyrie
eleiſon, dicitur Oremus. Flectamus
genua. ℟. Leuate. Oratio.

DEus, qui ⁊ iuſtis premia me
ritorum, ⁊ peccatoribus per
ieiunium veniã prebes: miſerere
ſupplicibus tuis: vt reatꝰ noſtri cõ
feſſio, indulgentiam valeat perci
pere delictorum. Per dominum
noſtrum Jeſum Chriſtum filium.

Lectio Ezechielis prophete.

cap.36. HEc dicit dñs Deus. Sanctifi
cabo nomẽ meũ magnum: vt
ſciãt gẽtes, qa ego dñs, cũ ſanctifi
catꝰ fuero in vobis corã eis. Tollã
qppe vos de gentibus: ⁊ cõgrega
bo vos de vniuerſis terris: ⁊ addu
cã vos in terrã veſtrã. Et effundã
ſuper vos aquã mũdã: ⁊ mũdabi
mini ab omnibꝰ inquinamẽtis ve
ſtris: ⁊ ab vniuerſis idolis veſtris
mũdabo vos. Et dabo vobis cor
nouũ: ⁊ ſpiritũ nouum ponã in me
dio veſtri. Et auferã cor lapideum
de carne veſtra: ⁊ dabo vobis cor
carneum. Et ſpiritũ meũ ponam in
medio veſtri: ⁊ faciã vt i preceptis
meis ambuletis: ⁊ iudicia mea cu
ſtodiatis, ⁊ operemini. Et habita
bitis in terra quã dedi patribꝰ ve
ſtris: ⁊ eritis mihi i populũ, ⁊ ego
ero vobis in Deũ, dicit dñs omps.

Ps.33 Gradua. Uenite filij, audite me, timo
rem dñi docebo vos. ℣. Accedite ad eum,
⁊ illuminamini: ⁊ facies veſtre non con
fundentur. Hic dĩ Dominus vobiſcũ,
ſine Flectamus genua. Oremus.

PReſta, queſumus omnipotẽs
Deꝰ: vt, quos ieiunia votiua
caſtigant, ipſa quoq; deuotio ſan
cta letificet: vt terrenis affectibus
mitigatis, facilius celeſtia capia
mus. Per dominum noſtrum Je.

Alie orationes. Cunctis nos. 28.

Lectio Jſaie prophete.

HEc dicit dominus. Lauami cap.1.
ni, mundi eſtote, auferte ma
lum cogitationum veſtrarum ab
oculis meis. Quieſcite agere per
uerſe, diſcite bene facere. Querite
iudicium: ſubuenite oppreſſo, iu
dicate pupillo, defendite viduam.
Et venite, ⁊ arguite me, dicit do
minꝰ. Si fuerint peccata veſtra vt
coccinum: quaſi nix dealbabũtur.
Et, ſi fuerint rubra quaſi vermicu
lus, velut lana, alba erũt. Si volue
ritis, ⁊ audieritis me: bona terre
comedetis. Dicit dñs omnipotẽs.

Graduale. Beata gens, cuius dñs eſt Ps.32
Deus eorum: populus quem elegit dñs in
hereditatem ſibi. ℣. Uerbo dñi celi firmati
ſunt: ⁊ ſpiritu oris eius omnis virtꝰ eorum.

Tractus. Domine, non ſecundum pec Ps.102
cata noſtra, que fecimus nos: neq; ſecũdũ
iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣.
Domine ne memineris iniquitatũ noſtra
rũ antiquarũ: cito anticipẽt nos miſericor
die tue, qa pauperes facti ſumus nimis. ℣.
Adiuua nos Deꝰ ſalutaris noſter: ⁊ ppter Ps.78
gloriã nois tui dñe libera nos: ⁊ ppitius
eſto peccatis noſtris propter nomen tuũ.

Sequẽtia ſcti euãg. ſm Johannẽ.

IN illo tempore. Preteriens ca.9
Jeſus, vidit hominem cecum
a natiuitate. Et interrogauerunt
eũ diſcipuli eius. Rabbi: quis pec
cauit, hic, aut parẽtes eius, vt cecꝰ
naſceretur? Reſpõdit Jeſus. Ne
que hic peccauit, neque parentes
eius: ſed vt manifeſtent opera Dei
in illo. Me oportet operari opera
eius,

eius,q̄ miſit me,donec dies eſt. Ue
nit nox,quādo nemo poteſt opera
ri. Quandiu in mūdo ſum,lux ſum
mūdi. Hęc cū dixiſſet, expuit in ter
ram,ꝛ fecit lutū ex ſputo: ꝛ liniuit
lutū ſup oculos eius,ꝛ dixit ei. Ua
de:laua ĩ natatoria Siloe,qđ inter
ptatr̄ miſſus. Abijt ergo, ꝛ lauit:
ꝛ venit videns. Itaqꝫ vicini, ꝛ qui
viderant eū prius,quia mendicus
erat,dicebāt. Nonne hic eſt q̄ ſede
bat,ꝛ mendicabat? Alij dicebant,
q̄a hic eſt. Alij autē, nequaquā, ſed
ſimilis ei⁹ eſt. Ille vero dicebat,q̄a
ego ſuꝫ. Dicebāt ergo ei. Quomo
do apti ſunt tibi oculi? Reſpōdit.
Ille homo,q̄ dicitur Ieſus,lutū fe
cit:ꝛ vnxit oculos meos,ꝛ dixit mi
hi. Uade ad natatoriam Siloe, ꝛ
laua. Et abij, ꝛ laui,ꝛ vidi. Dixe
rūt ergo ei. Ubi eſt ille. Ait: Neſcio
Adducūt eū ad Phariſeos, q̄ cęc⁹
fuerat. Erat autē ſabbathū quan
do lutū fecit Ieſus, ꝛ aperuit ocu
los eius. Iterū ergo interrogabāt
eū phariſei,quomodo vidiſſet. Il
le autē dixit eis. Lutū poſuit mihi
ſup oculos,ꝛ laui,ꝛ video. Dicebāt
ergo ex phariſeis quidā. Non eſt
hic homo a Deo,qui ſabbathū nō
cuſtodit. Alij autē dicebant. Quo
modo poteſt homo peccator hęc
ſigna facere? Et ſchiſma erat inter
eos. Dicunt ergo cęco iterum. Tu
quid dicis de eo,q̄ aperuit oculos
tuos? Ille autē dixit, Quia ꝓphe
ta eſt. Nō crediderūt ergo Iudęi
de illo,quia cęcus fuiſſet,ꝛ vidiſſet:
donec vocauerunt parentes eius
qui viderat,ꝛ interrogauerūt eos,
dicentes,Hic eſt filius veſter, quē
vos dicitis q̄a cęcus nat⁹ eſt? Quo
modo ergo nunc videt? Reſpōde
runt eis parētes eius, ꝛ dixerunt.
Scimus q̄a hic eſt filius noſter, ꝛ
q̄a cęcus natus eſt:quomodo autē
nunc videat,neſcimus:aut q̄s eius
aperuit oculos,nos neſcim⁹. Ipſū
interrogate:ętatem habet:ipſe de
ſe loquatur. Hęc dixerunt parētes
eius:q̄a timebant Iudęos. Iā eniꝫ
conſpirauerant Iudęi,vt ſiquis eū
confiteretur Chriſtum,extra ſyna
gogam fieret. Propterea paren
tes ei⁹ dixerūt. Quia ętatē habet,
ipſum interrogate. Uocauerūt er
go rurſuꝫ hominē q̄ fuerat cęcus,
ꝛ dixerūt ei. Da gloriaꝫ Deo. Nos
ſcimus q̄a hic homo peccator eſt.
Dixit ergo ille. Si peccator eſt,ne
ſcio:vnū ſcio,q̄a cū cęcus eſſeꝫ, mo
do video. Dixerūt ergo illi. Quid
fecit tibi? Quomodo aperuit tibi
oculos? Reſpōdit eis. Dixi vobis
iam ꝛ audiſtis:q̄d iteruꝫ vultis au
dire? Nunquid ꝛ vos vultis diſci
puli eius fieri? Maledixerūt ergo
ei,ꝛ dixerunt. Tu diſcipulus eius
ſis:nos autē Moyſi diſcipuli ſum⁹.
Nos ſcimus,q̄a Moyſi locutus eſt
Deus: hunc autē neſcimus vnde
ſit. Reſpondit ille homo, ꝛ dixit
eis. In hoc enim mirabile eſt,quia
vos neſcitis vnde ſit:ꝛ aperuit ocu
los meos. Scimus auteꝫ quia pec
catores Deus non audit:ſed ſiquis
cultor Dei eſt, ꝛ voluntatem eius
facit, hunc exaudit. A ſeculo non
eſt auditum, quia aperuit quis
oculos cęci nati. Niſi eſſet hic a
Deo,nō poterat facere quicquaꝫ.
Reſponderunt, ꝛ dixerunt ei. In
peccatis

peccatiſ natuſ es totus:ꝛ tu doceſ
nos? Et eiecérunt eũ foꝛas. Audi-
uit autem Jeſus,quia eiecerũt euȝ
foꝛas: ꝛ cum inueniſſet eum, dixit
ei.Tu credis in filium Dei? Reſpõ
dit ille,ꝛ dixit.Quis eſt domine,vt
credam in eum? Dixit ei Jeſuſ:Et
vidiſti eum,ꝛ qui loquitur tecum,
ipſe eſt.At ille ait. Credo domine.
Hic genuflectitur. Et prócidens adoꝛauit eum.

Ps.65. Offerto. Benedicite gentes dñm Deũ
noſtrum,obaudite vocem laudis eius: qui
poſuit animam meam ad vitam, ꝛ non de-
dit commoueri pedes meos: benedictus
dominus, qui non amouit depꝛecationem
meam,ꝛ miſericoꝛdiam ſuam a me. Secr.

SUpplices te rogamus omni-
potens Deus: vt his ſacrifi-
cijs peccata noſtra mundentur:q̃a
tunc veram nobis tribuis, ꝛ men-
tis,ꝛ coꝛpoꝛis ſanitatem. Per do.
Alię ſecretę. Exaudi nos Deus.29.
Communio. Lutum fecit ex ſputo do
Joh.9. minus,ꝛ liniuit oculos meos:ꝛ abij, ꝛ laui,
ꝛ vidi,ꝛ credidi Deo. Poſtcommu.

SAcramenta,quę ſumpſimus,
domine Deus noſter,ꝛ ſpiri-
tualibus nos repleant alimentis,
ꝛ coꝛpoꝛalibus tueantur auxilijs.
Per dominum noſtrum Jeſum.
Alię poſtcommuniones. Mundet.29.
Super populum. Oremus.
Humiliate capita veſtra Deo.

PAteát aures miſericoꝛdię tuę
domine,pꝛecibus ſupplican-
tium:ꝛ, vt petentibus deſiderata
concedas:fac eoſ,quę tibi ſunt pla
cita,poſtulare.Per dominum no-
ſtrum Jeſum Chꝛiſtum filiũ tuuȝ,
Qui tecum viuit ꝛ regnat in vnit.

FERIA QVINTA.
Statio ad ſanctum Sylueſtrum ꝛ Martinum. Introitus. dies 30 xl.



LÆtetur coꝛ quę- Ps.104
rentium dñm: q̃-
rite dominum,ꝛ confir
mamini,quęrite faciem
eius ſemp. Ps. Confi-
temini dño, ꝛ inuocate
nomẽ eius:annunciate
inter gentes opera ei⁹.
℣. Gloria patri,ꝛ filio. Oremus.

PReſta,q̃s opſ Deus:vt,quos
ieiunia votiua caſtigant, ipſa
quoque deuotio ſancta lętificet:vt
terrenis affectibus mitigatis, faci
lius cęleſtia capiamus. Per dñm.
Alię orationes. A cunctis nos.28.
Lectio libꝛi Regum.

IN diebus illis:Uenit múlier 4.cap.4
Sunamitis ad Eliſeuȝ in mõ
tem Carméli.Cumq̃ȝ vidiſſet eaȝ
vir Dei de cõtra,ait ad Giezi pue-
rum ſuum: Ecce Sunamitis illa.
Uade ergo in occurſum eius,ꝛ dic
ei.Recte ne agitur circa te, ꝛ circa
virum tuum,ꝛ circa filium tuum?
Quę reſpondit. Recte.Cumq̃ȝ ve
niſſet ad virum Dei in monteȝ,ap-
pꝛehẽdit pedes eiuſ:ꝛ acceſſit Gie
ȝi,vt amouéret eam. Et ait homo
Dei. Dimitte illam: anima enim
eius in amaritudine eſt:ꝛ dñs cela
uit a me,ꝛ nõ indicauit mihi. Quę
dixit illi. Nunquid petiui filium a
dño meo? Nunqd nõ dixi tibi,ne il
ludas me? Et ille ait ad Giezi. Ac-
cinge lũbos tuos,ꝛ tolle baculum
meũ in manu tua:ꝛ vade.Si occur
rerit tibi homo,nõ ſalutes eũ: ꝛ, ſi
ſalutauerit te qſpiã, nõ reſpõdeas
illi:

illi: ⁊ pones baculũ meũm ſuper faciem pueri. Porro mater pueri ait. Uiuit dominꝰ, ⁊ viuit aĩa tua, non dimittam te. Surrexit ergo, ⁊ ſecutus eſt eam. Gieȝi autẽ pre ceſſerat ante eos, ⁊ poſuerat baculum ſuper faciem pueri: ⁊ non erat vox, neqꝫ ſenſus. Reuerſuſque eſt Gieȝi in occurſum eius: ⁊ nũciauit ei, dicens. Non ſurrexit puer. Ingreſſus eſt ergo Eliſeus domum. Et ecce puer mortuꝰ iacebat in lectulo eiꝰ. Ingreſſuſqꝫ clauſit oſtiũ ſup ſe, ⁊ ſuper puerum: ⁊ orauit ad dñm. Et aſcẽdit: ⁊ incubuit ſuper puerũ, poſuitqꝫ os ſuũ ſup os eius, ⁊ oculos ſuos ſuper oculos eius: ⁊ manus ſuas ſup manus eius: ⁊ incuruauit ſe ſuper eum, ⁊ calefacta eſt caro pueri. At ille reuerſus, deambulauit ĩ domo ſemel huc, atqꝫ illuc: ⁊ aſcẽdit, ⁊ incubuit ſup eũ: ⁊ oſcitauit puer ſepties, aperuitqꝫ oculos. At ille vocauit Gieȝi, ⁊ dixit ei. Uoca Sunamitidem hanc. Que vocata, ingreſſa eſt ad eum. Cui ait. Tolle filium tuum. Uenit autẽ illa, ⁊ corruit ad pedes eius: ⁊ adorauit ſup terram. Tulitqꝫ filium ſuum, ⁊ egreſſa eſt. Eliſeus vero reuerſus eſt in Galgala.

Ps.73. **Graduale.** Reſpice domine in teſtamentum tuum: ⁊ animas pauperum tuorum ne obliuiſcaris in finem. ℣. Exurge domine, ⁊ iudica cauſam meã: memor eſto opprobrij ſeruorum tuorum.

Lu.7. **Sequentia ſancti euãg. ſm Lucam.**

In illo tempore: Ibat Ieſus in ciuitatẽ, que vocat̃ Naim, ⁊ ibant cũ illo diſcipuli eiꝰ, ⁊ turba copioſa. Cum autẽ appropinquaret porte ciuitatis: ecce defunctus efferebatur, filius vnicus matris ſue. Et hec vidua erat: ⁊ turba ciuitatis multa cum illa. Quã cum vidiſſet dominus: miſericordia motus ſuper eam dixit illi. Noli flere. Et acceſſit, ⁊ tetigit loculũ. Hi autẽ qui portabant, ſteterũt. Et ait. Adoleſcens, tibi dico: ſurge. Et reſedit qui erat mortuus: ⁊ cepit loqui. Et dedit illum matri ſue. Accepit autẽ oẽs timor: ⁊ magnificabant Deum, dicẽtes. Quia ꝓpheta magnꝰ ſurrexit in nobis: ⁊ qa Deus viſitauit plebem ſuam. Ps.69

**Offertorium.** Domine ad adiuuandũ me feſtina: cõfundantur omnes aduerſum me, q cogitãt ſeruis tuis mala. **Sec.**

Purifica nos miſericors Deꝰ: vt eccleſie tue preces, que tibi grate ſunt, pia munera deferẽtes, fiant expiatis mentibus gratiores. Per dominum noſtrum Ieſ.

**Alie ſecrete.** Exaudi nos Deus. 29. Ps.70

**Communio.** Domine memorabor iuſtitie tue ſolius: Deus docuiſti me a iuuentute mea: ⁊ vſqꝫ in ſenectam, ⁊ ſenium: Deꝰ ne derelinquas me. **Poſtcommunio.**

Celeſtia dona capiẽtibꝰ, que ſumus domine, ne ad iudiciũ prouenire patiaris, que fidelibus tuis ad remedium prouidiſti. Per dominum noſtrum Ieſum Chri.

**Alie poſtcommuniones.** Mundet. 29.

**Super populum.** Oremus.

Humiliate capita veſtra Deo.

Populi tui Deus inſtitutor, ⁊ rector: peccata, quibus impugnatur, expelle: vt ſemper tibi placitus, ⁊ tuo munimine ſit ſecurus. Per dominũ noſtrũ Ieſum.

31.dies xl. FERIA SEXTA

Statio ad S. Euſebium. Introit.

ps.18 Meditatio cordis mei
in ɔſpectu tuo ſemp:
dñe adiutoꝛ meus, ⁊
redemptoꝛ meus. ps.
Celi enarrant gloꝛiã
Dei: ⁊ opera manuũ
eius annunciat firma
mentum. ℣. Gloꝛia patri. Oꝛemus.

Deus, qui ineffabilibus mun
dum rénouas ſacramẽtis: ꝑ
ſta q̃s: vt eccleſia tua, ⁊ ęternis pro
ficiat inſtitutis, ⁊ tẽpoꝛalibus non
deſtituatur auxilijs. Per dominũ.

Alię orationes. A cunctis nos. 28.

Lectio libri Regum.

3.re.17 In diebus illis: Ægrotauit fi
liꝰ mulieris matrisfamilias:
⁊ erat languoꝛ fortiſſimus, ita vt
nó remaneret in eo hálitus. Dixit
ergo ad Eliam. Quid mihi, ⁊ tibi
vir Dei? Ingreſſus es ad me, vt re
memorarentur iniquitates meę: ⁊
interficeres filiũ meũ? Et ait ad eá
Elias. Da mihi filiũ tuũ. Tulitqȝ
eũ de ſinu illius: ⁊ portauit in cęna
culũ vbi ipſe manebat: ⁊ poſuit ſu
per lectulũ ſuũ: ⁊ clamauit ad dñm,
⁊ dixit. Dñe Deus meus, etiámne
viduã, apud quá ego vtcũqȝ ſuſtẽ
toꝛ afflixiſti: vt interficeres filiũ eiꝰ?
Et expãdit ſe, atqȝ menſus eſt ſup
puerũ tribus vicibus: clamauitqȝ
ad dñm, ⁊ dixit. Dñe Deus meus,
reuertat, obſecro, aia pueri huius
in viſcera eiꝰ. Exaudiuit auté dñs
vocẽ Elię: ⁊ reuerſa eſt aia pueri in
tra eũ, ⁊ reuixit. Tulitqȝ Elias pue
rum: ⁊ depoſuit eum de cęnaculo
in inferioꝛem domũ, ⁊ trádidit ma
tri ſuę. Et ait illi. En viuit filiꝰ tuꝰ.
Dixitqȝ mulier ad Eliã. Nunc in
iſto cognoui, quoniá vir Dei es tu:
⁊ verbuȝ dñi in oꝛe tuo verum eſt.

Grad. Bonum eſt confidere in dño, q̃ ps.117
confidere in homine. ℣. Bonũ eſt ſperare
in domino, quàm ſperare in pꝛincipibus.

Tractus. Dñe non ſm peccata noſtra ps.102
quę fecimus nos: neqȝ ſecundum iniquita
tes noſtras retribuas nobis. ℣. Domine,
ne memineris iniquitatum noſtrarum anti
quarum: cito anticipent nos miſericoꝛdię
tuę, quia pauperes facti ſumus nimis. ℣. ps.78.
Adiuua nos Deus ſalutaris noſter: ⁊ ꝓpter
gloꝛiã nois tui dñe libera nos, ⁊ pꝛopitius
eſto peccatis noſtris pꝛopter nomẽ tuum.

Sequẽtia ſcti euág. ſm Johannẽ.

In illo tpe: Erat qdá languẽs cap.11
Lazarus a Bethania, de ca
ſtello Marię ⁊ Marthę ſoroꝛ eiꝰ.
(Maria auté erat, q̃ vnxit dñm vn
guẽto, ⁊ extérſit pedes eius capil
lis ſuis: cuius frater Lazarꝰ infir
mabat.) Miſerũt ergo ſoroꝛes eiꝰ
ad eum dicentes. Dñe, ecce quem
amas, infirmat. Audiens auté Je
ſus, dixit eis. Infirmitas hęc nó eſt
ad mortẽ, ſed ꝑ gloꝛia Dei: vt glori
ficet filius Dei p eá. Diligebat auté
Jeſus Marthá, ⁊ ſoroꝛẽ eius Ma
riam, ⁊ Lazarum. Ut ergo audiuit
qꝛ infirmabat, tunc quidẽ manſit
in eodẽ loco duobus diebus. De
inde poſt hęc dixit diſcipulis ſuis.
Eamus in Judęá iterũ. Dicunt ei
diſcipuli. Rabbi, nũc quęrebát te
Judęi lapidare: ⁊ iterũ vadis illuc?
Reſpódit Jeſus. Nõne duodecim
horę ſunt diei? Siqs ambulauerit
in die, nó offendit, qꝛ lucem huius
mũdi videt. Si aũt ambuláuerit in
nocte

nocte offendit: qa lux nõ eſt in eo.
Hec ait. Et poſt hec dicit eis: Laza-
rus amicꝰ noſter doꝛmit: ſed vado,
vt a ſomno excitem eũ. Dixerunt
ergo diſcipuli eius. Dñe, ſi doꝛmit,
ſaluus erit. Dixerat autẽ Jeſus de
moꝛte eius: illi autẽ putauerũt qa
de doꝛmitione ſomni diceret. Tũc
ergo dixit eis Jeſus manifeſte: La-
zarus moꝛtuꝰ eſt: ⁊ gaudeo ꝓpter
vos, vt credatis, quoniã non eraȝ
ibi. Sed eamus ad eũ. Dixit ergo
Thomas, q dicit Didymꝰ, ad cõdi-
ſcipulos. Eamꝰ ⁊ nos, ⁊ moꝛiamur
cũ eo. Venit itaqȝ Jeſus: ⁊ inuenit
eũ quatuoꝛ dies iã in monumẽto
habẽtẽ. (Erat aũt Bethania iuxta
Jeroſolymã quaſi ſtadijs quinde-
ciȝ.) Multi auteȝ ex Judeis vene-
rãt ad Marthã ⁊ Mariã, vt cõſola-
rentur eas de fratre ſuo. Martha
ergo vt audiuit qa Jeſus venit, oc-
currit illi. Maria autẽ domi ſede-
bat. Dixit ergo Martha ad Jeſũ.
Dñe, ſi fuiſſes hic, frater meus nõ
fuiſſet moꝛtuus. Sed ⁊ nũc ſcio, qa
quecũqȝ popóſceris a Deo, dabit
tibi Deus. Dicit illi Jeſus. Reſur-
get frater tuus. Dicit ei Martha.
Scio, qa reſurget ĩ reſurrectione
ĩ nouiſſimo die. Dicit ei Jeſꝰ. Ego
ſum reſurrectio ⁊ vita. Qui credit
in me: etiã ſi moꝛtuus fuerit, viuet.
Et oĩs qui viuit, ⁊ credit in me, nõ
moꝛiet in eternũ. Credis hoc? Ait
illi. Utiqȝ dñe: ego credidi, qa tu es
Chrs filiꝰ Dei viui, q in hũc mũdũ
veniſti. Et cũ hec dixiſſet, abijt, ⁊ vo-
cauit Mariã ſoꝛoꝛẽ ſuã ſilentio, di-
cẽs: Magiſter adeſt, ⁊ vocat te. Il-
la auteȝ, vt audiuit, ſurrexit cito, ⁊
venit ad eũ. Nõdũ eniȝ venerat Je-
ſus in caſtellũ: ſed erat adhuc in lo-
co illo, vbi occurrerat ei Martha.
Judei ergo, q erãt cũ ea in domo,
⁊ cõſolabant eã, cũ vidiſſent Ma-
riã, quia cito ſurrexit. ⁊ exijt, ſecuti
ſunt eã dicẽtes. Quia vadit ad mo-
numẽtũ, vt ploꝛet ibi. Maria ergo
cũ veniſſet vbi erat Jeſus: videns
eũ, cecidit ad pedes eius, ⁊ dixit ei.
Dñe, ſi fuiſſes hic, nõ eſſet moꝛtuus
frater meꝰ. Jeſus ergo vt vidit eaȝ
ploꝛãtẽ, ⁊ Judeos, q venerãt cũ ea,
ploꝛãtes, ĩfremuit ſpiritu, ⁊ turba-
uit ſemetipſum, ⁊ dixit. Ubi poſui-
ſtis eũ? Dicũt ei. Dñe, veni, ⁊ vide.
Et lacrymatꝰ eſt Jeſus. Dixerũt
ergo Judei. Ecce quomodo ama-
bat eũ. Quidã aũt ex ipſis dixerũt.
Nõ poterat hic, q aperuit oculos
ceci nati, facere, vt ⁊ hic nõ moꝛere-
tur? Jeſus ergo rurſuȝ fremẽs in ſe-
metipſo, venit ad monumentum.
Erat autẽ ſpelũca: ⁊ lapis ſuperpo-
ſitꝰ erat ei. Ait Jeſus. Tollite lapi-
dẽ. Dicit ei Martha ſoꝛoꝛ eius qui
moꝛtuꝰ fuerat. Dñe, iã fetet: quatri-
duanꝰ eniȝ eſt. Dicit ei Jeſus. Nõ-
ne dixi tibi, qm̃ ſi credideris, vide-
bis gloꝛiã Dei? Tulerũt ergo lapi-
dẽ. Jeſus autẽ eleuatis oculis ſur-
ſũ, dixit. Pater, grãs ago tibi, qm̃
audiſti me. Ego aũt ſciebã qa ſem-
per me audis: ſed ꝓpter populũ q
circunſtat, dixi: vt credant quia tu
me miſiſti. Hec cum dixiſſet, voce
magna clamauit. Lazare, veni fo-
ras. Et ſtatiȝ ꝓdijt, qui fuerat moꝛ-
tuus ligatus manus ⁊ pedes inſti-
tis: ⁊ facies illiꝰ ſudario erat ligata.
Dixit eis Jeſꝰ. Soluite eũ, ⁊ ſinite
abire.

abire. Multi ergo ex Judęis, q venerāt ad Mariā ꝛ Marthā, ꝛ viderāt q̄ fecit Jeſus, crediderūt in eū.

Ps.71 Offertorium. Populum humilē ſaluum facies dñe, ꝛ oculos ſuperborum humiliabis: q̄m quis De⁹ preter te dñe. Sec.

MUnera nos domine, q̄s, oblata purificent: ꝛ te nobis iugiter faciāt eſſe placatum. Per dñm.

Alię ſecretę. Exaudi nos Deus. 29.

Jo.11 Communio. Uidens dominus flentes ſorores Lāzari ad monumentum, lacrymatus eſt coram Judęis, ꝛ exclamauit, Lazare veni foras: ꝛ prodijt ligatis manibus, ꝛ pedibus, qui fuerat quatriduanus mortuus.

Poſtcommunio.

HÆc nos, q̄s dñe, participatio ſacramēti, ꝛ a proprijs reatibus indeſinēter expediat: ꝛ ab omnibus tueatur aduerſis. Per do.

Alię poſtcommuniones. Mundet. 29.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita veſtra Deo.

DA nobis, q̄s omp̄s Deus: vt, qui infirmitatis noſtrę conſcij, de tua virtute confidimus, ſub tua ſemper pietate gaudeamus. P.

32. dies xl. SABBATHO

Statio ad ſanctum Nicolaum in carcere. Introitus.

Is.56 SItientes venite ad aquas, dicit dominus: ꝛ qui non habetis pretium, venite, ꝛ bibite cum letitia. Ps. Attendite popule meus legem meā: inclinate aurem veſtrā in verba oris mei. ℣. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ ſpiritui ſan. Oremus.

FIat, quęſumus dñe p gratiā tuā fructuoſus noſtrę deuotionis affectus: quia tunc nobis proderunt ſuſcepta ieiunia, ſi tuę ſint placita pietati. Per dominū no.

Alię orationes. A cunctis nos. 28.

Lectio Iſaię prophetę.

HÆc dicit dominus. In tēpore placito exaudiui te: ꝛ in die ſalutis auxiliatus ſum tui. Et ſeruaui te: ꝛ dedi te in fędus populi: vt ſuſcitares terram: ꝛ poſſidéres hereditates diſſipatas: vt diceres his qui vincti ſunt, exite: ꝛ his qui in tenebris ſunt, reuelamini. Super vias paſcētur: ꝛ in omnib⁹ planis paſcua eorū. Nō eſurient, neq̃, ſitient: ꝛ nō percutiet eos ęſtus ꝛ ſol: quia miſerator eorum reget eos: ꝛ ad fontes aquarū potabit eos. Et ponam oēs montes meos in viā: ꝛ ſemitę meę exaltabuntur. Ecce iſti de lōge venient: ꝛ ecce illi ab aquilone ꝛ mari: ꝛ iſti de terra auſtrali. Laudate cęli, ꝛ exulta terra, iubilate mōtes laudem: q̄a cōſolat⁹ eſt dñs populum ſuū, ꝛ pauperū ſuorū miſerebitur. Et dixit Siō. Dereliquit me dñs: ꝛ dñs oblitus eſt mei. Nunquid obliuiſci poteſt mulier īfantē ſuū, vt nō miſereat̄ filio vteri ſui: ꝛ, ſi illa oblita fuerit: ego tñ nō obliuiſcar tui, dicit dñs oῑs. Cap.49.

Graduale. Tibi domine derelictus eſt pauper: pupillo tu eris adiutor. ℣. Ut quid domine receſſiſti longe, deſpicis in opportunitatibus in tribulatione: dum ſuperbit impius, incenditur pauper. Ps.9

Sequētia ſcti euāg. ſm̄ Johannē. Ca.8.

IN illo tempore: Dicebat Jeſus turbis Judęorum: Ego ſum lux mundi. Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris: ſed habebit

bebit lumen vitę. Dixerunt ergo
ei phariſęi. Tu de teipſo teſtimoniũ
perhibes: teſtimonium tuum non
eſt verum. Reſpondit Jeſus, ⁊ di-
xit eis. Etſi ego teſtimonium per-
hibeo de meipſo: veruꝫ eſt teſtimo
nium meum: quia ſcio vnde veni, ⁊
quo vado. Uos auté neſcitis vnde
venio, aut quo vado. Uoſ ſecundũ
carnem iudicatis: ego non iudico
quemq̃. Et, ſi ego iudico, iudiciuꝫ
meum verum eſt: quia ſolus non
ſum, ſed ego ⁊ qui miſit me pater.
Deu.17. Et in lege veſtra ſcriptuꝫ eſt: quia
duorum hominum teſtimoniũ ve-
rum eſt. Ego ſum, qui teſtimoniuꝫ
perhibeo de meipſo: ⁊ teſtimoniũ
perhibet de me, q miſit me pater.
Dicebãt ergo ei. Ubi eſt pr̃ tuus?
Reſpondit Jeſus. Neqꝫ me ſcitis:
neqꝫ patrem meũ. Si me ſciretis;
forſitan ⁊ patrem meum ſciretis.
Hęc verba locutus eſt Jeſus in
Gazophylatio, docens in templo.
Et nemo apprehendit eum: quia
nondum venerat hora eius.
ps.17. Offertorium. Factus eſt dominuſ fir
mamentum meum, ⁊ refugium meum, ⁊ li-
berator meus: ſperabo in eum. Secreta.
Oblationibus noſtriſ, q̃s dñe,
placare ſuſceptis: ⁊ ad te no-
ſtras etiam rebelles compelle pro
pitius voluntates. Per dominũ.
Alię ſecretę. Exaudi nos Deus.29.
ps.22 Côm. Dñſ regit me, ⁊ nihil mihi deerit:
in loco paſcuę ibi me collocauit: ſup aquaꝫ
refectioniſ educauit me. Poſtcommu.
Tua nos, q̃s dñe, ſancta purifi
cent: ⁊ operationis ſuę reme
dio tibi faciant eſſe placatoſ. Per.
Alię poſtcommuniones. Mundet.29.
M R. N.

Super populum. Oremus.
Humiliate capita veſtra Deo.
Deus, qui ſperantibus in te,
miſereri potius eligis, q̃ ira-
ſci: da nobis digne flere mala, quę
fecimus: vt tuę conſolationis gra-
tiã inuenire mereamur. Per dñm.

DOMINICA DE PASSIONE 33.dies xl.

Statio ad ſanctum Petrum.

¶ Ab hac Dominica Paſſioniſ, vſqꝫ ad
Sabbathum ſanctũ, excluſiue in miſſis de
tempore, omittitur ps. Judica me Deus,
cum Gloria patri. Sed dicto. In nomine
patris. Introibo, ⁊ Adiutorium noſtrum,
fit confeſſio. Introitus.



Iudica
me De', ps.42.
⁊ diſcerne cau-
ſaꝫ meã de gen-
te non ſancta:
ab homine ini-
quo, ⁊ doloſo eri
pe me: quia tu eſ
Deus meus, ⁊
fortitudo mea.
ps. Emitte lucem tuam, ⁊ veritatem tuaꝫ
ipſa me deduxerunt, ⁊ adduxerunt in mon-
tem ſanctum tuum, ⁊ in tabernacula tua.
Iudica. Nõ dr̃ Gloria patri. ad introi-
tum vſqꝫ ad Paſcha, niſi in miſſa de feſto
ſi occurrerit: ſed finito pſalmo, abſolute re-
petitur Introitus. Oremus.
Quęſumus omnipotẽſ Deuſ,
familiam tuam propitius re-
ſpice: vt te largiẽte regatur in cor-
pore, ⁊ te ſeruante cuſtodiatur in
mente. Per dominum noſtrum.
¶ Ab hac die vſqꝫ ad feriam quintam Cę
nę domini, poſt orationem diei, dicitur, vel
Cõtra pſecuto. Ecclię. Orem⁹.
Eccleſię tuę, q̃s dñe, preceſ pla

catus admitte: vt deſtructiſ aduerſitatibus ⁊ erroribus vniuerſis, ſecura tibi ſeruiat libertate. Per.

Uel pro Papa. Oratio.

DEus omnium fideliũ paſtor ⁊ rector: famulum tuum N. quez paſtoré eccleſię tuę preeſſe voluiſti, propiti⁹ reſpice: da ei, q̃s, verbo ⁊ exéplo quibus preeſt, proficere: vt ad vitam, vna cum grege ſibi credito, pueniat ſempiternã. Per.

Tertia oratio non dicitur.

Lcõ eplę b. Pauli aplĩ ad Hebr.

ca. 9 FRatres: Chriſtus aſſiſtens pontifex futurorum bonorũ, peramplius ⁊ perfectius tabernaculum non manu factum, id eſt, nõ huius creationis: Neqz per ſanguinem hircorum, aut vitulorum, ſed per proprium ſanguiné introiuit ſemel in Sancta, ęterna redemptione inuéta. Si eniz ſanguis hircorum, ⁊ taurorum, ⁊ cinis vitulę aſperſus, iquinatos ſanctificat ad emundationem carnis: quãto magis ſanguis Chriſti, q per ſpiritũz ſanctum ſemetipſuz obtulit immaculatum Deo, emundabit conſciẽtiam noſtrã ab operibus mortuiſ, ad ſeruiẽdũ Deo, viuenti? Et ideo noui teſtamenti mediator eſt: vt morte intercedéte, in redemptionem earum preuaricationum, quę erant ſub priori teſtamento, repromiſſionem accipiant, qui vocati ſunt, ęternę hereditatis: In Chriſto Jeſu domino noſtro.

ps. 142 Graduale. Eripe me domine de inimicis meis: doce me facere voluntaté tuã.

ps. 17 ℣. Liberator meus domine de gentibus iracundis: ⁊ ab inſurgentibus in me exaltabis me: a viro iniquo eripies me.

Tractus. Sępe expugnauerũt me a iuuentute mea. ps. 128 ℣. Dicat nunc Iſrael, ſępe expugnauerunt me a iuuẽtute mea. ℣. Etenim non potuerunt mihi: ſupra dorſum meum fabricauerunt peccatores. ℣. Prolongauerunt iniquitates ſuas: dominus iuſtus concidet ceruices peccatorum.

Sequẽtia ſcti euãg. ſm Johannẽ. ca. 8.

IN illo tempore: Dicebat Jeſus turbis Judęorũz ⁊ principibus ſacerdotum. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritaté dico vobis: quare nõ creditis mihi? Qui ex Deo eſt, verba Dei audit. Propterea vos nõ auditis, qa ex Deo nõ eſtis. Reſpõderunt igit Judei, ⁊ dixerũt ei. Nõne bene dicimuſ nos, qa Samaritan⁹ es tu, ⁊ demonium habes? Reſpõdit Jeſus. Ego demoniuz nõ habeo, ſed honorifico patré meum: ⁊ vos ihonoraſtis me. Ego auté nõ quęro gloriam meam: eſt qui quęrat, ⁊ iudicet. Amen amen dico vobis: ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, morté non videbit in ęternum. Dixerunt ergo Judęi. Nũc cognouimus qa demõniũ habes. Abrahaz mortuus eſt, ⁊ prophetę: ⁊ tu dicis: Si quis ſermonem meuz ſeruauerit, mortem non guſtabit in ęternum? Nunquid tu maior es patre noſtro Abraham, q mortuus eſt? Et pphetę mortui ſunt. Qué teipſuz facis? Reſpõdit Jeſus. Si ego glorifico meipſum: gloria mea nihil eſt. Eſt pater meus q glorificat me, qué vos dicitis qa De⁹ veſter eſt: ⁊ nõ cognouiſtiſ eum: ego auté noui eum. Et, ſi dixero qa non ſcio eum:

eu3: ero ſimilis vobis, médax. Sed ſcio eum, ⁊ ſermonem eius ſeruo. Abrahã pater veſter, exultauit vt videret diem meum: vidit, ⁊ gauiſus eſt. Dixerũt ergo Judei ad eũ. Quinquaginta annos nõdum habes, ⁊ Abraham vidiſti? Dixit eis Jeſus. Amen amen dico vobis: antequam Abraham fieret, ego ſum. Tulerunt ergo lapides, vt iácerent in eum. Jeſus autem abſcondit ſe: ⁊ exiuit de templo. Credo.

Ps. 118 Offerto. Confitebor tibi domine in toto corde meo: retribue ſeruo tuo, vt viuã, ⁊ cuſtodiam ſermones tuos: viuifica me ſecundum verbum tuum domine. Secre.

Hec munera, queſumus domine, ⁊ vincula noſtre prauitatis abſoluant, ⁊ tue nobis miſericordie dona concilient. Per dñm.

Oremus. Alia ſecreta, vel contra perſecutores Eccleſie.

Protege nos domine tuis myſterijs ſeruientes: vt diuinis rebus inherentes, ⁊ corpore tibi famulemur, ⁊ méte. Per dominũ.

Vel pro Papa.

Oblatis, qs dñe, placare muneribus: ⁊ famulum tuũ N. quẽ paſtoré Eccleſie tue preeſſe voluiſti, aſſidua protectione guberna. Per dñm nrm Jeſum Chrm filiũ tuũ, q tecũ viuit ⁊ regnat in vnitate ſpũs ſancti Deus. Per omnia ſecula ſeculorum. R. Amé. Dominus vobiſcu3. R. Et cum ſpiritu tuo. V. Surſu3 corda. R. Habemus ad dñm. V. Gratias agamus dño Deo nro. R. Dignũ ⁊ iuſtum eſt. Vere dignũ ⁊ iuſtum eſt, equum ⁊ ſalutare. Nos tibi ſemper ⁊ vbique



gratias agere, dñe ſancte, Pater omnipotens, eterne Deus. Qui ſalutem humani generis, in ligno crucis conſtituiſti, vt vnde mors oriebat, inde vita reſurgeret: Et qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceret per Chrm dñm noſtrũ: per qué maieſtaté tua3 laudant angeli, adorát dñationes, tremunt poteſtates: celi, celorũq3 virtutes, ac beata Seraphim, ſocia exultatione concelebrát: cum quibus ⁊ noſtras voces, vt admitti iubeas deprecamur, ſupplici cõfeſſione dicentes, Sanctus, Sanctus, Sanctus dñs Deus ſabaoth. Pleni ſunt celi ⁊ terra gloria tua, hoſanna in excelſis. Benedictus qui venit in noie dñi, hoſanna in excelſis. Te igitur clementiſſime pater.

vt in canone: que prefatio dicitur quotidie vſq3 ad feria3 v. in cena Domini incluſiue.

Commu. Hoc corpus, quod pro vobis tradet: hic calix noui teſtaméti eſt í meo ſanguine, dicit dñs: hoc facite, quotieſcũq3 ſumitis, in meã cõmemorationé. Poſtcõm.

Adeſto nobis domine Deus noſter: ⁊ quos tuis myſterijs recreaſti, perpetuis defende ſubſidijs. Per dominum noſtrum. ⁊c.

Oremus. Altera poſtcommunio vel contra perſecutores Eccleſie.

Queſumus dñe Deus noſter: vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non ſinas ſubiacére periculis. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtu3.

Vel pro Papa.

Hec nos, queſumus dñe, diuini ſacramenti perceptio protegat: ⁊ famulum tuum N. quem paſtorem

ſtorem eccleſię tuę pręeſſe voluiſti,
vna cum commiſſo ſibi grege, ſal‑
uet ſemper, ⁊ muniat. Per domi.

dies 34 xl. FERIA SECVNDA.

Statio ad ſanctum Chryſogonũ.

Non dicitur ps. Judica. Introitus.

ps.55. MIſerere mihi domine quoniam conculcauit me homo: tota die bellans tribulauit me. ps. Conculcauerunt me inimici mei tota die, quoniam multi bellantes aduerſum me.

Miſerere mihi domine. Oremus.

SAnctifica, quęſumus domine, noſtra ieiunia: ⁊ cunctarum nobis indulgentiaꝫ propitius lar‑
gire culparuꝫ. Per dominum no. poſtea Eccleſię tuę. vel. Deus omnium fidel. vt ſupra in dñica Paſſionis.

Lectio Jonę prophetę.

ca.3 IN diebus illis. Factum eſt verbum domini ad Jonam prophetam ſecundo dicens. Surge, ⁊ vade in Niniuen ciuitatẽ magnam: ⁊ pręedica in ea pręedicationem, quã ego loquar ad te. Et ſurrexit Jonas, ⁊ abiit in Niniuẽ iuxta verbũ dñi. Et Niniue erat ciuitas magna, itinere dierũ triuꝫ. Et cępit Jonas introire in ciuitatem itinere diei vnius: ⁊ clamauit, ⁊ dixit. Adhuc quadraginta dies, ⁊ Niniue ſubuertetur. Et crediderunt viri Niniuitę in dñm: ⁊ pręedicauerunt ieiunium: ⁊ veſtiti ſunt ſaccis a maiore vſqꝫ ad minorem. Et peruenit verbum ad regem Niniue. Et ſurrexit de ſolio ſuo: ⁊ abiecit veſtimentum ſuum a ſe: ⁊ indutus eſt ſacco: ⁊ ſedit in cinere. Et clamauit, ⁊ dixit in Niniue ex ore regis, ⁊ principum eius dicens. Homines, ⁊ iumenta, ⁊ boues, ⁊ pecora non guſtent quicquaꝫ, nec paſcantur, ⁊ aquam non bibant. Et operiantur ſaccis homines ⁊ iumẽta: ⁊ clament ad Dñm in fortitudine. Et cõuertatur vir a via ſua mala; ⁊ ab iniquitate quę eſt in manibꝰ eorum. Quis ſcit, ſi conuertatur, ⁊ ignoſcat Deus: ⁊ reuertatᷣ a furore irę ſuę, ⁊ non peribimus? Et vidit Deus opera eorum, quia conuerſi ſunt de via ſua mala: ⁊ miſertus eſt populo ſuo dominꝰ Deus noſter.

Graduale. Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei. ℣. Deus in nomine tuo ſaluum me fac: ⁊ in virtute tua libera me. ps.53.

Tractus. Domine, non ſecundũ peccata noſtra quę fecimus nos: neqꝫ ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis. ps.102.
℣. Domine ne memineris iniquitatuꝫ noſtrarum antiquarum: cito anticipent nos miſericordię tuę, quia pauperes facti ſumꝰ nimis. ℣. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter: ⁊ propter gloriam nominis tui domine libera nos: ⁊ propitius eſto peccatis noſtris, propter nomen tuum. ps.87.

Sequẽtia ſcti euãg. ſm Johannẽ. ca.7.

IN illo tpe: Miſerunt principes ⁊ pharisęi miniſtros: vt apprehẽderẽt Jeſum. Dixit ergo eis Jeſus. Adhuc modicũ tempus vobiſcũ ſum: ⁊ vado ad eũ q miſit me. Quęretis me, ⁊ nõ inuenietis: ⁊ vbi ſum ego, vos nõ poteſtis venire. Dixerũt ergo Judęi ad ſemet ipſos. Quo hic iturus eſt, quia nõ inueniemus eũ? Nũquid in diſperſionem

ſionē gētiū iturus eſt, ⁊ docturus
gētes? Quis eſt hic ſermo quē di-
xit: Quęretis me, ⁊ nō inuenietis: ⁊
vbi ego ſum, vos nō poteſtis veni-
re? In nouiſſimo autē die magno
feſtiuitatis, ſtabat Jeſus: ⁊ clama-
bat, dicēs. Si qs ſitit, veniat ad me,
⁊ bibat. Qui credit i me, ſicut dicit
ſcriptura, flumina d̄ vētre ei⁹ fluēt
aquę viuę. Hoc autē dixit de ſpū,
quē accepturi erāt credētes in eū.

Ps. 6. Offertorium. Domine conuertere ⁊
eripe animam meam: ſaluum me fac pro-
pter miſericordiam tuam. Secreta.

Concede nobis dñe Deus no-
ſter: vt hec hoſtia ſalutaris, ⁊
noſtrorū fiat purgatio delictorū, ⁊
tuę propitiatio maieſtatis. Per d.
vel Protege. vel Oblat. 58. Cōm.

Ps. 23. Dñs virtutū ipſe eſt rex glorię. Poſtc.

Sacramēti tui, qs dñe, partici-
patio ſalutaris, ⁊ purificatio-
nē nobis tribuat, ⁊ medelā. Per.
vel Quęſumus dñe. vel Hęc. 58.
Super populum. Oremus.
Humiliate capita veſtra Deo.

Da, qs dñe, populo tuo ſalutē
mentis, ⁊ corporis: vt bonis
operibus inhęrēdo: tua ſemp me-
reatur protectione defendi. Per do.

dies 35. FERIA TERTIA.

XL. Statio ad ſanctum Cyriacum.

Non dicitur Ps. Judica. Introitus.

Ps. 26 Expecta dominum, vi-
riliter age: ⁊ conforte-
tur cor tuum, ⁊ ſuſti-
ne dominum. Ps. Do-
min⁹ illuminatio mea
⁊ ſalus mea: quem ti-
mebo? Expecta do-
minum, viriliter. Oremus.

M.N.R.

Noſtra tibi, quęſumus domi-
ne, ſint accepta ieiunia: quę
nos, ⁊ expiādo, gratia tua dignos
efficiant: ⁊ ad remedia perducant
ęterna. Per dominum noſtrum.
vel Eccleſię. vel Deus omniū. 57.

Lectio Danielis prophetę.

In diebus illis: Congrega- cap. 14.
ti ſunt Babylonij ad regem,
⁊ dixerunt ei. Trade nobis Da-
nielem, qui Bel deſtruxit, ⁊ draco-
nem interfecit: alioquin interficie-
mus te, ⁊ domum tuā. Vidit ergo
rex q irruērent in eum vehemen
ter: ⁊ neceſſitate compulſus, trādi-
dit eis Danielem. Qui miſerunt
eum in lacum leonū: ⁊ erat ibi ſex
diebus. Porrò in lacu erāt leones
ſeptē, ⁊ dabātur eis quotidie duo
corpora, ⁊ duę oues: ⁊ tunc non
data ſunt eis, vt deuorarēt Danie
lem. Erat autē Habacuc propheta
in Judęa, ⁊ ipſe coxerat pulmētū,
⁊ intriuerat panes in alueolo: ⁊
ibat in campum, vt ferret meſſori-
bus. Dixitq; angel⁹ dñi ad Haba
cuc. Fer prandiū, quod habes, Da
nieli in Babylonem, qui eſt in lacu
leonū. Et dixit Habacuc. Dñe, Ba
bylonem non vidi: ⁊ lacum neſcio.
Et apprehendit eū angelus dñi in
vertice eius: ⁊ portauit eū capillo
capitis ſui: poſuitq; eū in Babylo
nem ſuper lacum in impetu ſpiri-
tus ſui. Et clamauit Habacuc, di-
cēs. Daniel ſerue Dei, tolle prādiū
qd̄ miſit tibi Deus. Et ait Daniel.
Recordat⁹ es mei dñe De⁹ meus:
⁊ nō dereliqſti diligētes te. Sur-
genſq; Daniel comedit. Porro an
gelus dñi reſtituit Habacuc cōfe-

ſtim in locū ſuum. Uenit ergo rex die ſeptimo, vt lugéret Danielem: ⁊ venit ad lacū, ⁊ introſpexit. Et exclamauit rex voce magna, dicēs Magnus es dñe Deꝰ Danielis. Et extraxit eum de lacu. Jllos autem qui perditionis eius cauſa fuerāt, intromiſit in lacū: ⁊ deuorati ſunt in momento corā eo. Tunc rex ait. Paueant omnes habitātes in vniuerſa terra Deū Danielis: qa ipſe eſt ſaluator, faciēs ſigna ⁊ mirabilia in celo, ⁊ in terra: qui liberauit Danielem de lacu leonum.

ps.24 Grad. Diſcerne cauſam meā dñe: ab homine iniquo, ⁊ doloſo eripe me. ℣. Emitte lucem tuā, ⁊ veritatem tuā: ipſa me deduxerunt, ⁊ adduxerunt in montem ſanctū tuū.

Sequētia ſcti euāg. ſm Johānē.

cap.7. In illo tpe: Ambulabat Jeſus in Galileā. Non enī volebat in Judeā ambulare: qa querebāt eū Judei interficere. Erat autē in primo dies feſtus Judeorū, ſcenophegia. Dixerūt aūt ad eū fratres eiꝰ. Trāſi hinc, ⁊ vade in Judeā: vt ⁊ diſcipuli tui videant opera tua, q̄ facis. Nemo qppe in occulto qcquā facit, ⁊ querit ipſe in palā eſſe. Si hec facis, manifeſta teipſū mūdo. Neqꝫ enī fratres eius credebāt in eum. Dixit ergo eis Jeſus. Tēpus meū nondū aduenit: tēpꝰ autē veſtrū ſemp eſt paratū. Non poteſt mūdus odiſſe vos. Me autē odit: qa ego teſtimoniū phibeo de illo, qa opera eius mala ſunt. Uos aſcēdite ad diē feſtū hūc. Ego aūt nō aſcēdā ad diē feſtū iſtū: quia tēpus meū nōdū impletū eſt. Hec cū dixiſſet, ipſe manſit in Galilea. Ut autē aſcēderūt fratres eiꝰ, tūc ⁊ ipſe aſcendit ad diem feſtū, non manifeſte, ſed quaſi in occulto. Judei ergo querebant eum in die feſto, ⁊ dicebant. Ubi eſt ille? Et murmur multum erat de eo in turba. Quidam enim dicebant, qa bonus eſt. Alij autē dicebant, Nō: ſed ſeducit turbas. Nemo tamē palā loquebatur de illo propter metū Judeorū.

Offert. Sperent in te omnes qui nouerūt nomē tuū dñe, qm̄ nō derelinquis querētes te: pſallite dño q habitat in Syō: qm̄ non eſt oblitus orationes pauperū. ps.9

Secr. Hoſtias tibi dñe deferimꝰ immolandas: que temporalem conſolatiōnē ſignificēt: vt promiſſa non deſperemus eterna. Per d. vel Protege nos. vel Oblat. 58.

Communio. Redime me, Deus Jſrael, ex omnibus anguſtijs meis. ps.24

Poſtc. Quā. q̄s oṗs Deus: vt, q̄ diuina ſūt, iugiter exequētes, donis mereamur celeſtibꝰ ꝓpinquare. p. vel Quēſumꝰ do. vel Hec nos. 58.

Super populum. Oremus. Humiliate capita veſtra Deo.

Da nobis, q̄s dñe, pſeuerantē in tua volūtate famulatū: vt in diebꝰ noſtris, ⁊ merito, ⁊ numero, populꝰ tibi ſeruiēs augeat. p d.

FERIA QVARTA. 36. dies

Statio ad ſanctum Marcellum.

Non dicitur ps. Judica. Introitus.

Liberator meus de gētibus iracundis: ab inſurgentibus in me exaltabis me: a viro iniquo eripies me domine. ps. Diligam te domine fortitudo mea: ps.17

mea: dominus firmamentum meum, ⁊ refugium meum, ⁊ liberator meus. ℣. Liberator meus. Oremus.

Sanctificato hoc ieiunio De⁹, tuorum corda fideliū miſeratorilluſtra: ⁊, qb⁹ deuotionis pręſtas affectū, prębe ſupplicantibus pium benignus auditū. Per do. vel Eccleſię tuę. vel Deus om. 57.

Lectio libri Leuitici.

cap. 19. In diebus illis: Locutus eſt dominus ad Moyſen dicēs. Loquere ad vniuerſum cętum filiorū Iſrael, ⁊ dices ad eos. Ego dñs De⁹ veſter. Nō facietis furtū. Non mētiemini, nec decipiet vnuſquiſq; proximū ſuum. Non periurabis in nomine meo, nec polluēs nomē Dei tui. Ego dñs. Nō facies calumniā proximo tuo: nec vi opprimes eum. Non morabitur op⁹ mercenarij tui apud te vſq; mane. Non maledices ſurdo, nec corā cęco pones offendiculū: ſed timebis dominū Deū tuum, quia ego ſum dñs. Non facies quod iniquū eſt: nec iniuſte iudicabis. Non conſideres pſonā pauperis: nec honores vultū potentis. Iuſte iudica proximo tuo. Nō eris criminator, nec ſuſurro in populis. Nō ſtabis cōtra ſanguinē ꝓximi tui. Ego dñs. Non oderis fratrē tuum in corde tuo: ſed publice argue eum, ne habeas ſup illo peccatū. Nō qras vltionē, nec memor eris iniurię ciuiū tuorū. Diliges amicū tuū ſicut teipſū. Ego dñs. Leges meas cuſtodite. Ego enim ſū dñs De⁹ veſter.

ps. 29. Grad. Exaltabo te dñe, quoniam ſuſcepiſti me: nec delectaſti inimicos meos ſup



me. ℣. Dñe Deus meus clamaui ad te, ⁊ ſanaſti me: dñe abſtraxiſti ab inferis animā meam: ſaluaſti me a deſcendētibus in lacū.

Tractus. Domine, non ſecundū pec- ps. 102 cata noſtra, quę fecimus nos: neq; ſecūdū iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatū noſtrarū antiquarū: cito anticipēt nos miſericordię tuę, qa pauperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos De⁹ ſalutaris noſter: ⁊ ꝓpter ps. 78 gloriā nois tui dñe libera nos: ⁊ ꝓpitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuū.

Sequētia ſcti euāg. ſcḋm Iohānem.

In illo tempore: Facta ſunt cap. 10. Encęnia in Ieroſolymis: ⁊ hyems erat. Et ambulabat Ieſus in templo, in porticu Salomonis. Circundederunt ergo eū Iudęi, ⁊ dicebant ei: Quouſq; animā noſtram tollis? Si tu es Chriſt⁹, dic nobis palā. Reſpōdit eis Ieſus. Loquor vobis, ⁊ nō creditis. Opera quę ego facio in nomine patris mei, hęc teſtimonium perhibēt de me. Sed vos non creditis, quia nō eſtis ex ouib⁹ meis. Oues meę, vocem meam audiunt: ⁊ ego cognoſco eas, ⁊ ſequuntur me: ⁊ ego vitam ęternā do eis: ⁊ non peribunt in ęternū, ⁊ non rapiet eas qſquā de manu mea. Pater meus, qd dedit mihi, maius omnibus eſt: ⁊ nemo poteſt rapere de manu patris mei. Ego ⁊ pater vnū ſumus. Suſtulerūt ergo lapides Iudęi, vt lapidarent eū. Reſpōdit eis Ieſus. Multa bona opa oſtēdi vobis ex patre meo: ꝓpter quod eorū opus me lapidatis? Reſponderūt ei Iudęi. De bono opere nō lapidamus te, ſed de blaſphemia: ⁊ quia tu ho

mo cum ſis,facis teipſu3 Deū.Reſpódit eis Jeſus:Nõne ſcriptū eſt ps.81 i lege veſtra:Ego dixi,dij eſtis? Si illos dixit deos, ad quos ſermo Dei fact⁹ eſt,ꝛ nõ poteſt ſolui ſcriptura:quē pater ſanctificauit,ꝛ miſit in mūdū,vos dicitis,qa blaſphemas,quia dixi,Filius Dei ſum? Si nõ facio opa patris mei: nolite credere mihi.Si autē facio,ꝛ ſi mihi nõ vultis credere,operibus credite:vt cognoſcatis,ꝛ credatis,quia in me eſt pater,ꝛ ego in patre.

ps.58. Offertorium. Eripe me de inimicis meis Deus meus, ꝛ ab inſurgentibus in me,libera me domine. Secreta.

Annue nobis miſericors De⁹: vt hoſtias placationis,ꝛ laudis ſyncero tibi deferamus obſequio.Per dominum noſtrum Je. vel Protege nos. vel Oblat. 58.

ps.25 Communio. Lauabo inter innocētes manus meas,ꝛ circumdabo altare tuum domine: vt audiam vocem laudis tuę,ꝛ enarrem vniuerſa mirabilia tua. Poſtcōmu.

Cęleſtis doni benedictione pcepta,ſupplices te Deus omnipotens depꝛecamur:vt hoc idē nobis, ꝛ ſacramenti cauſa ſit, ꝛ ſalutis.Per dominum noſtrum Je. vel Quęſum⁹ do. vel Hęc nos.58.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita veſtra Deo.

Adeſto ſupplicationibus noſtris omnipotens Deus: ꝛ quibus fiduciam ſperandę pietatis indulges, conſuetę miſericordię tribue benignus effectum. Per dominum noſtrum Jeſum Chꝛiſtum filium tuum.Qui tecū viuit ꝛ regnat in vnitate ſpiritus.

FERIA QVINTA. 37.dies xl.

Statio ad ſanctum Apollinarem.

Non dicitur ps. Judica. Introitus.

Dan.3 Omnia quę feciſti nobis domine, in vero iudicio feciſti: qa peccauimus tibi, ꝛ mandatis tuis non obediuimus: ſed da gloriam nomini tuo, ꝛ fac nobiſcum ſecundum multitudinem miſericoꝛdię tuę. ps 108 Ps. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. Omnia quę feciſti. Oremus.

Pꝛęſta,qs omps De⁹: vt dignitas cōditionis humanę p immoderātiam ſauciata,medicinalis parſimonię ſtudio reformet. Per. vel Eccleſię tuę. vel Deus om.57.

Lectio Danielis pꝛophete.

ca.3 In diebus illis: Oꝛauit Daniel dominū dicēs.Domine Deus noſter, ne, quęſumus,tradas nos in perpetuū pꝛopter nomen tuum: ꝛ ne diſſipes teſtamentum tuum:neq3 auferas miſericoꝛdiam tuam a nobis pꝛopter Abraham dilectum tuū,ꝛ Iſaac ſeruū tuū,ꝛ Iſrael ſanctū tuū,quibus locutus es,pollicēs ꝙ multiplicares ſemē eoꝝ ſicut ſtellas cęli, ꝛ ſicut arenā,quę eſt i litoꝛe maris. Quia dñe imminuti ſumus pluſquā omnes gētes:ſumuſq3 humiles in vniuerſa terra hodie pꝛopter peccata noſtra.Et non eſt in tempoꝛe hoc pꝛinceps, ꝛ pꝛopheta,ꝛ dux,neq3 holocauſtum, neque ſacrificium, neq3 oblatio,neq3 incenſum,neq3 locus pꝛimitiarum corā te,vt poſſimus inuenire miſericoꝛdiam tuā: ſed

ſed in animo cōtrito, ⁊ ſpiritu humilitatis ſuſcipiamur. Sicut in holocauſto arietū, ⁊ tauroꝝ, ⁊ ſicut in millibus agnorum pinguiū, ſic fiat ſacrificiū noſtrū in conſpectu tuo hodie, vt placeat tibi: qm̄ non eſt confuſio cōfidentibus in te. Et nūc ſequimur te in toto corde: ⁊ timemus te: ⁊ querimus faciem tuā. Ne cōfundas nos: ſed fac nobiſcū iuxta manſuetudinē tuam, ⁊ ſecūdū multitudinē miſericordie tue. Et erue nos in mirabilibus tuis: ⁊ da gloriam nomini tuo dn̄e. Et confundantur omnes qui oſtēdunt ſeruis tuis mala: cōfundantur in omnipotentia tua, ⁊ robur eorum conteratur. Et ſciāt, quia tu es Dominus Deus ſolus, ⁊ glorioſus ſup omnem terram, dn̄e Deus noſter.

Ps.39. **Graduale.** Tollite hoſtias, ⁊ introite in atria eius: adorate dominum in aula ſancta eius. ℣. Reuelabit dominus condenſa: ⁊ in templo eius omnes dicent gloriam. Ps.28

**Sequētia ſancti euāg. ſm Lucam.**

Ca.7. IN illo tēpore: Rogabat Jeſum quidam Phariſeus, vt manducaret cū illo. Et ingreſſus domū Phariſei diſcubuit. Et ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit q Jeſus accubuit in domo Phariſei, attulit alabaſtrū vnguēti: ⁊ ſtās retro ſecus pedes eius, lacrymis cepit rigare pedes eius: ⁊ capillis capitis ſui tergebat: ⁊ oſculabat pedes eius: ⁊ vnguēto vngebat. Videns autē Phariſeus, q vocauerat eū, ait intra ſe, dicēs. Hic ſi eſſet propheta, ſciret vtiq, que ⁊ qualis eſſet mulier q tangit eū quia peccatrix eſt. Et reſpōdēs Jeſus dixit ad illū. Simō, habeo tibi aliqd dicere. At ille ait, Magiſter, dic. Duo debitores erāt cuidā feneratori: vnus debebat denarios quingētos, ⁊ alius qnquaginta. Nō habentibus illis vnde redderent, donauit vtriſq. Quis ergo eum plus diligit? Reſpōdēs Simon dixit. Eſtimo, quia is cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudicaſti. Et conuerſus ad mulierem, dixit Simoni, Vides hanc mulierem? Intraui in domū tuā: aquā pedibus meis non dediſti: hec autē lacrymis rigauit pedes meos, ⁊ capillis ſuis terſit. Oſculum mihi nō dediſti: hec autē ex quo itraui, nō ceſſauit oſculari pedes meos. Oleo caput meū nō vnxiſti: hec autē vnguēto vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi. Remittunt ei peccata multa, qm̄ dilexit multū. Cui autē minus dimittitur, minus diligit. Dixit autē ad illā. Remittūtur tibi peccata tua. Et ceperūt qui ſimul accumbebant, dicere intra ſe. Quis eſt hic, q etiā peccata dimittit? Dixit aūt ad mulierē. Fides tua te ſaluā fecit: vade in pace.

**Offertorium.**

Super flumina Babylonis illic ſedimus, ⁊ fleuimus: dū recordaremur tui Siō. Ps.136 **Sec.**

DOmine Deus noſter, qui in his potius creaturis, quas ad fragilitatis noſtre ſubſidium condidiſti, tuo quoq nomini munera iuſſiſti dicanda cōſtitui: tribue, queſumus: vt ⁊ vite nobis preſentis auxilium, ⁊ eternitatis efficiāt ſacramentum. Per dominum no. vel Protege nos domine, tuis.

vel

ps.118 vel Oblatis queſumus domi. 58.
Cõmu. Memẽto verbi tui ſeruo tuo domine, in quo mihi ſpem dediſti: hec me cõſolata eſt in humilitate mea. Poſtcõm.

Quod ore ſumpſimus dñe, pura mente capiamus: ⁊ de munere temporali, fiat nobis remedium ſempiternum. Per dominũ.
vel Queſumus. vel Hec nos. 58.
Super populum. Oremus.
Humiliate capita veſtra Deo.

Eſto, qs dñe, propitius plebi tue: vt q̃ tibi nõ placẽt, reſpuẽtes, tuorum repleantur delectationibus mandatorum. Per dñm.

FERIA SEXTA

Statio ad S. Stephanuz in Celio monte. Nõ dr ps Judica. Introitus.

ps.30 Miſerere mei domine, quoniam tribulor: libera me, ⁊ eripe me de manibus inimicorum meorum, ⁊ a perſequẽtibus me: domine nõ confundar, quoniã inuocaui te. ps. Jn te dñe ſperaui: non confundar in eternum, in iuſtitia tua libera me. Miſerere mei domine. Oremus.

Cordibus noſtris, queſumus domine, gratiam tuam benignus infunde: vt peccata noſtra caſtigatione voluntaria cohibẽtes, temporaliter potius maceremur, quam ſupplicijs deputemur eternis. Per dominum noſtrũ Jeſum.
vel Eccleſie tue, qſumus domine.
vel Deus omnium fidelium. 57.

Lectio Jeremie prophete.

ca.17. IN diebus illis. Dixit Jeremias: Domine, omnes qui te derelinquunt, confundentur: recedentes a te, in terra ſcribẽtur: quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentium dominum. Sana me domine, ⁊ ſanabor: ſaluum me fac, ⁊ ſaluus ero: quoniã laus mea tu es. Ecce ipſi dicunt ad me. Ubi eſt verbum domini? Ueniat. Et ego non ſum turbatus, te paſtorez ſequens: ⁊ diem hominis non deſideraui, tu ſcis. Quod egreſſum eſt de labijs meis, rectum in conſpectu tuo fuit. Non ſis mihi tu formidini: ſpes mea tu in die afflictionis. Confundantur qui me perſequũtur, ⁊ non confundar ego: paueãt illi, ⁊ non paueam ego. Jnduc ſuper eos diem afflictionis: ⁊ duplici contritione contere eos, dñe Deus nr̃.

Gradua. Pacifice loquebantur mihi inimici mei: ⁊ in ira moleſti erant mihi. ℣. Uidiſti domine, ne ſileas: ne diſcedas a me.

Tractus. Dñe non ſm peccata noſtra que fecimus nos: neqz ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Domine, ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum: cito anticipent nos miſericordie tue, quia pauperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter: ⁊ propter gloriã nominis tui dñe libera nos, ⁊ propitius eſto peccatis noſtris propter nomẽ tuum.

Sequẽtia ſcti euãg. ſm Johãnem. 11.cap.

IN illo tempore: Collegerũt Pontifices, ⁊ Phariſei cõcilium aduerſus Jeſum: ⁊ dicebãt. Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit? Si dimittimus euz ſic: omnes credent in eum. Et venient Romani, ⁊ tollent noſtruz locum, ⁊ gentem. Unus autem ex ipſis, Caiphas nomine, cum eſſet Pontifex anni illius, dixit eis.

Uos

Uos neſcitis quicquam: nec cogitatis, quia expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo: ⁊ non tota gens pereat. Hoc autem a ſemetipſo non dixit: ſed cum eſſet pontifex anni illius, prophetauit, quia Jeſus moriturus erat pro gente: ⁊ non tantum pro gente: ſed vt filios Dei qui erant diſperſi, congregaret in vnũ. Ab illo ergo die cogitauerunt, vt interficerent eum. Jeſus ergo iam non in palã ambulabat apud Judęos, ſed abijt in regionem iuxta deſertũ, in ciuitatẽ quę dr̃ Ephrẽ: ⁊ ibi morabat̃ cũ diſcipulis ſuis.

ps. 118 Offertorium. Benedictus es domine, doce me iuſtificationes tuas: ⁊ non tradas calumniantibus me ſuperbis: ⁊ reſpõdebo exprobrantibus mihi verbum. Sec.

Praeſta nobis miſericors deus: vt digne tuis ſeruire ſemper altaribus mereamur, ⁊ eorũ perpetua participatione ſaluari. Per dominum noſtrum Jeſum Chri. vel Protege. vel Oblatis. 58.

ps. 26 Communio. Ne tradideris me domine in animas perſequentium me: quoniam inſurrexerunt in me teſtes iniqui: ⁊ mentita eſt iniquitas ſibi. Poſtcommunio.

Sumpti ſacrificij domine perpetua nos tuitio non derelinquat: ⁊ noxia ſemper a nobis cuncta depellat. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filiũ. vel Queſumus. vel Hęc nos. 58. Super populum. Oremus. Humiliate capita veſtra Deo.

Concede, quęſumus, omnipotens Deus: vt, qui protectionis tuę gratiam quęrimus, liberati a malis omnibus, ſecura tibi mente ſeruiamus. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

SABBATHO

dies 39 xl. Statio ad ſanctum Johannẽ ante portam Latinam.

Non dicitur ps. Judica. Introitus.

Miſerere mei domine, quoniam tribulor: libera me, ⁊ eripe me de manibus inimicorum meorum, ⁊ a perſequẽtibus me: domine non cõfundar, quoniã inuocaui te. ps. 37. Ps. In te dñe ſperaui non confundar in ęternum, in iuſtitia tua libera me. Miſerere mei domine. Oremus.

Proficiat, quęſumus domine, plebs tibi dicata pię deuotionis affectu: vt ſacris actionibus erudita, quanto maieſtati tuę fit gratior, tanto donis potioribus augeatur. Per dominum noſtrũ Jeſum Chriſtum filium tuum, ⁊c. vel Eccleſię. vel Deus omniũ. 57.

Lectio Jeremię prophetę.

ca. 18. In diebus illis, Dixerunt impij Judęi adinuicem. Venite, cogitemus contra iuſtum cogitationes. Non enim peribit lex a ſacerdote, nec cõſilium a ſapiente, nec ſermo a propheta. Venite, percutiamus eum lingua, ⁊ non attẽdamus ad vniuerſos ſermones eius. Attẽde dñe ad me: ⁊ audi vocem aduerſariorũ meorũ. Nunqd redditur pro bono malum, quia foderunt foueã animę meę? Recordare, quod ſteterim in cõſpectu tuo, vt loquerer pro eis bonũ: ⁊ auerterem indignationem tuã ab eis. Propterea

Propterea da filios eorū in famē, ꝛ deduc eos in manus gladij. Fiāt vxores eorum abſqꝫ liberis, ꝛ viduę, ꝛ viri earū interficiantur morte: iuuenes eorum confodiantur gladio in prelio. Audiatur clamor de domibus eorum: adduces enī ſuper eos latronem repente: quia foderunt foueam, vt caperent me, ꝛ laqueos abſconderunt pedibus meis. Tu autem domine ſcis omne conſilium eorum aduerſum me in mortem. Ne propitieris iniquitati eorum, ꝛ peccatum eorū a facie tua non deleatur. Fiant corruētes in cōſpectu tuo, in tēpore furoris tui abutere eis, dn̄e De⁹ noſter.

ps.34. Graduale. Pacifice loquebātur mihi inimici mei: ꝛ in ira moleſti erant mihi. ℣. Vidiſti domine, ne ſileas: ne diſcedas a me.

Sequētia ſcti euāg. ſm Iohannē.

ca.12. In illo tēpore. Cogitauerunt principes ſacerdotum vt Lazarum interficerēt: quia multi propter illum abibāt ex Iudeis, ꝛ credebant in Ieſum. In craſtinū autem turba multa, quę venerat ad diem feſtum, cū audiſſent quia venit Ieſus Ieroſolymam, acceperunt ramos palmarum, ꝛ proceſſerunt obuiā ei, ꝛ clamabant. Hoſanna, benedictus qui venit in nomine domini, rex Iſrael. Et inuenit Ieſus aſellum, ꝛ ſedit ſuper eū,

Zac.9. ſicut ſcriptum eſt. Noli timere filia

13 Sion: ecce rex tuus venit ſedens ſuper pullum aſinę. Hęc non cognouerunt diſcipuli eius primū: ſed quando glorificatus eſt Ieſus, tunc recordati ſunt qa hęc ſcripta erāt de eo, ꝛ hęc fecerunt ei. Teſtimoniū ergo perhibebat turba, quę erat cum eo quando Lazarum vocauit de monumento, ꝛ ſuſcitauit eū a mortuis. Propterea ꝛ obuiā venit ei turba: quia audierunt eū feciſſe hoc ſignum. Phariſei ergo dixerūt ad ſemetipſos. Videtis, qa nihil proficimus? Ecce mūdus totus poſt ipſum abit. Erant autem quidam gentiles ex his qui aſcēderant, vt adorarent in die feſto. Hi ergo acceſſerunt ad Philippū, q erat a Bethſaida Galileę: ꝛ rogabant eum dicentes. Dn̄e, volumus Ieſum videre. Venit Philippus, ꝛ dicit Andreę. Andreas rurſum, ꝛ Philippus dixerūt Ieſu. Ieſus autē reſpōdit eis, dicēs. Venit hora, vt clarificetur filius hominis. Amen amē dicō vobis: niſi granū frumēti cadens in terram mortuū fuerit, ipſum ſolū manet. Si autē mortuum fuerit, multum fructum affert. Qui amat animam ſuā, perdet eam. Et qui odit animam ſuā in hoc mundo, in vitam ęternā cuſtodit eā. Siquis mihi miniſtrat, me ſequatur. Et vbi ego ſum, illic ꝛ miniſter meus erit. Siquis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum Pater meus. Nūc anima mea turbata eſt. Et quid dicam? Pater, ſaluifica me ex hac hora. Sed propterea veni in horam hāc. Pater, clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de cęlo, dicens. Et clarificaui: ꝛ iterum clarificabo. Turba ergo quę ſtabat, ꝛ audierat, dicebat tonitruum factum eſſe. Alij dicebāt: angelus ei locutus eſt. Reſpondit Ieſus, ꝛ dixit, Non propter me venit

nit hęc vox, ſed propter vos. Nūc iudicium eſt mūdi: nunc princeps huiuſ mūdi eijcietur foras. Et ego ſi exaltatꝰ fuero a terra, omnia traham ad me ipſum. (Hoc autem dicebat, ſignificans qua morte eſſet moriturus.) Reſpondit ei turba. Nos audiuimꝰ ex lege, quia Chriſtus manet in ęternum. Et quomodo tu dicis, Oportet exaltari filiū hominis? Quis eſt iſte filiuſ hominis? Dixit ergo eis Jeſus: Adhuc modicū lumē in vobis eſt. Ambulate dum lucem habetis: vt non tenebrę vos comprehendāt. Et qui ambulat in tenebriſ, neſcit quo vadat. Duz lucem habetis credite in lucē, vt filij luciſ fitiſ. Hęc locutꝰ eſt Jeſus: ⁊ abijt, ⁊ abſcōdit ſe ab eiſ.

ps.108 **Offertorium.** Benedictus es domine, doce me iuſtificationes tuas: ⁊ non tradas calumniantibus me ſuperbis, ⁊ reſpōdebo exprobrantibus mihi verbum. **Sec.**

A Cunctis nos, quęſumꝰ domine, reatibus, ⁊ periculis propitiatus abſolue: quos tāti myſterij tribuis eſſe conſortes. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtuz. vel Protege. vel Oblatis q̃s. 58.

ps.26 **Communio.** Ne tradideris me domine in animas perſequentium me: quoniam inſurrexerunt in me teſtes iniqui: ⁊ mentita eſt iniquitas ſibi. **Poſtcommunio.**

Diuini muneris largitate ſatiati, quęſumuſ domine Deꝰ noſter: vt huius ſemper participatione viuamus. Per dominuz noſtrum Jeſum Chriſtum filiū tuuz. vel Quęſumꝰ do. vel Hęc noſ. 58.

**Super populum.** Oremus.

Humiliate capita veſtra Deo.

Tueatur, quęſumus domine, dextera tua populum deprecantē, ⁊ purificatū dignanter erudiat: vt conſolatione pręſenti, ad futura bona proficiat. Per dominū.

## IN DIE PALMARVM.

Completa tertia, ⁊ facta aſperſione aquę more ſolito, ſacerdos procedit indutuſ pluuiali violaceo cum miniſtris indutis eiuſdem coloris: ⁊ ramis in medio ante altare, vel ad cornu Epiſtolę poſitis, a choro cantatur Añа. Hoſanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine domini. O rex Jſrael: Hoſanna in excelſis.

Deinde dicit ſacerdos. Dominus vobiſcum. Rꝫ. Et cum ſpi. Oremus.

### In tono feriali Oratio.



DEꝰ, quē diligere ⁊ amare, iuſtitia eſt: ineffabiliſ gratię tuę in nobis dona multiplica: ⁊ q feciſti nos in morte filij tui ſperare quę credimus: fac nos eodem reſurgente peruenire quo tendimus. Qui tecum viuit, ⁊ reg.

Subſcripta lectio legitur in tono epiſtolę.

### Lectio libri Exodi.

IN diebus illis, Venerunt filij Jſrael in Elim, vbi erant ca.15.
duodecim fontes aquarum, ⁊ ſeptuaginta palmę: ⁊ caſtrametati ſunt iuxta aquas. Profectiq; ſunt de Elim, ⁊ venit omnis multitudo filiorum Jſrael in deſertū Sin, quod eſt inter Elim ⁊ Sinai: quintodecimo die mēſis ſecundi, poſtquam

quã egreſſi ſunt de terra Ægypti.
Et murmurauit oĩs congregatio
filiorum Iſrael contra Moyſen ⁊
Aarõ in ſolitudine. Dixerũtq; ad
eos filij Iſrael. Utinã mortui eſſe-
m⁹ ꝑ manũ Dñi in terra Ægypti,
quãdo ſedebamus ſuꝑ ollas car-
nũ, ⁊ comedebam⁹ panez in ſatu-
ritate. Cur induxiſtis nos in deſer
tũ iſtud, vt occideretis oẽm multi-
tudinẽ fame? Dixit autem dñs ad
Moyſen. Ecce ego pluã vobis pa
nẽ de cęlo. Egrediatꝛ popul⁹, ⁊ col
ligat quę ſufficiũt ꝑ ſingulos dies:
vt tẽtẽ eũ, vtrũ ambulet i lege mea
an nõ. Die autẽ ſexto parẽt quod
inferant: ⁊ ſit duplũ, quã colligere
ſolebãt ꝑ ſingulos dies. Dixerũtq;
Moyſes, ⁊ Aarõ ad omnes filios
Iſrael. Ueſpere ſcietis quod domi
n⁹ eduxerit vos de terra Ægypti:
⁊ mane videbitis gloriam eius.

Deinde cantatur pro Gradua. ℟.

Jo. 12 Collegerunt pontifices ⁊ phariſęi conci
liũ, ⁊ dixerũt: Quid facimus, q͞a hic homo
multa ſigna facit? ſi dimittimus eũ ſic, oẽs
credent in eum: Et venient Romani, ⁊ tol
lent noſtrum locum ⁊ gentem. ℣. Unus
autem ex illis, Caiphas nomine, cum eſſet
pontifex anni illius prophetauit, dicens.
Expedit vobis, vt vnus moriatur homo ꝑ
populo: ⁊ non tota gens pereat. Ab illo er-
go die cogitauerunt interficere eum, dicen
tes. Et venient. Uel Aliud. ℟.

In mõte Oliueti orauit ad patrẽ: Pater
ſi fieri poteſt, tranſeat a me calix iſte. Spiri-
tus quidem promptus eſt, caro autẽ infir-
ma: fiat volũtas tua. ℣. Uigilate, ⁊ orate, vt
nõ intretis in tẽtationẽ. Spirit⁹ q͞dẽ prom-
ptus eſt caro autẽ infirma: fiat volũtas tua.

Poſtea legitur euangelium.

Sequẽtia ſcti euãg. ſcḋm Mattheũ.

In illo tempore. Cum appro-
pinquaſſet Jeſus Jeroſoly- ca. 21.
mis, ⁊ veniſſet Bethphage ad mon
tem Oliueti: tunc miſit duos diſci-
pulos ſuos, dicẽs eis. Ite in caſtel
lum quod contra vos eſt: ⁊ ſtatim
inuenietis aſinam alligatam, ⁊ pul
lum cuz ea. Soluite, ⁊ adducite mi-
hi. Et ſiquis vobis aliquid dixe-
rit: dicite, quia dñs his opus ha-
bet: ⁊ confeſtim dimittet eos. Hoc
autẽ totum factum eſt: vt adimple-
retur quod dictuz eſt per prophe-
tam dicentem. Dicite filię Siõ, Ec
ce rex tuus venit tibi mãſuetus, ſe
dens ſuper aſinam, ⁊ pullum filiũ
ſubiugalis. Euntes autẽ diſcipuli fe
cerunt ſicut pręceperat illis Jeſus.
Et adduxerunt aſinam, ⁊ pullum:
⁊ impoſuerunt ſuꝑ eos veſtimẽta
ſua, ⁊ eum deſuper ſedere fecerũt.
Plurima autẽ turba ſtrauerũt ve
ſtimenta ſua in via. Alij autẽ cęde-
bãt ramos de arboribus, ⁊ ſterne-
bant in via. Turbę autẽ quę p̄cede
bãt, ⁊ quę ſequebantꝛ, clamabant,
dicẽtes. Hoſanna filio Dauid, be-
nedictus qui venit in nomine dñi.

Poſt hęc benedicuntur rami: ⁊ tunc
dicit ſacerdos Dominus vobiſcũ. ℟.
Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Auge fidem in te ſperantium
Deus, ⁊ ſupplicuz preces cle
menter exaudi: ⁊ veniat ſuper nos
multiplex miſericordia tua: bene-
✠ dicantur, ⁊ hi palmites palma-
rum ſeu oliuarum: ⁊ ſicut in figu-
ra eccleſię multiplicaſti Noe egre-
dientem de arca, ⁊ Moyſen exeũ-
tem de Ægypto cũ filijs Iſrael, ita
nos

nos poꝛtātes palmas ⁊ ramos oli/
uarum, bonis actibus occurram⁹
obuiam Chꝛiſto: ⁊ per ipſum in
gaudium introeamus ęternum.
Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnita/
te eiuſdem ſpiritus ſancti Deus.



Per omnia ſecula ſeculoꝛum. ℟.



Amen. ℣. Dominus vobiſcū.




℟. Et cum ſpiritu tuo. ℣. Sur/



ſum coꝛda. ℟. Habemus ad



dominū. ℣. Gratias agamus



dño Deo noſtro. ℟. Dignuz



⁊ iuſtum eſt. Vere dignum



⁊ iuſtuz eſt, ęquum ⁊ ſalutare,



nos tibi ſemꝑ ⁊ vbiqꜫ gratias



agere, domine ſancte, pater



omnipotēs, ęterne Deus. Qui



gloꝛiaris in conſilio ſanctoꝝ



tuoꝝ. Tibi enim ſeruiūt crea/



turę tuę: quia te ſolum aucto/



rē ⁊ Deum cognoſcunt: ⁊ om/



nis factura tua te collaudat:




⁊ benedicunt te ſan cti tu i.




Quia illud magnū vnigeniti




tui nomen coꝛā regibus ⁊ po/
teſtati/




Cãtatur Sanct⁹ a choro: ⁊ ſequit.




Sequitur Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Petimus, dñe ſancte, pater omnipotẽs, ęterne Deus: vt hãc creaturam oliuę, quã ex ligni materia prodire iuſſiſti, quamq; columba rediens ad arcã proprio pertulit ore, bene✠dicere, ⁊ ſanctifi✠care digneris: vt quicunque ex ea receperint: accipiant ſibi ad protectionem animę ⁊ corporis: fiatq;, dñe, noſtrę ſalutis remediũ, ⁊ tuę gratię ſacramẽtũ. Per Chrm dñm noſtrum. ℟. Amen. Oremus.

Deus, qui diſperſa ꝯgregas, ⁊ congregata cõſeruas: qui populis obuiam Jeſu ramos portãtibus benedixiſti: be✠nedic etiam ⁊ hos ramos palmę ⁊ oliuę, quos tui famuli ad honorẽ nominis tui fideliter ſuſcipiunt: vt in quẽcunq; locum introducti fuerint, tuam benedictionẽ habitatores loci illius conſequantur: ⁊ omni aduerſitate effugata, dextera tua ꝓtegat, quos redemit Jeſus Chriſtus filius tu⁹ dominus noſter. Qui tecum viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculorum. ℟. Amen. Oremus.

Deus qui miro diſpoſitionis ordine, ex rebus etiã inſenſibilibus, diſpẽſationẽ noſtrę ſalutis oſtendere voluiſti: da q̃s: vt deuota tuorum

tuorum turba fideliū, ſalubriter
intelligat, quod myſtice deſignat
in facto, que hodie celeſti lumine
afflata, redemptori obuiam proce
dēs, palmarū atq; oliuarū ramos
veſtigiis eius ſubſtrauit. Palmarū
igit rami de mortis principe triū-
phos expectant. Surculi vero oli
uarū, ſpiritalē vnctionē aduenif-
ſe quodāmodo clamāt. Intellexit
enim iam tūc illa hominum beata
multitudo prefigurari: qa redem-
ptor noſter humanis cōdolēs mi
ſeriis, p totius mūdi vita cū mor-
tis principe eſſet pugnaturus, ac
moriēdo triūphaturus. Et ideo ta-
lia obſequens adminiſtrauit, que
in illo, & triūphos victorie, & miſe
ricordie pinguedinē declararēt.
Quod nos quoq; plena fide, & fa
ctum, & ſignificatum retinentes,
te dn̄e ſancte, pater omnipotens, eterne
Deus, per eundem dominum no
ſtrum Jeſum Chriſtum ſupplici-
ter exoramus, vt in ipſo atq; per
ipſum, cuius nos membra fieri vo
luiſti, de mortis imperio victoriā
reportantes, ipſius glorioſe reſur
rectionis participes eſſe merea-
mur. Qui tecum viuit & regnat in
ſecula ſeculorū. ℟. Amē. Oremus.

Deus, qui per oliue ramū pa
cem terris columbam nūcia
re voluiſti: preſta queſumus, vt hos
oliue, ceterarūq; arborū ramos,
celeſti bene✠dictiōe ſanctifices:
vt cūcto populo tuo proficiāt ad
ſalutem. Per Chriſtum dominū
noſtrum. ℟. Amen. Oremus.

Bene✠dic, qs dn̄e, hos pal-
marum ſeu oliuarū ramos:

& preſta: vt, qd populus tuus in tua
veneratione hodierna die corpo-
raliter agit, hoc ſpiritualiter ſum-
ma deuotione pficiat, de hoſte vi-
ctoriā reportando, & opus miſeri-
cordie ſummopere diligēdo. Per
Chriſtum dn̄m noſtrum. Amen.

Hic rami aſperguntur aqua benedicta
dicendo Antiphonam. Aſperges me. ſi-
ne cantu, & ſine pſalmo: & incenſantur omnes:
Deinde dicit ſacerdos.

Dominus vobiſcum. Oremus.

Deus q filiū tuū Jeſum Chri
ſtum dn̄m noſtrū, pro ſalute
noſtra in hunc mūdum miſiſti: vt
ſe hūiliaret ad nos, & nos reuoca
ret ad te: cui etiā, dū Jeruſalē ve
niret, vt adimplēret ſcripturas:
credētiū populorū turba, fideliſſi-
ma deuotione veſtimēta ſua cum
ramis palmarū in via ſternebāt:
preſta queſumus: vt illi fidei viam
preparemus: de qua, remoto lapi-
de offenſionis & petra ſcādali, frō-
deāt apud te opera noſtra iuſtitie
ramis: vt eius veſtigia ſeq merea-
mur. Qui tecū viuit & regnat in
vnitate ſpiritus ſancti Deus, per
omnia ſecula ſeculorū. ℟. Amen.

¶ Poſtea ſacerdos ſtās ante altare ver-
ſus ad populū diſtribuit ramos primo cle
ricis: deinde laicis: & interim a choro can-
tantur Añe. Pueri Hebreorum portan-
tes ramos oliuarum obuiauerunt domino,
clamātes, & dicentes: Hoſanna in excelſis.
Alia Aña. Pueri Hebreorum veſtimē-
ta proſternebant in via: & clamabant di-
centes: Hoſanna filio Dauid: benedictus
qui venit in nomine domini.

Que ſi non ſufficiant: repetantur quo-
uſq; ramorum diſtributio finiatur.

Deide dicit ſacerdos ℣. Dñs vobiſcũ. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Omnipotẽs ſempiterne De⁹, qui dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ſuper pullum aſinę ſedére feciſti: ⁊ turbas populoruz veſtimenta vel ramos arboruz in via ſtérnere, ⁊ hoſanna decãtare, in laudem ipſius docuiſti: da quęſumus: vt illorum innocentiã imitari poſſimus: ⁊ eorum meritum conſequi mereamur. Per eundez Chriſtum dñm noſtrum. ℟. Amẽ.

Poſtea fit ꝓceſſio: ⁊ cãtant aſię ſeqntes, vel oẽs, vel aliquę, quouſqz durat ꝓceſſio.

mat. 21 Aña. Cum appropinquaret dñs Jeroſolymam, miſit duos ex diſcipulis ſuis, dicẽs. Ite in caſtellum quod eſt contra vos: ⁊ inuenietis pullũ aſinę alligatum, ſup quẽ nullus hominum ſedit: ſoluite, ⁊ adducite mihi. Siqs vos interrogauerit, dicite, op⁹ dño eſt. Soluentes adduxerunt ad Jeſuz: ⁊ impoſuerũt illi veſtimẽta ſua, ⁊ ſedit ſup eum: alij expandebant veſtimẽta ſua in via: alij ramos de arboribus ſternebant. Et qui ſequebantur, clamabant: Hoſanna, benedictus, qui venit in nomine domini: benedictum regnum patris noſtri David: Hoſanna in excelſis: miſerere nobis fili David.

Alia Aña. Cum audiſſet populus, quia Jeſus venit Jeroſolymam, acceperunt ramos palmarum: ⁊ exierunt ei obuiam, ⁊ clamabant pueri dicentes: Hic eſt, qui venturus eſt in ſalutem populi: Hic eſt ſalus noſtra, ⁊ redemptio Iſrael. Quantus eſt iſte, cui throni, ⁊ dominationes occurrũt: Noli timere filia Sion, ecce rex tuus venit tibi, ſedens ſuper pullum aſinę, ſicut ſcriptum eſt. Salue rex fabricator mundi, qui veniſti redimere nos. Alia Aña.

Ante ſex dies ſolennis paſchę, quando venit dominus in ciuitatem Jeruſalez, occurrerunt ei pueri, ⁊ in manibus portabãt ramos palmarum, ⁊ clamabant voce magna, dicentes, Hoſanna in excelſis, benedictus qui veniſti in multitudine miſericordię tuę: Hoſanna in excelſis. Alia Aña.

Occurrunt turbę cũ floribus, ⁊ palmis, redẽptori obuiã, ⁊ victori triumphanti digna dant obſequia. Filium Dei ore gentes prędicant, ⁊ in laudem Chriſti voces tonant per nubila, Hoſanna in excelſis.

Alia Aña. Cum angelis, ⁊ pueris, fideles inueniamur triumphatori mortis clamantes, Hoſanna in excelſis. Alia Aña.

Turba multa quę conuenerat ad diem feſtum, clamabat dño, Benedictus qui venit in nomine domini, Hoſanna in excelſis.

¶ In reuerſione proceſſionis ad eccleſiã, duo vel quatuor cantores intrant, ⁊ clauſo oſtio ſtãtes verſa facie ad proceſſionem, incipiunt ℣. Gloria, laus. Et totũ decantant vſqz ad Iſrael es tu rex. Sacerdos vero cũ alijs ſtantibus extra eccleſiam, repetit illud idẽ. Deinde ſtantes intus, cantant verſus ſequentes, vel oẽs, vel partem, pro diſpoſitione cantorum. Et ſtantes extra, ad quoslibet duos verſus reſpondent, Gloria laus. ſicut a principio ℣.

Gloria, laus, ⁊ honor, tibi ſit Rex Chriſte redemptor.

Cui puerile decus prõpſit hoſanna pium.

Iſrael es tu rex, ⁊ Davidis inclyta proles.

Nomine q in dñi, rex benedicte, venis.

℟. Gloria, laus, ⁊ honor, tibi ſit rex Chriſte redemptor, Cui puerile decus prompſit hoſanna pium.

Cętus in excelſis te laudat cęlic⁹ omnis.

Et mortalis homo, cuncta creata ſimul.

℟. Gloria, laus, ⁊ honor tibi ſit Rex. ⁊c. Cui puerile decus. ⁊c.

Plebs hebręa tibi cũ palmis obuia venit.

Cum

Cũ pce, voto, hymnis, adſum⁹ ecce tibi.
℟. Gloria, laus, ꝛ hon. Cui puerile decus.
H i tibi paſſuro ſoluebant munia laudis.
N os tibi regnanti pangimus ecce melos.
℟. Gloria, laus, ꝛ honoꝛ.
H i placuere tibi, placeat deuotio noſtra.
R ex bone, Rex clemẽs, cui bona cũcta placent.
℟. Gloria, laus, ꝛ honoꝛ tibi ꝛc.
F ecerat hebꝛęos hos gloria ſãguinis alui
N os facit Hebꝛęos tranſitus ecce pius.
℟. Gloria, laus, ꝛ honoꝛ, tibi ſit Rex.
S is pius aſcenſoꝛ tu, ꝛ nos ſimus aſell⁹.
T ecum nos capiat vrbs veneranda Dei.
℟. Gloria, laus, ꝛ honoꝛ, tibi ſit Rex.
V eſtis apoſtolicę rutilo fulgoꝛe tegamur.
T e bene docta, vt eã, nr̃a caterua vehat.
℟. Gloria, laus, ꝛ honoꝛ, tibi ſit Rex.
T egmine ſic aīę ſternam⁹ coꝛpoꝛa noſtra.
Q nò per nos ſemper ſit via tuta tibi.
℟. Gloria, laus, ꝛ honoꝛ, tibi ſit Rex.
S it pia pro palmę nobis victoꝛia ramis.
V t tibi victrici, foꝛte canamus ita.
℟. Gloria, laus, ꝛ honoꝛ, tibi ſit Rex.

Poſtea intrat proceſſio in eccleſiã cãtãdo.
℟. Ingrediente dño in ſanctam ciuitatẽ, Hebꝛęoꝛum pueri reſurrectionem vitę pręnunciantes, Cum ramis palmarum Hoſanna clamabant in excelſis. ℣. Cum audiſſet populus, quòd Jeſus veniret Jeroſolymam: exierunt obuiam ei. Cum ramis palmarum. Et non dicitur Glòꝛia patri.

dies 40 xl.
## DOMINICA IN PALMIS.

Statio ad S. Johãnẽ i Laterano.
Non dicitur ps̃. Iudica. Introitus.

ps.21. D Omine ne longe facias auxilium tuum a me, ad defenſionem meã aſpice: libera me de oꝛe leonis, ꝛ a coꝛnibus vnicoꝛniũ humilitatem meam. ps̃. Deus Deus me⁹ reſpice in me, quare me dereliquiſti? longe a ſalute mea verba delictoꝛum meoꝛũ. G loria. O remus.

O Mnipotẽs ſempiterne De⁹: qui humano generi ad imitãdum humilitatis exemplum Saluatoꝛem noſtrũ carnem ſumere, ꝛ crucem ſubire feciſti: concede propitius: vt ꝛ patiẽtię ipſius habere documenta, ꝛ reſurrectionis conſoꝛtia mereamur. Per eundẽ do.

Et hęc oꝛatio tantum dicitur.

Lcõ eplę b. Pauli apli ad Philip. ca.2.

F Ratres: Hoc enim ſentite in vobis, quod ꝛ in Chꝛiſto Jeſu. Qui cum in foꝛma Dei eſſet, nõ rapinã arbitrat⁹ eſt, eſſe ſe ęqualem Deo: ſed ſemetipſum exinaniuit, foꝛmam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, ꝛ habitu inuentus vt homo. Humiliauit ſemetipſũ, fact⁹ obediẽs vſqꝫ ad moꝛtem: moꝛtem autẽ Crucis. Propter quod, ꝛ Deus exaltauit illũ: ꝛ donauit illi nomen, quod eſt ſuper oẽ nomen: vt in nomine Jeſu omne genu flectat̃, cęleſtiũ, terreſtrium, ꝛ infernoꝛum: ꝛ omnis lingua confiteat̃, quia domin⁹ Jeſus Chꝛs in gloꝛia eſt Dei patris.

Grad. T enuiſti manum dexterã meã: ꝛ in voluntate tua deduxiſti me: ꝛ cum gloꝛia aſſumpſiſti me. ℣. Quã bonus Iſrael De⁹ rectis coꝛde? mei autẽ penè moti ſunt pedes: penè effuſi ſunt greſſus mei, qꝛ zelaui in peccatoꝛibus, pacem peccatoꝛũ vidẽs. ps.72.

Tractus. D eus Deus me⁹ reſpice in me: quare me dereliquiſti? ℣. Longe a ſalute mea verba delictoꝛum meoꝛum.

℣. Deus meus clamabo per diẽ, nec exaudies: in nocte, ꝛ non ad inſipientiam mihi. ps.21.

M. N. R.

℟. Tu autē in ſancto habitas, laus Iſrael.
℟. In te ſperauerunt patres noſtri, ſperauerunt, ⁊ liberaſti eos.
℟. Ad te clamauerunt, ⁊ ſalui facti ſunt: in te ſperauerunt, ⁊ non ſunt confuſi.
℟. Ego autem ſum vermis, ⁊ non homo: oppꝛobꝛium hominum, ⁊ abiectio plebis.
℟. Omnes qui videbant me, aſpernabantur me, locuti ſunt labijs ⁊ mouerūt caput.
℟. Speranit in domino, eripiat eum: ſaluum faciat eum, quoniam vult eum.
℟. Ipſi vero conſiderauerunt ⁊ conſpexerunt me, diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, ⁊ ſuper veſtem meam miſerunt ſoꝛtem.
℟. Libera me de oꝛe leonis: ⁊ a coꝛnibus vnicoꝛnium humilitatem meam.
℟. Qui timetis dominum, laudate eum: vniuerſum ſemen Jacob magnificate eum.
℟. Annunciabitur dn̄o generatio ventura: ⁊ annunciabunt celi iuſtitiam eius.
℟. Populo qui naſcetur, quem fecit dn̄s.

¶ Paſſio dn̄i incipitur abſolute: non dr̄ Munda coꝛ meuꝫ. nō petit benedictio, nō deferuntur luminaria, nec incēſum, non dr̄ Dominus vobiſcum. nec reſpondetur Gloꝛia tibi dn̄e. Peruento tamē ad partē illam que in tono euangelij legitur, dicitur Mūda coꝛ meū petit bn̄o, ⁊ incenſat liber. Quod ⁊ in alijs diebus ſeruatur, quando legitur Paſſio. In paraſceue autē nec petitur benedictio, nec incenſatur liber.

## Paſſio domini noſtri Jeſu Chriſti ſecundum Mattheum.

ca.26.



IN illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. ✠ Scitis quia poſt biduū paſcha fiet: ⁊ filius hominis tradetur, vt crucifigatur. ( ) Tunc congregati ſunt pꝛincipes ſacerdotū, ⁊ ſenioꝛes populi in atrium pꝛincipis ſacerdotum, qui dicebatur Caiphas: ⁊ conſilium fecerunt, vt Jeſum dolo tenērent, ⁊ occiderent. Dicebant autem S. Nō in die feſto, ne foꝛte tumultus fieret in populo. ( ) Cum autē eſſet Jeſus in Bethania i domo Simōnis lepꝛoſi, acceſſit ad eum mulier habēs alabaſtruꝫ vnguēti pꝛetioſi, ⁊ effūdit ſuper caput ipſius recumbentis. Uidētes autem diſcipuli, indignati ſunt, dicētes. S. Ut quid perditio hec? Pótuit enim vnguentum iſtud venúndari multo, ⁊ dari pauperibus. ( ) Sciēs autē Jeſus, ait illis. ✠ Quid moleſti eſtis huic mulieri? Opus enim bonuꝫ operata eſt in me. Nā ſemper páuperes habébitis vobiſcū: me autem nō ſemper habebitis. Mittēs enim hec, vnguētum hoc in coꝛpus meū: ad ſepeliēdum me fecit. Amen dico vobis: vbicūqꝫ pꝛedicatuꝫ fuerit hoc euāgelium in toto mūdo dicetur, ⁊ quod hec fecit, in memoꝛiaꝫ eius. ( ) Tūc abijt vnus de duodecim, q dicit̄ Judas Iſcariotes, ad pꝛīcipes ſacerdotū: ⁊ ait illis. S. Quid vultis mihi dare, ⁊ ego eum vobis tradam? ( ) At illi cōſtituerunt ei triginta argēteos. Et exinde querebat oppoꝛtunitateꝫ, vt eum traderet. Prima autē die azymoꝝ acceſſerūt diſcipuli ad Jeſum, dicentes. S. Ubi vis paremus tibi comédere paſcha? ( ) At Jeſus dixit. ✠ Ite in ciuitatē ad quēdā: ⁊ dicite ei. Magiſter dicit Tēpus meum pꝛope eſt: apud te facio paſcha cū diſcipulis

ſcipulis meis. C Et fecerũt diſci-
puli,ſicut ↄſtituit illis Jeſus:⁊ pa-
rauerũt paſcha. Ueſpere aũt facto
diſcumbebat cum duodecim diſci-
pulis ſuis. Et edẽtibus illis,dixit.
✠ Amẽ dico vobis: qꝛ vn⁹ veſtrũ
me traditurus eſt. C Et ↄtriſtati
valde,ceperunt ſinguli dicere. S
Nunquid ego ſum dñe? C At ip-
ſe reſpondens,ait. ✠ Qui intingit
mecum manum in paropſide, hic
me tradet. Filius qdẽ hominis va-
dit ſicut ſcriptũ eſt de illo. Ue autẽ
homini illi,per quẽ filius hominis
tradetur. Bonũ erat ei,ſi natus nõ
fuiſſet homo ille. C Reſpõdẽs au-
tem Judas qui tradidit eũ,dixit.
S Nũqd ego ſũ rabbi? C Ait il-
li. ✠ Tu dixiſti. C Cenãtibus au-
tẽ eis,accepit Jeſus panẽ: ⁊ bene-
dixit,ac fregit,deditq; diſcipulis
ſuis:⁊ ait. ✠ Accipite,⁊ comedite.
Hoc eſt corp⁹ meũ. C Et accipiẽs
calicẽ,gratias egit:⁊ dedit illis,di-
cẽs. ✠ Bibite ex hoc oẽs. Hic eſt
enim ſanguis meus noui teſtamẽ-
ti,q̃ p̄ multis effundetur in remiſ-
ſionem peccatorum. Dico autẽ vo-
bis: nõ bibam ãmodo de hoc geni-
mine vitis,vſq; in diẽ illum, cum il-
lud bibam vobiſcũ nouum, in re-
gno patris mei. C Et hymno di-
cto,exierũt in mõtẽ Oliueti. Tũc
dicit illis Jeſus. ✠ Oẽs vos ſcã-
dalũ patiẽmini in me,in iſta nocte.
Zac. 13 Scriptũ eſt enim. Percutiã paſto-
rem,⁊ diſpergentur oues gregis.
Poſtq̃ autẽ reſurrexero,p̄cedã
vos in Galileã. C Reſpõdẽs autẽ
Petrus,ait illi. S Et ſi oẽs ſcãda-
lizati fuerint i te, ego nunq̃ ſcãda-
lizabor. C Ait illi Jeſus. ✠ Amẽ
dico tibi: qꝛ in hac nocte, anteq̃
gall⁹ cãtet,ter me negabis. C Ait
illi Petrus. S Etiã ſi oportuerit
me mori tecũ,nõ te negabo. C Si-
militer ⁊ oẽs diſcipuli dixerunt.
Tũc venit Jeſus cũ illis in villã, q̃
dicitur Gethſemani, ⁊ dixit diſci-
pulis ſuis. ✠ Sedete hic,donec va-
dam illuc,⁊ orem. C Et aſſumpto
Petro,⁊ duobus filijs Zebedei,ce-
pit contriſtari ⁊ meſtus eſſe. Tunc
ait illis. ✠ Triſtis eſt anima mea
vſq; ad mortẽ. Suſtinete hic, ⁊ vi-
gilate mecũ. C Et p̄greſſus puſil-
lum,procidit in faciem ſuam, orãs,
⁊ dicens. ✠ Pater mi, ſi poſſibile
eſt,tranſeat a me calix iſte. Uerun-
tamen non ſicut ego volo,ſed ſicut
tu. C Et venit ad diſcipulos ſuos,
⁊ inuenit eos dormiẽtes:⁊ dicit Pe-
tro. ✠ Sic? Nõ potuiſtis vna ho-
ra vigilare mecũ? Uigilate, ⁊ ora-
te:vt nõ intretis in tẽtationẽ. Spi-
ritus qdẽ promptus eſt:caro autẽ in-
firma. C Iterum ſecundo abijt,⁊
orauit dicens. ✠ Pater mi, ſi non
poteſt hic calix trãſire, niſi bibam
illum:fiat voluntas tua. C Et ve-
nit iterũ,⁊ inuenit eos dormiẽtes.
Erant enim oculi eorꝫ grauati. Et
relictis illis,iterum abijt:⁊ orauit
tertio eundẽ ſermonẽ dicẽs. Tunc
venit ad diſcipulos ſuos, ⁊ dicit il-
lis. ✠ Dormite iam, ⁊ requieſcite.
Ecce appropinquauit hora:⁊ fili⁹
hominis tradetur in manus pecca-
torum. Surgite,eamus:ecce appro-
pinquauit q me tradet. C Adhuc
eo loquẽte,ecce Judas vn⁹ de duo-
decim venit, ⁊ cũ eo turba multa

cū gladijs ⁊ fuſtibus, miſſi a princi-
pibus ſacerdotū ⁊ ſenioribus po-
puli. Qui autē tradidit eū, dedit il-
lis ſignū, dicēs. S Quēcūqꝫ oſcu-
latꝰ fuero ipſe eſt: tenete eū. C Et
confeſtim accedēs ad Jeſuz, dixit.
S Aue rabbi. C Et oſculatꝰ ē eū.
Dixitqꝫ illi Jeſꝰ. ✠ Amice, ad qd
veniſti? C Tunc acceſſerūt, ⁊ ma-
nus iniecerunt in Jeſum: ⁊ tenue-
runt eū. Et ecce vnus ex his q erāt
cū Jeſu, extendens manuz, exemit
gladiū ſuuz: ⁊ percutiens ſeruum
principis ſacerdotū amputauit au-
riculam eius. Tunc ait illi Jeſus.
✠ Conuerte gladiū tuū in locum
ſuū. Oēs enim, qui acceperint gla-
diuz, gladio peribūt. An putas qa
non poſſum rogare patrē meuz: ⁊
exhibebit mihi modo, pluſquam
duodeciz legiones angelorū? Quo
modo ergo implebuntur ſcriptu-
re? quia ſic oportet fieri? C In illa
hora dixit Jeſꝰ turbis. ✠ Tāquā
ad latronē exiſtis cū gladijs ⁊ fu-
ſtibꝰ cōprehendere me. Quotidie
apud vos ſedebā docēs in tēplo: ⁊
non me tenuiſtis. C Hoc autē to-
tū factū eſt, vt adimplerentur ſcri-
pture prophetarū. Tunc diſcipuli
oēs, relicto eo fugerunt. At illi te-
nētes Jeſuz, duxerūt ad Caiphā
principē ſacerdotū, vbi ſcribe ⁊ ſe-
niores cōuenerāt. Petrus autē ſe-
quebatur eū a lōge vſqꝫ i atriū prin-
cipis ſacerdotuz. Et ingreſſus in-
tro, ſedebat cum miniſtris: vt vi-
deret finem. Principes autem ſa-
cerdotum, ⁊ omne concilium, que-
rebant falſum teſtimonium con-
tra Jeſum: vt euz morti traderēt:
⁊ non inuenerūt cū multi falſi te-
ſtes acceſſiſſent. Nouiſſime aūt ve-
nerunt duo falſi teſtes: ⁊ dixerūt.
S Hic dixit. Poſſuz deſtruere tē-
plū Dei, ⁊ poſt triduum reedifica-
re illud. C Et ſurgēs princeps ſa-
cerdotū, ait illi. S Nihil reſpōdes
ad ea, q̄ iſti aduerſuz te teſtificant?
C Jeſus aūt tacebat. Et princeps
ſacerdotuz ait illi. S Adiuro te p
Deum viuum, vt dicas nobis, ſi tu
es Chriſtus filiꝰ Dei. C Dicit illi
Jeſus. ✠ Tu dixiſti. Uerūtamē di-
co vobis: amodo videbitis filium
hominis ſedentez a dextris virtu-
tis Dei, ⁊ veniētem in nubibus ce-
li. C Tūc princeps ſacerdotū ſci-
dit veſtimēta ſua, dicens. S Bla-
phemauit. Quid adhuc egemꝰ te-
ſtibꝰ? Ecce nūc audiſtis blaſphe-
miā. Quid vobis videtur? C At illi
reſpondētes dixerūt. S Reus eſt
mortis. C Tūc expuerūt in faciez
eius, ⁊ colaphis eum ceciderunt.
Alij autē palmas in faciez eius de-
derūt, dicētes. S Prophetiza no-
bis Chriſte, qs eſt q te percuſſit?
C Petrꝰ vero ſedebat foris in a-
trio. Et acceſſit ad eū vna ancilla,
dicēs. S Et tu cuz Jeſu Galileo
eras. C At ille negauit corā oībꝰ,
dicens. S Neſcio quid dicis. C
Exeūte autē illo ianuā, vidit eum
alia ancilla: ⁊ ait his q erāt ibi. S
Et hic erat cum Jeſu Nazareno.
C Et iterū negauit cū iuramēto,
qa nō noui hominē. Et poſt puſil-
lum acceſſerunt q aſtabāt: ⁊ dixe-
rūt Petro. S Uere ⁊ tu ex illis es:
nā ⁊ loquela tua manifeſtum te fa-
cit. C Tūc cepit deteſtari ⁊ iura-
re

re:quia non nouiſſet hominē. Et
continuo gallus cātauit. Et recoꝛ
datus eſt Petrꝰ verbi Jeſu qđ di
xerat: Priuſquā gallꝰ cātet, ter me
negabis. Et egreſſus foꝛas, fleuit
ca.28 amare. Mane autē facto conſiliuꝫ
inierūt oēs pꝛincepes ſacerdotuꝫ
ꝛ ſenioꝛes populi aduerſuſ Jeſuꝫ
vt eum moꝛti traderēt. Et vinctū
adduxerunt eū, ꝛ tradiderūt Pō
tio Pilato pꝛeſidi. Tunc vidēs Ju
das q tradidit eū, ꝙ dānatuſ eſſet:
penitentia ductuſ, rētulit triginta
argēteos pꝛincipibus ſacerdotū,
ꝛ ſenioꝛibus, dicēs. S Peccaui,
tradēſ ſanguinē iuſtū. C At illi di
xerūt. S Quid ad nos? Tu vide
ris. C Et piectis argēteis in tē
plo receſſit: ꝛ abiens laqueo ſe ſu
ſpēdit. Principes autē ſacerdotū
acceptis argēteis, dixerūt. S Nō
licet eos mittere in coꝛbonā: quia
ꝑtiū ſanguinis eſt. C Cōſilio au
tē inito, emerūt ex illis agrū figu
li, in ſepulturā peregrinoꝛū. Pꝛo
pter hoc vocatuſ eſt ager ille, Ha
celdema, hoc eſt, ager ſanguinis,
vſqꝫ in hodiernuꝫ diē. Tūc imple
tum eſt quod dictum eſt per Jere
Zac.11 miā pꝛophetam, dicētem. Et acce
perunt triginta argenteos pꝛetiū
appꝛetiati, quē appꝛetiauerūt a fi
lijs Jſrael: ꝛ dederūt eos in agrū
figuli, ſicut conſtituit mihi dñs. Je
ſus autē ſtetit ante pꝛeſideꝫ. Et in
terrogauit euꝫ ꝑſes, dicēs. S Tu
es rex Judeoꝝ? C Dicit ei Jeſuſ.
✠ Tu dicis. C Et cū accuſaretur
a pꝛincipibuſ ſacerdotum ꝛ ſenio
ribus, nihil reſpondit. Tūc dicit il
li Pilatus. S Non audiſ quanta
aduerſuꝫ te dicunt teſtimonia? C
Et nō reſpōdit ei ad vllū verbum,
ita vt miraref pꝛeſes vehementer.
Per diē auteꝫ ſolennē cōſueuerat
pꝛeſes dimittere populo vnū vin
ctū, quē voluiſſent. Habebat autē
tunc vinctuꝫ inſignē, q dicebatur
Barabbas. Cōgregatiſ autē illiſ,
dixit Pilatꝰ. S Quē vultiſ dimit
tā vobis? Barabbā, an Jeſuꝫ q di
cif Chriſtuſ? C Sciebat enim ꝙ
ꝑ inuidiaꝫ tradidiſſent eū. Sedēte
auteꝫ illo pꝛo tribunali, miſit ad il
lū vxoꝛ eius, dicēs. S Nihil tibi ꝛ
iuſto illi: multa enim paſſa ſum per
viſum hodie pꝛopter eū. C Prin
cipes autē ſacerdotū ꝛ ſenioꝛes ꝑ
ſuaſerunt populis, vt peterēt Ba
rabbā, Jeſum vero perderēt. Re
ſpōdēs autē ꝑſes, ait illiſ. S Quē
vultis vobis de duobus dimitti?
C At illi dixerunt. S Barabbā.
C Dicit illis Pilatꝰ. S Quid igi
tur faciā de Jeſu, q dicif Chriſtuſ?
C Dicunt oēs. S Crucifigaf. C
Ait illiſ ꝑſeſ. S Quid eniꝫ mali fe
cit? C At illi magis clamabant, di
cēteſ. S Crucifigaf. C Videſ au
tē Pilatꝰ qa nihil ꝓficeret, ſed ma
giſ tumultꝰ fieret: accepta aqua, la
uit manꝰ coꝛā populo dicēſ. S Jn
nocēs ego ſum a ſanguine iuſti hu
ius. Vos videritis. C Et reſpon
dēs vniuerſus populus, dixit. S
Sāguis eiꝰ ſuꝑ nos, ꝛ ſuꝑ filioſ no
ſtros. C Tūc dimiſit illis Barab
bā: Jeſuꝫ autē flagellatū tradidit
eis vt crucifigeref. Tūc milites ꝑſi
dis ſuſcipiētes Jeſuꝫ in ꝑtoꝛio, cō
gregauerūt ad eum vniuerſam co
hoꝛtem. Et exuentes eum, clamy

dem coccineã circundederunt ei.
Et plectentes, coronã de ſpinis
poſuerũt ſuper caput eius: ⁊ arũ-
dinẽ in dextera eiꝰ. Et genu flexo
ante eũ, illudebant ei dicentes. S.
Aue rex Judeoꝝ. C. Et expuẽtes
in eũ, acceperũt arundinẽ, ⁊ per-
tiebãt caput eius. Et poſtquã illu
ſerũt ei, exuerũt eũ clamydẽ: ⁊ in
duerunt eũ veſtimentis eius, ⁊ du
xerũt eũ vt crucifigerent. Exeun-
tes autẽ, inuenerũt hominem Cy
renęum nomine Simonẽ. Hunc
angariauerunt, vt tolleret Crucẽ
eius. Et venerunt in locũ, qui dicit
Golgotha: qđ eſt Caluarię locus.
Et dederunt ei vinũ bibere cũ fel
le miſtum. Et cũ guſtaſſet, noluit
bibere. Poſtq̃ aũt crucifixerũt eũ
diuiſerũt veſtimẽta eius, ſortẽ mit
tẽtes: vt adimpleretur quod dictũ
Ps. 21. eſt per prophetã dicentem. Diui-
ſerunt ſibi veſtimẽta mea: ⁊ ſuper
veſtem meam miſerunt ſortem. Et
ſedentes ſeruabant eũ. Et impo
ſuerunt ſup caput eius cauſam ip-
ſius ſcriptã: Hic eſt Jeſus Rex Ju
dęorum. Tunc crucifixi ſunt cum
eo duo latrones: vnus a dextris, ⁊
vnꝰ a ſiniſtris. Prętereũtes autẽ
blaſphemabant eum mouẽtes ca
pita ſua, ⁊ dicẽtes. S. Vah qui de-
ſtruis templum Dei, ⁊ in triduo re
ędificas illud. Salua temetipſũ. Si
filius Dei es, deſcẽde de cruce. C.
Similiter ⁊ principes ſacerdotũ
illudentes cũ ſcribis ⁊ ſenioribus
dicebãt. S. Alios ſaluos fecit: ſeip
ſum nõ poteſt ſaluũ facere. Si rex
Jſrael eſt deſcẽdat nũc de Cruce,
⁊ credimus ei. Confidit in Deo: li-
beret eũ nũc, ſi vult: dixit enim q̃a
filius Dei ſũ. C. Jdipſum autẽ ⁊
latrones qui crucifixi erãt cũ eo,
improperabãt ei. A ſexta autẽ ho-
ra, tenebrę factę ſunt ſup vniuerſã
terrã, vſq; ad horã nonã. Et circa
horã nonã clamauit Jeſꝰ voce ma
gna dicẽs. ✠ Eli, Eli, lamma ſaba-
cthani? C. Hoc eſt. ✠ Deus meꝰ,
Deus meus, vt quid dereliq̃ſti me?
C. Quidã autẽ illic ſtãtes ⁊ audiẽ
tes: dicebãt. S. Eliã vocat iſte. C.
Et cõtinuo currẽs vnꝰ ex eis, acce
ptã ſpongiã impleuit aceto: ⁊ im-
poſuit arũdini, ⁊ dabat ei bibere.
Cęteri vero dicebant. S. Sine, vi
deamꝰ an veniat Elias liberãs eũ.
C. Jeſus autẽ iterũ clamãs voce
magna, emiſit ſpũm. Et ecce ve- hic pau
lũ tẽpli ſciſſũ eſt in duas partes, a ſatur ali
ſummo vſq; deorſũ. Et terra mo- quantu
ta eſt, ⁊ petrę ſciſſę ſunt, ⁊ monumẽ lũ ⁊ ge
ta apta ſunt: ⁊ multa corpora ſan- nuflecti
ctorũ qui dormierãt, ſurrexerunt. tur.
Et exeũtes de monumẽtis poſt re
ſurrectionẽ eiꝰ, venerũt in ſanctã
ciuitatẽ: ⁊ apparuerũt multis. Cẽ-
turio autẽ ⁊ q̃ cum eo erant cuſto-
diẽtes Jeſũ, viſo terręmotu ⁊ his
quę fiebãt, timuerunt valde dicen
tes. S. Vere, filiꝰ Dei erat iſte. C.
Erãt autẽ ibi mulieres multę a lõ
ge, q̃ ſecutę erãt Jeſum a Galilęa,
miniſtrãtes ei: inter quas erat Ma
ria Magdalene, ⁊ Maria Jacobi
⁊ Joſeph mr̃: ⁊ mater filiorũ Zebe
dęi. Cũ ſero autẽ factũ eſſet, venit
quidã homo diues ab Arimathia,
noĩe Joſeph: q̃ ⁊ ipſe diſcipulꝰ erat
Jeſu. Hic acceſſit ad Pilatũ, ⁊ pe
tijt corpꝰ Jeſu. Tũc Pilatus iuſſit
reddi

reddi corpus. Et accepto corpore, Ioſeph inuoluit illud i ſindone mũda: ⁊ poſuit illud i monumẽto ſuo nouo, quod exciderat in petra. Et aduoluit ſaxum magnum ad oſtiũ monumenti, ⁊ abijt. Erant autem ibi Maria Magdalene, ⁊ altera Maria, ſedentes ꝯtra ſepulcrum. Hic datur benedictio, deſertur incenſum ſine luminaribus, non dr̃ Dñs vobiſcum. ⁊ cantatur in tono Euangelij. Quę omnia ⁊ in alijs Paſſionibus ſeruantur.

Altera autem die, quę eſt poſt paraſceuen, conuenerũt principes ſacerdotũ, ⁊ phariſęi ad Pilatũ, dicẽtes: Dñe, recordati ſumꝰ, quia ſeductor ille dixit adhuc viuens, Poſt tres dies reſurgã. Iube ergo cuſtodiri ſepulcrum vſq; in diem tertiũ: ne forte veniant diſcipuli eius, ⁊ furentur eũ: ⁊ dicãt plebi, Surrexit a mortuis. Et erit nouiſſimus error peior priore. Ait illis Pilatus. Habetis cuſtodiam: ite, cuſtodite ſicut ſcitis. Illi autem abeũtes, munierũt ſepulcrũ, ſignãtes lapidẽ, cũ cuſtodibus. Credo.

ps. 68 Offert. Improperium expectauit cor meũ, ⁊ miſeriã: ⁊ ſuſtinui q ſimul mecũ contriſtaret, ⁊ non fuit: conſolantem me quęſiui, ⁊ nõ inueni: ⁊ dederunt in eſcã meã fel, ⁊ in ſiti mea potauerunt me aceto. Secre.

Concede, quęſumus domine: vt oculis tuę maieſtatis munus oblatum, ⁊ gratiã nobis deuotionis obtineat, ⁊ effectum beatę perennitatis acquirat. Per dñm.

mat. 26 Cõm. Pater: ſi nõ poteſt hic calix trãſire, niſi bibã illũ: fiat voluntas tua. Poſtc.

Per huius domine operationem myſterij: ⁊ vitia noſtra purgentur, ⁊ iuſta deſideria compleantur. Per dominum noſtrũ.

FERIA SECVNDA dies 41
Maioris hebdomadę. xl.
Statio ad ſanctam Praxedem.

Non dicitur ps. Iudica. Introitus.

Iudica domine nocentes me, expugna impugnantes me: apprehende arma ⁊ ſcutum, ⁊ exurge in adiutorium meum, domine virtus ſalutis meę. ps. 34 ps. Effunde frameam, ⁊ conclude aduerſus eos qui perſequuntur me: dic animę meę, ſalus tua ego ſum. Iudica domine nocentes me. Oremus.

Da, quęſumus, omnipotens Deus: vt, qui in tot aduerſis ex noſtra infirmitate deficimus, intercedẽte vnigeniti filij tui paſſione reſpiremus. Per eundem dñm. vel Eccleſię. vel Deus omniũ. 57.

Lectio Iſaię prophetę.

In diebus illis, dixit Iſaias. ca. 50 Dominus Deꝰ aperuit mihi aurem: ego autem non cõtradico, retrorſum non abij. Corpus meũ dedi percutiẽtibus, ⁊ genas meas vellentibus. Faciem meã nõ auerti ab increpantibus, ⁊ conſpuentibus. Dñs Deus auxiliator meus, ideo non ſum confuſus: ideo poſui faciem meã vt petrã duriſſimam, ⁊ ſcio qm̃ non confundar. Iuxta eſt q iuſtificat me: qs ꝯtradicet mihi? Stemus ſimul: quis eſt aduerſariꝰ meus? Accedat ad me. Ecce dñs Deus, auxiliator meus: quis eſt q condemnet me? Ecce, oẽs quaſi veſtimentum conterentur: tinea cõmedet

medet eos. Quis ex vobis timens Deum, audiēs vocē ſerui ſui? Quis ambulauit in tenebris, ⁊ nō eſt lumen ei? Speret in nomine dñi, ⁊ innitatur ſuper dñm Deum ſuū.

ps.34 Graduale. Exurge domine, ⁊ intende iudicio meo: Deus meus, ⁊ dominus meus in cauſam meam. ℣. Effunde frameam, ⁊ cōclude aduerſus eos qui me perſequunt.

ps.102 Tractus. Domine non ſm̄ peccata noſtra quę fecimus nos: neq; ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Domine, ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum: cito anticipent nos miſericordię tuę, quia pauperes facti ſumus nimis. ℣.

Adiuua nos Deus ſalutaris noſter: ⁊ ꝑpter

ps.78 gloriā nōis tui dñe libera nos, ⁊ propitius eſto peccatis noſtris propter nomē tuum.

Sequētia ſcti euāg. ſm̄ Johānem.

ca.12 Ante ſex dies Paſchę venit Jeſus Bethaniam, vbi Lazarus fuerat mortuus, quē ſuſcitauit Jeſus. Fecerunt autem ei cęnam ibi: ⁊ Martha miniſtrabat. Lazarus vero vnus erat ex diſcumbētibus cū eo. Maria ergo accepit librā vnguēti nardi piſtici pretioſi: ⁊ vnxit pedes Jeſu, ⁊ extersit capillis ſuis pedes eius: ⁊ dom⁹ impleta eſt ex odore vnguenti. Dixit ergo vnus ex diſcipulis eius Judas Iſcariotes, qui erat eū traditurus. Quare hoc vnguētū nō venijt trecētis denarijs, ⁊ datū eſt egēnis? Dixit autem hoc, non quia de egēnis pertinebat ad eum, ſed quia fur erat, ⁊ lóculos habens, ea quę mittebantur portabat. Dixit ergo Jeſus. Sine illā, vt in diē ſepulturę meę ſeruet illud. Páuperes enim ſemper habebitis vobiſcum: me autē non ſemper habebitis. Cognouit ergo turba multa ex Judęis, quia illic eſſet: ⁊ venerūt non propter Jeſum tantū, ſed vt Lazarum viderent, quem ſuſcitauit a mortuis.

Offert. Eripe me de inimicis meis domine: ad te cōfugi: doce me facere volunta- ps.142
tem tuam: quia Deus meus es tu. Secre.

Hæc ſacrificia nos omnipotēs Deus potenti virtute mūdatos, ad ſuum faciant puriores venire principium. Per dominum.

vel Protege nos. vel Oblatis. 58.

Communio. Erubeſcant, ⁊ reuerean- ps.34
tur ſimul, qui gratulantur malis meis: induantur pudore, ⁊ reuerentia, qui maligna loquuntur aduerſum me. Poſtcommu.

Prębeant nobis domine diuinum tua ſancta feruorem: quo eorum pariter, ⁊ actu delectemur, ⁊ fructu. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filiū tuū.

vel Quęſumus. vel Hęc nos. 58.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita veſtra Deo.

Adiuua nos Deus ſalutaris noſter: ⁊ ad beneficia recolenda, quibus nos inſtaurare dignatus es, tribue venire gaudentes. Per dominum noſtrum Jeſum.

FERIA TERTIA. dies 42
xl.

Statio ad ſanctam Priſcam.

Non dicitur ps. Judica. Introitus.

Nos aūt gloriari opor- Gal.6.
tet in cruce domini noſtri Jeſu Chriſti: in quo eſt ſalus, vita, ⁊ reſurrectio noſtra, per quem ſaluati, ⁊ liberati ſumus. ps. Deus miſereatur noſtri, ⁊ benedicat nobis: illuminet

net vultum ſuuz ſuper nos,⁊ miſereatur noſtri. Nos autem gloriari. Oremus.

Omnipotẽs ſempiterne Deꝰ: da nobis ita dñicę paſſionis ſacramẽta peragere:vt idulgẽtiaz percipere mereamur.Per eũdem dominum noſtrum Jeſum Chrm. vel Eccleſię. vel Deus omniũ. 57.

Lectio Jeremię prophetę.

cap.11. In diebus illis: Dixit Jeremas. Domine demonſtraſti mihi,⁊ cognoui: tu oſtendiſti mihi ſtudia eorũ. Et ego quaſi agnꝰ manſuetus, qui portatur ad victimam: ⁊ non cognoui quia cogitauerunt ſuper me conſilia, dicẽtes. Uenite, mittamus lignum in panem eius, ⁊ eradamus eum de terra viuentiũ, ⁊ nomen eius nõ memoretur amplius.Tu autẽ dñe ſabaoth,qui iudicas iuſte, et probas renes ⁊ corda, videam vltionem tuam ex eis:tibi eniz reuelaui cauſam meam: domine Deus meus.

ps. 34. Gradua. Ego autẽ dum mihi moleſti eſſent induebã me cilicio, ⁊ humiliabã in ieiunio animã meã,⁊ oratio mea in ſinu meo cõuertetur. ℣. Judica dñe nocentes me, expugna impugnantes me:apprehende arma ⁊ ſcutum,⁊ exurge in adiutorium mihi.

Paſſio domini noſtri Jeſu Chriſti ſecundum Marcum.

ca.14.



In illo tẽpore. Erat Paſcha ⁊ azyma poſt biduũ: ⁊ quęrebant ſummi ſacerdotes,⁊ ſcribę, quomodo Jeſum dolo tenerẽt, ⁊ occiderent.Dicebant autem. Nõ in die feſto: ne forte tumultus fieret i populo. Et cũ eſſet Jeſus Bethanię i domo Simonis leproſi, ⁊ recũberet:venit mulier habẽs alabaſtrum vnguenti nardi ſpicati pretioſi:⁊ fracto alabaſtro, effudit ſup caput eiꝰ. Erãt autẽ quidã indigne ferẽtes intra ſemetipſos, ⁊ dicẽtes. Ut qd pditio iſta vnguenti facta eſt? Poterat enim vnguẽtũ iſtud venũdari pluſquã trecẽtis denarijs, ⁊ dari pauperibus. Et fremebãt in eã. Jeſus autez dixit. ✠ Sinite eã. Quid illi moleſti eſtis? Bonũ opꝰ opata eſt in me. Semp eniz pauperes habetis vobiſcũ:⁊ cũ volueritis,poteſtis illis benefacere:me autẽ nõ ſemp habebitis. Qđ habuit, hęc fecit:puenit vngere corpus meuz in ſepulturã. Amẽ dico vobis: vbicũqz prędicatũ fuerit Euãgeliũ iſtud in vniuerſo mũdo,⁊ quod hęc fecit,narrabitur in memoriã eiꝰ. Et Judas Jſcariotes,vnus de duodeciz,abijt ad ſummos ſacerdotes,vt pderet eũ illis. Qui audiẽtes,gauiſi ſunt: ⁊ promiſerunt ei pecuniaz ſe daturos.Et q̃rebat quomodo illuz opportune traderet. Et primo die azymorũ,quãdo Paſcha immolabãt,dicũt ei diſcipuli. Quo vis eamus, ⁊ paremus tibi,vt manduces Paſcha? Et mittit duos ex diſcipulis ſuis:⁊ dicit eis. ✠ Jte in ciuitatẽ:⁊ occurret vobis homo lagenã aquę baiulans:ſequimini eũ: ⁊ quocunqz introierit, dicite dño domus,qa magiſter dicit. Ubi eſt refectio mea, vbi Paſcha cũ diſcipulis meis mãducẽ? Et ipſe vobis demon-

demonſtrabit cenaculum grande
ſtratū: τ illic parate nobis. C Et
abierunt diſcipuli eius, τ venerūt
in ciuitatē: τ inuenerūt ſicut dixe-
rat illis, τ parauerūt Paſcha. Ve-
ſpere autē facto, venit cum duode
cim. Et diſcūbentibus eis, τ man-
ducantibus, ait Jeſus. ✠ Amē di-
co vobis: qa vnus ex vobis tradet
me, qui manducat mecū. C At il
li ceperunt contriſtari, τ dicere ei
ſingillatim. S Nunquid ego? C
Qui ait illis. ✠ Un⁹ ex duodecim
q̄ itingit mecū manū in catino. Et
filius q̄dē hominis vadit ſicut ſcri
ptū eſt de eo. Ve ante homini illi,
per quē filius hominis tradetur.
Bonū erat ei, ſi non eſſet natus ho
mo ille. C Et manducantibus il-
lis, accepit Jeſus panem: τ bene-
dicens fregit, τ dedit eis, τ ait. ✠
Sumite: hoc eſt corpus meum. C
Et accepto calice, gratias agens
dedit eis. Et biberunt ex illo om-
nes. Et ait illis. ✠ Hic eſt ſanguis
meus noui teſtamēti, qui pro mul-
tis effundetur. Amen dico vobis:
quod iam non bibam de genimi-
ne vitis vſq; in diem illum, cum il-
lud bibam nouum in regno Dei.
C Et hymno dicto, exierūt in mō
tem oliuarum. Et ait illis Jeſus.
✠ Oēs ſcādalizabimini i me in no
cte iſta, qa ſcriptum eſt. Percutiā
paſtorē, τ diſpergētur oues. Sed
poſtq̄ reſurrexero, p̄cedā vos in
Galileā. C Petr⁹ autē ait illi. S
Etſi oēs ſcādalizati fuerint, ſed nō
ego. C Et ait illi Jeſus. ✠ Amen
dico tibi: qa tu, hodie, in nocte hac
pri⁹ quā gallus bis vocē dederit,
ter me es negatur⁹. C At ille am-
pli⁹ loquebaꝛ. S Etſi oportuerit
me ſimul cōmori tibi, non te ne-
gabo. C Similiter aūt τ oēs dice
bant. Et veniunt in prędium, cui
nomen Gethſemani: τ ait diſcipu
lis ſuis. ✠ Sedete hic, donec orē.
C Et aſſumit Petrū, τ Jacobū,
τ Johannem ſecum: τ cepit paue-
re, τ tędere. Et ait illis. ✠ Triſtis
eſt anima mea vſq; ad mortē. Su
ſtinete hic, τ vigilate. C Et cum
proceſſiſſet paululum, procidit ſu-
per terrā, τ orabat: vt, ſi fieri poſ-
ſet, tranſiret ab eo hora: τ dixit. ✠
Abba pater, omnia tibi poſſibilia
ſunt: transfer calicem hunc a me.
Sed nō quod ego volo: ſed quod
tu. C Et venit, τ inuenit eos dor-
mientes. Et ait Petro. ✠ Simō
dormis? Nō potuiſti vna hora vi-
gilare mecū? Vigilate, τ orate: vt
nō intretis in tētationē. Spiritus
quidē promptus eſt, caro autē in
firma. C Et iterum abiēs orauit,
eundem ſermonem dicens. Et re-
uerſus, denuo inuenit eos dormiē
tes, (erāt enim oculi eorum graua
ti) τ ignorabant quid reſpondē-
rent ei. Et venit tertio: τ ait illis.
✠ Dormite iā, τ requieſcite. Suf
ficit. Venit hora. Ecce tradetur fi-
lius hominis in manus peccato-
rum. Surgite, eamus: ecce, qui me
tradet p̄pe eſt. C Et adhuc eo lo-
quente, venit Judas Jſcariotes
vn⁹ de duodecim, τ cū illo turba
multa cum gladijs, τ lignis, miſ-
ſi a ſummis ſacerdotibus, τ ſcri-
bis, τ ſenioribus. Dederat autem
traditor eis ſignū, dicēs. S Quē-
cunq;

cunque oſculatus fuero, ipſe eſt: te
nete eum, ꝛ ducite caute. ¶ Et
cum veniſſet, ſtatim accedens ad
eũ, ait. S Rabbi. ¶ Et oſculatus
eſt eum. At illi manus iniecerunt
in Jeſum, ꝛ tenuerunt eum. Unus
autem de circunſtantibus educẽs
gladium, percuſſit ſeruum ſummi
ſacerdotis: ꝛ amputauit illi auricu
lam. Et reſpõdens Jeſus, ait illis
✠ Tanquam ad latronem exiſtis
cum gladijs, ꝛ lignis comprehen
dere me. quotidie apud vos erã in
templo docẽs, ꝛ non me tenuiſtis.
Sed vt impleãt ſcripturę. ¶ Tũc
diſcipuli eius relinquẽtes eũ, oẽs
fugerunt. Adoleſcens autẽ quidã
ſequebatur eum amictus ſindone
ſuper nudo: ꝛ tenuerunt eum. At
ille reiecta ſindone, nudus ꝓfugit
ab eis. Et adduxerũt Jeſum ad ſũ
mum ſacerdotem: ꝛ conuenerunt
omnes ſacerdotes, ꝛ ſcribę, ꝛ ſenio
res. Petrus autẽ a lõge ſecut⁹ eſt
eum vſq; intro in atriũ ſummi ſa
cerdotis, ꝛ ſedebat cũ miniſtris, ꝛ
calefaciebat ſe ad ignẽ. Summi ve
ro ſacerdotes ꝛ omne ꝯciliũ, quę
rebãt aduerſus Jeſũ teſtimoniũ,
vt eum morti trãderent: nec inue
niebant. Multi enim teſtimonium
falſum dicebant aduerſus eũ: ꝛ cõ
uenientia teſtimonia non erant. Et
qdam ſurgẽtes, falſum teſtimoniũ
ferebãt aduerſus eũ dicentes. S
Qm̃ nos audiuim⁹ eũ dicẽtẽ: Ego
diſſoluã tẽplum hoc manu factũ:
ꝛ poſt triduum, aliud non manu
factũ ędificabo. ¶ Et non erat cõ
ueniens teſtimonium illorũ. Exur
gens autẽ ſumm⁹ ſacerdos in me
dium, interrogauit Jeſum dicens
S Nõ reſpõdes quicquã ad ea, quę
tibi obijciunt ab his? ¶ Ille autẽ
tacebat, ꝛ nihil reſpõdit. Rurſum
ſumm⁹ ſacerdos interrogabat eũ:
ꝛ dixit ei. S Tu es Chriſtus filius
Dei bñdicti? ¶ Jeſus autem dixit
illi. ✠ Ego ſum. Et videbitis filiũ
hominis ſedẽtẽ a dextris virtutis
Dei, ꝛ venientẽ cũ nubibus celi. ¶
Sũmus autẽ ſacerdos ſcindẽs ve
ſtimẽta ſua, ait. S Quid adhuc de
ſideram⁹ teſtes? Audiſtis blaſphe
miã. Quid vobis videtur? ¶ Qui
oẽs cõdẽnauerũt eũ eſſe reũ mor
tis. Et ceperũt quidã cõſpuere eũ,
ꝛ velare faciẽ eius, ꝛ colaphis eũ
cędere, ꝛ dicere ei. S Propheti
za. ¶ Et miniſtri alapis eũ cęde
bãt. Et cũ eſſet Petr⁹ i atrio deor
ſum, venit vna ex ancillis ſũmi ſacer
dotis: ꝛ cũ vidiſſet Petrum calefa
cientẽ ſe, aſpiciens illũ ait. S Et
tu cũ Jeſu Nazareno eras. ¶ At
ille negauit, dicens. S Neq; ſcio,
neq; noui quid dicas. ¶ Et exijt
foras ante atriũ: ꝛ gallus cãtauit.
Rurſus aũt cũ vidiſſet illũ alia an
cilla, cepit dicere circũſtãtibus: qꝛ
hic ex illis eſt. At ille iterũ negauit.
Et poſt puſillũ rurſus q aſtabant,
dicebãt Petro. S Uere ex illis es:
nã ꝛ Galilę⁹ es. ¶ Ille autẽ cępit
anathematizare, ꝛ iurare: quia ne
ſcio hominẽ iſtũ quẽ dicitis. Et ſta
tim iterum gallus cantauit. Et re
cordatus eſt Petr⁹ verbi, quod di
xerat ei Jeſus: Priuſquã gall⁹ cã
tet bis, ter me negabis. Et cępit
flere. Et confeſtim, mane cõſilium 15. cap.
facientes ſummi ſacerdotes cũ ſe
nioribus

nioribus ⁊ ſcribis, ⁊ vniuerſo cõci
lio, vinciẽtes Jeſuz, duxerũt ⁊ tra
diderũt Pilato. Et interrogauit
eũ Pilatꝰ. S Tu es rex Judeorũ?
C At ille reſpõdens, ait illi. ✠ Tu
dicis. C Et accuſabãt eũ ſummi ſa
cerdotes i multis. Pilatꝰ autẽ rur
ſuz interrogauit eũ dicẽs. S Nõ
reſpõdes quicquã? Uide in quãtis te
accuſant. C Jeſus autez amplius
nihil reſpondit: ita vt miraret̃ Pi
latus. Per diẽ autẽ feſtum ſolebat
illis dimittere vnũ ex vinctis, quẽ
cũq; petiiſſent. Erat autẽ qui dice
batur Barabbas, qui cũ ſeditioſis
erat vinctus, qui in ſeditione fece
rat homicidium. Et cũ aſcendiſſet
turba, cepit rogare, ſicut ſemꝑ fa
ciebat illis. Pilatus autẽ reſpõdit
eis, ⁊ dixit. S Uultis dimittã vo
bis regẽ Judeoꝝ? C Sciebat eniz
ꝙ ꝑ inuidiã tradidiſſẽt eũ ſummi
ſacerdotes. Põtifices autẽ cõcita
uerũt turbã, vt magis Barabbaz
dimitteret eis. Pilatꝰ autẽ iterũ re
ſpõdẽs, ait illis. S Quid ergo vul
tis faciã regi Judeoꝝ? C At illi
iterũ clamauerunt. S Crucifige
euz. C Pilatus vero dicebat eis.
S Quid eniz mali fecit? C At illi
magis clamabãt. S Crucifige eũ.
C Pilatꝰ autẽ volẽs populo ſatiſ
facere, dimiſit illis Barabbã, ⁊ tra
didit Jeſum flagellis ceſum, vt cru
cifigeretur. Milites autẽ duxerũt
eum intro in atriuz pretorii, ⁊ con
uocant totam cohortẽ: ⁊ induunt
eum purpura, ⁊ imponunt ei ple
ctentes ſpineã coronã. Et ceperũt
ſalutare eum: Aue Rex Judeorũ.
Et ꝑcutiebãt caput eius arũdine:
⁊ conſpuebant eum: ⁊ ponentes
genua, adorabant eũ. Et poſtquã
illuſerũt ei, exuerũt illũ purpura:
⁊ induerũt euz veſtimentis ſuis: ⁊
educunt illũ, vt crucifigerent eum.
Et angariauerũt pretereũtẽ quẽ
piam Simonẽ Cyreneum veniẽtẽ
de villa, patrem Alexãdri ⁊ Rufi,
vt tolleret crucẽ eius. Et ꝑducunt
eum in Golgotha locuz: quod eſt
interpretatũ, Caluarie locꝰ. Et da
bant ei bibere myrrhatũ vinuz: ⁊
non accepit. Et crucifigẽtes eũ, di
uiſerunt veſtimẽta eius, mittẽtes
ſortem ſuper eis, quis ꝗd tolleret.
Erat autẽ hora tertia: ⁊ crucifixe
rũt eũ. Et erat titulus cauſe eiꝰ in
ſcriptus, Rex Judeorũ. Et cuz eo
crucifixerunt duos latrones: vnũ
a dextris, ⁊ alium a ſiniſtris. Et im
pleta eſt ſcriptura, ꝙ dicit: Et cũ ini
quis reputatꝰ eſt. Et pretereũtes
blaſphemabãt euz, mouẽtes capi
ta ſua, ⁊ dicentes. S Uah, qui de
ſtruis tẽplũ Dei, ⁊ in tribꝰ diebus
reedificas: ſaluũ fac temetipſuz de
ſcẽdẽs de cruce. C Similiter ⁊ ſũ
mi ſacerdotes illudẽtes, ad alteru
trum cũ ſcribis, dicebãt. S Alios
ſaluos fecit, ſeipſuz non poteſt ſal
uũ facere. Chriſtus Rex Iſrael de
ſcẽdat nũc de Cruce: vt videamꝰ,
⁊ credamus. C Et qui cuz eo cru
cifixi erant, cõuiciabãtur ei. Et fa
cta hora ſexta, tenebre facte ſunt
ſuꝑ totã terrã vſq; in horã nonaz.
Et hora nona exclamauit Jeſus
voce magna, dicẽs. ✠ Eloi, Eloi,
lamma ſabacthani? C Quod eſt
interpretatũ. ✠ Deus meus, Deꝰ
meus, vt quid dereliquiſti me? C
Et

Et quidam de circunſtantibus au
dientes dicebant. S. Ecce, Eliam
vocat. C. Currens autem vnus, ⁊
implens ſpongiam aceto, circum/
ponenſque calamo, potum dabat
ei, dicens. S. Sinite: videamus, ſi
veniat Elias ad deponendum eū.
C. Jeſus autē emiſſa voce magna
expirauit. ✠ Et velū tēpli ſciſſum
eſt in duo, a ſummo vſqꝫ deorſum.
Vidēs autē Cēturio qui ex aduer
ſo ſtabat, quia ſic clamans expiraſ/
ſet, ait. S. Vere hic homo, filiꝰ Dei
erat. C. Erāt aūt ⁊ mulieres de lō
ge aſpiciētes: iter quas erat Maria
Magdalene, ⁊ Maria Jacobi mi/
noris, ⁊ Joſeph mater, ⁊ Salome:
⁊ cū eſſet in Galilęa, ſequebant eū,
⁊ miniſtrabāt ei: ⁊ alię multę, quę
ſimul cū eo aſcēderāt Jeroſolymā.

Hic pauſatur aliquantulū ⁊ genuflectitur.

Hic cantatur in tono euangelij, ⁊ alia fiunt, vt ſupra.

Et cum iam ſero eſſet factum:
(quia erat paraſceue, quod
eſt ante ſabbathū) venit Joſeph
ab Arimathia nobilis decurio: q ⁊
ipſe erat expectās regnū Dei. Et
audacter introiuit ad Pilatū, ⁊ pe
tijt corpus Jeſu. Pilatꝰ autē mira
bat, ſi iā obijſſet. Et accerſito Cē
turione, interrogauit eū ſi iā mor
tuus eſſet. Et cū cognouiſſet a Cē
turione: donauit corpus Joſeph.
Joſeph autem mercatus eſt ſindo
nem, ⁊ deponēs eum inuoluit ſin/
done, ⁊ poſuit eum in monumen/
to, qđ exciſum erat de petra, ⁊ ad/
uoluit lapidē ad oſtiū monumēti.

Offertorium.

Cuſtodi me domine de manu peccatoris: ⁊ ab hominibus iniquis eripe me. Secr.

Sacrificia nos, qs dñe, ppēſius
iſta reſtaurēt, quę medicinali
bus ſunt inſtituta ieiunijs. Per d.
vel Protege nos. vel Oblatis. 58.

Communio.

Aduerſum me exercebantur qui ſedebant in porta, ⁊ in me pſallebant qui bibebant vinum: ego vero orationē meā ad te domine: tēpus beneplaciti Deus, in multitudine miſericordię tuę exaudi me. Poſtcōm.

Sanctificationibus tuis, omni
potēs Deus: ⁊ vitia noſtra cu
rentur, ⁊ remedia nobis ſempiter
na proueniant. Per dominū no.
vel Quęſumus. vel Hęc nos. 58.

Super populum. Oremus.
Humiliate capita veſtra Deo.

Tua nos miſericordia Deꝰ, ⁊
ab omni ſurreptione vetuſta
tis expurget, ⁊ capaces ſanctę no/
uitatis efficiat. Per dominum no.

## FERIA QVARTA.

43. dies xl.

Statio ad ſanctā Mariā Maiorē.
Non dicitur ps. Judica. Introitus.

In nomine Jeſu om/ Phil. 2.
ne genu flectatur, cę/
leſtium: terreſtrium,
⁊ infernorum: quia do
minus factus eſt obe
diens vſque ad mor/
tem, mortem autem
crucis: ideo dominus Jeſus Chriſtus in
gloria eſt Dei patris. ps. Domine exau/
di orationem meam: ⁊ clamor meus ad te
veniat. In nomine. poſt Kyrie eleiſon.
dicitur Oremus. Flectamus ge/
nua. R. Leuate. Oratio.

Preſta qs ops Deus: vt, qui p
noſtris exceſſibus inceſſanter
affligimur, per vnigeniti tui paſſio
nem liberemur. Qui tecum viuit.

Lectio

Lectio Iſaie prophete.

ca. 62. ⁊ 63. HEc dicit dominus Deus: Di
cite filie Sion. Ecce ſaluator
tuus venit: ecce merces eius cum
eo. Quis eſt iſte, q venit de Edom,
tinctis veſtibꝰ de Boſra? Iſte for-
moſus in ſtola ſua, gradiēs in mul
titudine fortitudinis ſue. Ego qui
loquor iuſtitiā: ⁊ ꝓpugnator ſum
ad ſaluandū. Quare ergo rubrū
eſt indumentum tuum, ⁊ veſtimen
ta tua ſicut calcantiū in torculari?
Torcular calcaui ſolus: ⁊ de genti-
bus nō eſt vir mecū. Calcaui eos
in furore meo: ⁊ conculcaui eos in
ira mea. Et aſperſus eſt ſanguis eo
rum ſuper veſtimenta mea: ⁊ om-
nia indumenta mea inquinaui. Dies
enim vltionis in corde meo: annus
retributionis mee venit. Circūſpe
xi, ⁊ non erat auxiliator: queſiui, ⁊
nō fuit qui adiuuaret. Et ſaluauit
mihi brachium meum: ⁊ indigna-
tio mea, ipſa auxiliata eſt mihi. Et
cōculcaui populos in furore meo:
⁊ inebriaui eos in idignatione mea,
⁊ detraxi in terram virtutem eo-
rum. Miſerationum dn̄i recorda-
bor: laudē dn̄i ſuper omnibus que
reddidit nobis dn̄s Deus noſter.

ps. 68 Graduale. Ne auertas faciem tuam a
puero tuo, quoniā tribulor: velociter exau
di me. ℣. Saluum me fac Deus, quoniā
intrauerunt aque vſq; ad animam meam:
infixus ſum in limo profundi, ⁊ nō eſt ſub-
ſtantia. Hic dr̄ Dominus vobiſcum.
ſine Flectamus genua. Oratio.

DEus qui pro nobis filiū tuū
crucis patibulū ſubire volui-
ſti, vt inimici a nobis expelleres po
teſtatem, concede nobis famulis
tuis, vt reſurrectionis gratiam cō
ſequamur. Per eundem dominū.
vel Eccleſie. vel Deus omniū. 57.

Lectio Iſaie prophete.

IN diebus illis: Dixit Iſaias, ca. 53.
Domine quis credidit audi-
tui noſtro? ⁊ brachium domini cui
reuelatum eſt? Et aſcēdet ſicut vir
gultum coram eo: ⁊ ſicut radix de
terra ſitienti. Nō eſt ſpecies ei, ne-
que decor. Et vidimus eum, ⁊ nō
erat aſpectus: ⁊ deſiderauimus eū
deſpectum, ⁊ nouiſſimum virorū,
virum dolorum, ⁊ ſcientem infir-
mitatē. Et quaſi abſconditus vul
tus eius, ⁊ deſpectus: vnde nec re
putauimus eum. Vere languores
noſtros ipſe tulit: ⁊ dolores no-
ſtros ipſe portauit. Et nos putaui
mus eum quaſi leproſum, ⁊ ꝑcuſ-
ſū a Deo, ⁊ humiliatū. Ipſe autē
vulneratꝰ eſt propter iniquitates
noſtras: attritꝰ eſt propter ſcelera
noſtra. diſciplina pacis noſtre ſup
eum: ⁊ liuore eius ſanati ſumus.
Oēs nos quaſi oues errauimus,
vnuſquiſq; in viā ſuā declinauit: ⁊
poſuit dn̄s in eo iniquitatē omniū
noſtrū. Oblatꝰ eſt, qa ipſe voluit:
⁊ nō aperuit os ſuum. Sicut ouis
ad occiſionē ducetur: ⁊ quaſi agnꝰ
coram tondente ſe, obmuteſcet: ⁊
non aperiet os ſuum. De angu-
ſtia ⁊ de iudicio ſublatus eſt. Ge-
nerationem eius quis enarrabit?
Quia abſciſſꝰ eſt de terra viuētiū.
Propter ſcelꝰ populi mei percuſſi
eum. Et dabit impios pro ſepultu
ra, ⁊ diuites pro morte ſua: eo q
iniquitatem non fecerit, nec dolꝰ
inuentus fuerit in ore eius. Et dn̄s
voluit

voluit contererē eū in infirmitate. Si poſuerit pro peccato animam ſuam; videbit ſemen longęuum: ⁊ voluntas dñi in manu eius dirigetur. Pro eo ꝙ laborauit anima eiꝰ videbit, ⁊ ſaturabitur. In ſcientia ſua iuſtificabit ipſe iuſtus ſeruus meꝰ multos, ⁊ iniquitates eorū ipſe portabit. Ideo diſpertiā ei plurimos, ⁊ fortium diuidet ſpolia, pro eo ꝙ tradidit in mortem animam ſuam, ⁊ cum ſceleratis reputatus eſt. Et ipſe peccata multorum tulit: ⁊ pro trāſgreſſoribus rogauit.

ps.101 Tractus. Domine exaudi orationem meam: ⁊ clamor meus ad te veniat. ℣. Ne auertas faciem tuam a me: in quacunqʒ die tribulor, inclina ad me aurem tuam. ℣. In quacunqʒ die inuocauero te, velociter exaudi me. ℣. Quia defecerūt ſicut fumus dies mei: ⁊ oſſa mea ſicut in frixorio cōfrixa ſunt. ℣. Percuſſus ſum ſicut fenum, ⁊ aruit cor meum, quia oblitus ſum manducare panē meum. ℣. Tu exurgens domine miſereberis Sion: quia venit tempus miſerendi eiꝰ.

## Paſſio domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundum Lucam.

Lu.22.



In illo tēpore. Appropinquabat dies feſtꝰ azymorū, qui dicit paſcha, ⁊ quęrebant principes ſacerdotuʒ ⁊ ſcribę, quomodo Ieſū interficerent: timebant vero plebeʒ. Intrauit autē ſatanas in Iudaʒ, q cognominabatur Iſcariotes, vnū de duodecim: ⁊ abijt, ⁊ locutus eſt cū principibus ſacerdotū, ⁊ magiſtratibus, quēadmoduʒ illū trāderet eis. Et gauiſi ſunt: ⁊ pacti ſunt pecuniā illi dare. Et ſpopōdit. Et quęrebat opportunitatē, vt traderet illū ſine turbiſ. Venit autē dieſ azymorū, in qua neceſſe erat occidi Paſcha. Et miſit Petrum ⁊ Iohannem, dicens. ✠ Euntes parate nobis Paſcha, vt māducemus. At illi dixerut. S. Vbi vis paremꝰ? Et dixit ad eos. ✠ Ecce introeuntibus vobiſ in ciuitateʒ: occurret vobis homo, amphorā aquę portāſ: ſequimini eū in domū, in quā intrat, ⁊ dicetis patriſamiliaſ domꝰ. Dicit tibi magiſter. Vbi eſt diuerſoriū, vbi Paſcha cū diſcipulis meis manducē? Et ipſe vobis oſtēdet cęnaculū magnū ſtratū: ⁊ ibi parate. Euntes autē inuenerūt ſicut dixit illiſ Ieſuſ: ⁊ parauerūt Paſcha. Et cū facta eſſet hora diſcubuit, ⁊ duodeciʒ apoſtoli cū eo, ⁊ ait illis. ✠ Deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare vobiſcuʒ, anteꝗ̄ patiar. Dico eniʒ vobis, q̄a ex hoc nō māducabo illud, donec impleať in regno Dei. Et accepto calice, gratiaſ egit, ⁊ dixit. ✠ Accipite, ⁊ diuidite inter vos. Dico eniʒ vobiſ: ꝙ nō bibā de generatione vitis, donec regnum Dei veniat. Et accepto pane, gratiaſ egit, ⁊ fregit: ⁊ dedit eiſ, dicēſ. ✠ Hoc eſt corpꝰ meū, qd̄ ꝓ vobis dať. Hoc facite in meam commemorationē. Similiter ⁊ calicē, poſtquā cęnauit dicēſ. ✠ Hic calix nouū teſtamētum eſt in ſanguine meo, q pro vobis effundeť. Verumtamē, ecce manus tradētis me, mecū eſt in menſa. Et quidē filius ho

minis ſecūdum q̄ diffinitū eſt, vadit: veruntamē ve homini illi, per quē tradet̄. ⁋ Et ipſi ceperūt querere inter ſe q̄s eſſet ex eis, q̄ hoc facturus eſſet. Facta eſt autē ⁊ contētio inter eos, q̄s eorū videret̄ eſſe maior. Dixit autē eis. ✠ Reges gētiū dominant̄ eorū: ⁊ q̄ poteſtatē habent ſup eos, benefici vocātur. Vos autē non ſic, ſed q̄ maior eſt in vobis, fiat ſicut minor: ⁊ q̄ p̄ceſſor eſt, ſicut miniſtrator. (ὁ νεώτερος) Nā q̄s maior eſt, qui recūbit, an qui miniſtrat? Nonne q̄ recūbit? Ego autē in medio veſtrum ſum, ſicut q̄ miniſtrat, vos autē eſtis q̄ permāſiſtis mecū in tētationib⁹ meis. Et ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater me⁹ regnū: vt edatis, ⁊ bibatis ſuper mēſā meā in regno meo: ⁊ ſedeatis ſuper thronos, iudicātes duodecim tribus Iſrael. ⁋ Ait autē dn̄s Simoni. ✠ Simō, ecce ſatanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticū. Ego autē rogaui p̄ te, vt nō deficiat fides tua: ⁊ tu aliquādo cōuerſus, cōfirma fratres tuos. ⁋ Qui dixit ei. S. Dn̄e, tecū paratus ſum, ⁊ in carcerē, ⁊ i mortē ire. ⁋ At ille dixit. ✠ Dico tibi Petre, nō cātabit hodie gall⁹, donec ter abneges noſſe me. ⁋ Et dixit eis. ✠ Quādo miſi vos ſine ſacculo, ⁊ pera ⁊ calciamētis: nūq̄d aliquid defuit vobis? ⁋ At illi dixerūt. S. Nihil. ⁋ Dixit ergo eis. ✠ Sed nūc q̄ habet ſacculū, tollat ſimiliter ⁊ perā. Et q̄ nō habet, vēdat tunicā ſuam, ⁊ emat gladium. Dico enim vobis, q̄m adhuc, hoc, quod ſcriptum eſt, oportet impleri in me. Et cū iniquis deputatus eſt. Etenim ea que ſunt de me, finem habēt. ⁋ At illi dixerūt. S. Dn̄e, ecce gladij duo hic. ⁋ At ille dixit eis. ✠ Satis eſt. ⁋ Et egreſſus ibat ſecundū cōſuetudinē in montem Oliuarū. Secuti ſunt autē illū ⁊ diſcipuli. Et cum perueniſſet ad locū, dixit illis. ✠ Orate, ne intretis in tētationē. ⁋ Et ipſe auulſus eſt ab eis quātum iact⁹ eſt lapidis: ⁊ poſitis genibus orabat, dicens. ✠ Pater, ſi vis transfer calicē iſtū a me. Verūtamē nō mea voluntas, ſed tua fiat. ⁋ Apparuit autē illi angel⁹ de celo, cōfortans eum. Et factus in agonia, prolixius orabat. Et fact⁹ eſt ſudor eius, ſicut gutte ſanguinis decurrētis in terrā. Et cum ſurrexiſſet ab oratione, ⁊ veniſſet ad diſcipulos ſuos, iuenit eos dormientes pre triſtitia, ⁊ ait illis. ✠ Quid dormitis? Surgite, ⁊ orate, ne intretis in tētationē. ⁋ Adhuc eo loquēte, ecce turba: ⁊ qui vocabat̄ Iudas, vn⁹ de duodecim, antecedebat eos: ⁊ appropiquauit Ieſu, vt oſcularet̄ eū. Ieſus autē dixit illi. ✠ Iuda, oſculo filiū hominis tradis? ⁋ Videtes aūt hi q̄ circa ipſum erāt, q̄d futurū erat, dixerunt ei. S. Dn̄e, ſi p̄cutim⁹ i gladio? ⁋ Et pcuſſit vnus ex eis ſeruū principis ſacerdotū: ⁊ amputauit auriculā ei⁹ dexterā. Reſpōdēs aūt Ieſ⁹ ait. ✠ Sinite vſq; huc. ⁋ Et cū tetigiſſet auriculā ei⁹, ſanauit eū. Dixit aūt Ieſ⁹ ad eos q̄ venerāt ad ſe principes ſacerdotū, ⁊ magiſtrat⁹ templi, ⁊ ſeniores. ✠ Quaſi ad latronē exiſtis cū gladijs ⁊ fuſtibus: Cū

quoti

quotidie vobiſcũ fueriʒ in tẽplo,⁊
nõ extẽdiſtis manꝰ in me. Sed hęc
eſt hora veſtra,⁊ poteſtas tenebra
rũ: C Cõprehendentes autẽ eũ,
duxerũt ad domũ principis ſacer
dotũ. Petrus vero ſequebat̃ eũ á
longe. Accẽſo autẽ igne in medio
átrij,⁊ circũſedẽtibꝰ illis, erat Pe
trus in medio eorũ. Quẽ cũ vidiſ
ſet ancilla quędã ſedẽtẽ ad lumen,
⁊ eũ fuiſſet intuita, dixit. S Et hic
cũ illo erat. C At ille negauit eũ,
dicẽs. S Mulier, nõ noui illuʒ. C
Et poſt puſillũ, aliꝰ videns eũ, dixit.
S Et tu de illis es. C Petrꝰ ve
ro ait. S O homo nõ ſum. C Et
interuallo facto, quaſi horę vnius,
aliꝰ qdã affirmabat dicẽs. S Uere
⁊ hic cũ illo erat. Nã ⁊ Galilęꝰ eſt.
C Et ait Petrꝰ S Homo, neſcio
quid dicis. C Et cõtinuo adhuc
illo loquẽte, cãtauit gallus. Et cõ
uerſus dñs reſpexit Petrũ. Et re
cordatꝰ eſt Petrus verbi dñi, ſicut
dixerat: qȝ priuſquã gallꝰ cãtet, ter
me negabis. Et egreſſus foras Pe
trꝰ fleuit amare. Et viri q tenebãt
Jeſuʒ, illudebãt ei, cędẽtes, eũ. Et
velauerũt eũ: ⁊ percutiebãt facieʒ
eius: ⁊ interrogabant eũ dicẽtes.
S Propheti ʒa, quis eſt q te pcuſ
ſit? C Et alia multa blaſphemãtes
dicebãt in eũ. Et vt factus eſt dies,
cõuenerunt ſeniores plebis ⁊ prin
cipes ſacerdotum ⁊ ſcribę, ⁊ duxe
rũt illũ in cõciliũ ſuuʒ, dicẽtes. S
Si tu es Chriſtꝰ, dic nobis. C Et
ait illis. ✠ Si vobis dixero, nõ cre
detis mihi: ſi autẽ interrogauero,
nõ reſpõdebitis mihi, neqȝ dimit
tetis. Ex hoc autẽ erit filius homi
nis ſedẽs a dextris virtutis Dei.
C Dixerũt autẽ oẽs. S Tu ergo
es filiꝰ Dei? C Qui ait. ✠ Uos di
citis qȝ ego ſuʒ. C At illi dixerũt.
S Quid adhuc deſiderãꝰ teſti
monium? Ipſi eniʒ audiuimus de
ore eius. C Et ſurgẽs omnis mul
titudo eorum, duxerunt illum ad
Pilatum. Cęperũt autẽ accuſare
illum, dicentes. S Hunc inueni
mus ſubuertẽtẽ genteʒ noſtram:
⁊ prohibenteʒ tributa dari Cęſa
ri: ⁊ dicentẽ ſe Chriſtum regem eſ
ſe. C Pilatꝰ autẽ interrogauit eũ
dicẽs. S Tu es Rex Judęorũ? C
At ille reſpondẽs ait. ✠ Tu dicis.
C Ait autẽ Pilatus ad principes
ſacerdotum, ⁊ turbas. S Nihil in
uenio cauſę in hoc homine. C At
illi inualeſcebant, dicẽtes. S Cõ
mouit populũ, docẽs, ꝑ vniuerſaʒ
Judęam, incipiẽs á Galilęa vſqȝ
huc. C Pilatus autem audiẽs Ga
lilęam, interrogauit ſi homo Gali
lęus eſſet. Et vt cognouit quod de
Herodis poteſtate eſſet, remiſit eũ
ad Herodẽ, q ⁊ ipſe Jeroſolymis
erat illis diebꝰ. Herodes autẽ viſo
Jeſu, gauiſus eſt valde. Erat eniʒ
cupiens ex multo tẽpore videre il
lum: eo ꝙ audierat multa de illo: ⁊
ſperabat ſignũ aliquod videre ab
eo fieri. Interrogabat aũt illũ mul
tis ſermonibus. At ipſe nihil illi re
ſpõdebat. Stabãt autẽ principes
ſacerdotũ ⁊ ſcribę, conſtãter accu
ſantes eũ. Spreuit autẽ illũ Hero
des cũ exercitu ſuo, ⁊ illuſit indu
tũ veſte alba, ⁊ remiſit ad Pilatũ. λαμπρὰν
Et facti ſunt amici Herodes ⁊ Pi
latus in ipſa die: naʒ antea inimici

erant ad inuicem. Pilatus autē cō
uocatis principibus ſacerdotū, ⁊
magiſtratibus, ⁊ plebe, dixit ad il-
los. S Obtuliſtis mihi hūc homi-
nē, quaſi auertentē populū: ⁊ ecce
ego coraꝫ vobis interrogans, nul-
lā cauſam inuenio in homine iſto,
ex his, in qbus euꝫ accuſatis. Sed
neqꝫ Herodes. Nā remiſi vos ad
illū: ⁊ ecce, nihil dignū morte actū
eſt ei. Emēdatum ergo illuꝫ dimit-
tā. C Neceſſe autē habebat dimit-
tere eis per diem feſtum, vnū. Ex-
clamauit autē ſimul vniuerſa tur-
ba, dicēs. S Tolle hūc, ⁊ dimitte
nobis Barabbaꝫ. C Qui erat ꝓ-
pter ſeditionē quandaꝫ factā in ci-
uitate, ⁊ homicidiū, miſſus in car-
cerem. Iterū autē Pilatꝰ locutus
eſt ad illos, volēs dimittere Ieſuꝫ.
At illi ſucclamabant, dicentes. S
Crucifige, crucifige eū. C Ille au-
teꝫ tertio dixit ad illos. S Quid
enim mali fecit iſte? Nullā cauſam
mortis inuēnio in eo. Corripiā er-
go illū, ⁊ dimittam. C At illi inſta-
bāt vocibꝰ magnis, poſtulātes vt
crucifigeret: ⁊ inualeſcebāt voces
eōruꝫ. Et Pilatꝰ adiudicauit fieri
petitionē coruꝫ. Dimiſit autē illis
eum qui propter homicidium, ⁊
ſeditionem miſſus fuerat in carce-
rē, quē petebant: Ieſum vero trā-
didit voluntati eoruꝫ. Et cum du-
cerent euꝫ apprehenderūt Simō-
nem quendā Cyrenēſem venientē
de villa, ⁊ impoſuerunt illi crucem
portare poſt Ieſuꝫ. Sequebat̄ au-
tē illum multa turba populi, ⁊ mu-
lierum, quę plangebāt, ⁊ lamenta-
bant̄ eū. Cōuerſus autē Ieſus ad

αὐτῶν ϗ τῶν ἀρχιερέων

illas, dixit. ✠ Filię Ieruſalē, noli-
te flere ſuper me: ſed ſuper vos ip-
ſas flete, ⁊ ſup filios veſtros. Quō-
ecce venient dies, in quibuſ dicēt.
Beatę ſtēriles, ⁊ ventres, qui non
genuerunt, ⁊ ūbera quę non lacta-
uerunt. Tunc incipient dicere mō-
tibuſ: Cādite ſuper nos: ⁊ collibꝰ,
Operite nos. Quia ſi in viridi ligno
hęc faciūt: in ārido qd fiet? C Du-
cebantur autē, ⁊ alij duo nequam
cum eo, vt interficerētur. Et poſt-
quam venerunt in locū qui vocat̄
Caluarię, ibi crucifixerunt eum, ⁊
latrones, vnum ā dextriſ, ⁊ ālterū
ā ſiniſtriſ. Ieſus autem dicebat. ✠
Pater, dimitte illis: non eniꝫ ſciūt
qd faciūt. C Diuidentes vero ve-
ſtimēta eius, miſerūt ſortes. Et ſta-
bat populꝰ ſpectans, ⁊ deridebāt
eum principes cum eis, dicentes.
S Alios ſaluos fecit; ſe ſaluum fa-
ciat, ſi hic eſt Chriſtus, Dei electꝰ.
C Illudebāt autē ei ⁊ milites ac-
cedētes, ⁊ acetū offerētes illi, ⁊ dicē-
tes. S Si tu es Rex Iudęorum,
ſaluū te fac. C Erat autē ⁊ ſupſcri-
ptio ſcripta ſuper eū literis gręciſ
⁊ latinis, ⁊ hebraicis: Hic eſt Rex
Iudęorū. Unus autē de his q pē-
debāt latronibus, blaſphemabat
eū, dicēs S Si tu es Chriſtus, ſal-
uum fac temetipſuꝫ, ⁊ nos. C Re-
ſpondēſ autē alter, increpabat eū
dicēs. S Neqꝫ tu times Deū, qui
in eādem damnatione es? Et nos
quidem iuſte: nam digna factis re-
cipimꝰ: hic vero nihil mali geſſit.
C Et dicebat ad Ieſuꝫ. S Dn̄e,
memēto mei, cū veneris in regnuꝫ
tuū. C Et dixit illi Ieſuſ. ✠ Amē
dico

dico tibi: hodie mecum eris in pa-
radiſo. ℣ Erat autẽ fere hora ſex-
ta: ⁊ tenebre facte ſunt in vniuer-
ſam terram, vſq; in horam nonã.
Et obſcuratus eſt ſol: ⁊ velũ tem
pli ſciſſum eſt medium. Et clamãs
Ieſus voce magna, ait. ✠ Pater in
manus tuas commendo ſpiritum
meum. ℣ Et hec dicẽs, expirauit.
hic pauſatur aliquantulũ ⁊ genuflectitur. Uidens autẽ Centurio qđ fa-
ctum fuerat, glorificauit Deum, di-
cẽs. S Uere hic homo iuſtus erat.
℣ Et omnis turba eorum, qui ſi-
mul áderãt ad ſpectaculum iſtud,
⁊ videbant que fiebant: percutien
tes pectora ſua, reuertebantur.
Stabant autẽ omnes noti eius a
longe: ⁊ mulieres, que ſecute erãt
eum a Galilea, hec videntes.

Hic legitur in tono Euangelij, ⁊ alia fiunt, vt ſupra.

Et ecce vir nomine Ioſeph, q
erat decurio, vir bonus ⁊ iu-
ſtus: (hic non conſenſerat conſilio
⁊ actibus eorũ:) ab Arimathia ciui
tate Iudee: q expectabat ⁊ ipſe re
gnũ Dei. Hic acceſſit ad Pilatum,
⁊ pétijt corpus Ieſu. Et depoſitũ
inuoluit ſindone: ⁊ poſuit eum in
monumento exciſo, in quo non-
dum quiſquam poſitus fuerat.

Offerto. Domine exaudi orationem
Ps.101 meam, ⁊ clamor meus ad te perueniat: ne
auertas faciem tuam a me. Secreta.

Suſcipe q̃s dñe, munus oblatũ,
⁊ dignãter operare: vt qđ paſſio-
nis filij tui dñi noſtri myſterio geri
mus, pijs affectibus proſequamur. p eũ.
vel Protege n. vel Oblatis. 58.

Communio. Potum meum cum fle-
Ps.101 tu tẽperabã: quia eleuãs alliſiſti me: ⁊ ego

M. R. M.

ſicut fenũ arui: tu autẽ dñe in eternũ perma
nes: tu exurgens miſereberis Sion, quia
venit tempus miſerendi eius. Poſtcõ.

Largire ſenſibus noſtris omps
Deus: vt, per tẽporalẽ filij tui
mortem, quã myſteria venerãda
teſtantur, vitã te nobis dediſſe per-
petuam confidamus. Per eundẽ.
vel Queſumus do. vel Hec n. 58.

Super populum. Oremus.
Humiliate capita veſtra Deo.

Reſpice, q̃s dñe, ſuper hanc fa
miliam tuã: pro qua dñs no-
ſter Ieſus Chriſtus nõ dubitauit
manibus tradi nocentium, ⁊ Cru
cis ſubire tormentum. Qui tecũ.

FERIA QVINTA in Cena Domini. 40. dies xl.



Statio ad S. Iohãnẽ i Lat. Intr.

Nos autẽ gloriari oportet in Cru- Gal. 6
ce dñi noſtri Ieſu Chriſti, in quo
eſt ſalus, vita, ⁊ reſurrectio noſtra:
per quem ſaluati, ⁊ liberati ſumus. ps. Deus Ps. 66
miſereatur noſtri, ⁊ benedicat nobis, illumi

 net

partem mecum. Dicit ei Simō Pe
trus. Dñe, nō tātum pedes meos,
ſed ⁊ manus ⁊ caput. Dicit ei Je
ſus. Qui lotus eſt, non indiget, niſi
vt pedes lauet, ſed eſt mūdus tot⁹.
Et vos mūdi eſtis, ſed nō oēs. Scie
bat enim quiſnā eſſet, qui traderet
eū: propterea dixit, Non eſtis mun
di oēs. Poſtquā ergo lauit pedes
eorum, accepit veſtimenta ſua. Et
cum recubuiſſet iterum, dicit eis.
Scitis quid fecerim vobis? Uos vo
catis me magiſter, ⁊ dñe: ⁊ bene di
citis. Sū etenim. Si ergo ego laui
pedes veſtros, dñs ⁊ magiſter: ⁊
vos debetis alter alteri⁹ lauare pe
des. Exemplum enim dedi vobis,
vt quemadmodum ego feci vobis,
ita ⁊ vos faciatis. Et dicitur Credo.
Ps.117 Offertorium. Dextera domini fecit
virtutem: dextera domini exaltauit me: dexte
ra domini fecit virtutem: non moriar, ſed vi
uam: ⁊ narrabo opera domini. Secreta.

Ipſe tibi qs, dñe ſancte, Pater
oipotēs, eterne Deus, ſacrifi
ciū noſtrū reddat acceptū: qui di
ſcipulis ſuis in ſui cōmemoratione
hoc fieri hodierna traditione mō
ſtrauit, Jeſus Chriſtus filius tu⁹,
dñs noſter. Qui tecum viuit, ⁊ reg.
Prefatio de Cruce. Qui ſalutē hum.

Infra actionem.

Communicantes, ⁊ diem ſa
cratiſſimum celebrantes, quo
dñs noſter Jeſus Chriſtus pro no
bis eſt traditus. Sed ⁊ memoriam
venerantes, in primis glorioſe ſem
per virginis Marie, genitricis
eiuſdē Dei, ⁊ dñi noſtri Jeſu Chri
ſti: Sed ⁊ beatorum Apoſtolorum
ac martyrum tuorū Petri ⁊ Pau
li, Andree, Jacobi, Johānis, Tho
me, Jacobi. Philippi, Bartholo
mei, Matthei, Simonis, ⁊ Thadei:
Lini, Cleti, Clemētis, Xiſti, Corne
lij, Cypriani, Laurentij, Chryſo
goni, Johannis, ⁊ Pauli, Coſme
⁊ Damiani, ⁊ omnium ſanctorum
tuorum: quorū meritis, precibuſqꝫ
cōcedas: vt in omnibus protectio
nis tue muniamur auxilio. Per eū
dem Chriſtum dñm noſtrū. Amen.

Alia infra actionem.

Hanc igitur oblationem ſerui
tutis noſtre, ſed ⁊ cuncte fa
milie tue, quam tibi offerimus ob
diem, in qua dominus noſter Je
ſus Chriſt⁹ tradidit diſcipulis ſuis
corporis ⁊ ſanguinis ſui myſteria
celebranda: queſumus domine, vt
placat⁹ accipias: dieſque noſtros
in tua pace diſponas: atqꝫ ab eter
na damnatione nos eripi, ⁊ in ele
ctorum tuorum iubeas grege nu
merari. Per eundem Chriſtum
dominum noſtrum. Amen.

Quam oblationem tu Deus in
omnibus queſumus, Bene
dictam, ✠ Aſcriptam, ✠ Ratam,
✠ Rationabilem, Acceptabilem
que facere digneris: vt nobis Cor
pus ✠ ⁊ ſanguis ✠ fiat dilectiſ
ſimi filij tui dñi noſtri Jeſu Chriſti.

Alia infra actionem.

Qui pridie, quam pro noſtra
omniumque ſalute patere
tur, hoc eſt, hodie: accepit panem
in ſanctas, ac venerabiles manus
ſuas: ⁊ eleuatis oculis in celum
ad te. ⁊c. Agnus Dei. dicitur: ſed
Pax non datur.
Hodie reſeruat ſacerdos in loco hone
ſto

ſto τ conuenienti vnam hoſtiam conſecratam pro die ſequēti, in quo non conficitur: vel etiam plures, ſi neceſſe fuerit, pro infirmis: ſanguinem vero totum ſumit.

Deide fiat cōio: τ poſtea cōplet̄ Miſſa.

## Communio.

Dominus Jeſus poſtquam cęnauit cū diſcipulis ſuis, lauit pedes eorum, τ ait illis: Scitis quid fecerim vobis ego dominus τ magiſter? exemplum dedi vobis, vt τ vos ita faciatis. Poſtcommunio.

Refecti vitalibus alimentis q̄ ſumus domine Deus noſter: vt quod tempore noſtrę mortalitatis cultu exequimur, tuę immortalitatis munere ꝯſequamur. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuū, qui tecum viuit. Et dicitur, Ite miſſa eſt.

Finita Miſſa, accenduntur intortitia, τ fit proceſſio more ſolito. Celebrans genu flectit ante altare, imponit incenſū in duobus thuribulis, τ cum altero incenſat ter ſacramentum: deinde de manu diaconi accepto calice cum ſacramento, τ cooperto extremitatibus veli, quo eius humeri teguntur, procedit medius inter diaconum a dextris, τ ſubdiaconum a ſiniſtris ſub baldachino, duobus acolythis ſacramentum continue incenſantibus vſque ad locum pręparatum, vbi pro craſtino ſeruādum eſt. Interea dum fit proceſſio cantatur Hymnus. Pange lingua glorioſi.

Repoſito ſacramento, τ rurſus incenſato, in choro dicantur veſperę: poſtea ſacerdos cum miniſtris denudet altaria legendo Antiphonam: Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, τ ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. cum toto pſalmo. Deus Deus meus reſpice in me.



Poſt denudationem altarium, hora cōpetenti, facto ſigno cum tabula, conueniūt Clerici ad faciendum mandatū. Superior abluit pedes inferioribus: tergit, τ oſculatur. Et interim hęc ſubſcripta cantant: vel oīa, vel in parte ꝑ diſpoſitione cantorum.

Aña. Mandatum nouum do vobis: vt diligatis inuicē, ſicut dilexi vos, dicit dominus. Ps. Beati immaculati in via, qui ambulāt in lege dñi. Et repetit̄ immediate Aña. Mandatum nouū. Et ſic alię añę, quę habent pſalmos, vel verſus, repetūtur.

Et

Et de quolibet pſal. nō dr̄ niſi vnus verſus

Añā. Poſtq̄ ſurrexit dn̄s à Cena, miſit aquam in peluim: ⁊ cepit lauare pedes diſcipuloꝝ ſuoꝝ: hoc exemplū reliquit eis. ps. Magnus dn̄s ⁊ laudabilis nimis: in ciuitate Dei noſtri, in monte ſancto eius.

Añā. Dn̄s Ieſus poſtq̄ cenauit cum diſcipulis ſuis, lauit pedes eorum, ⁊ ait illis: Scitis quid fecerim vobis ego dn̄s ⁊ magiſter? exemplum dedi vobis, vt ⁊ vos ita faciatis. ps. Benedixiſti domine terram tuam: auertiſti captiuitatem Iacob.

Añā. Domine tu mihi lauas pedes? reſpondit Ieſus, ⁊ dixit ei: Si non lauero tibi pedes, nō habebis partē mecū. ℣. Venit ergo ad Simonē Petrū, ⁊ dixit ei Petrus. Et repetitur Añā. Domine, tu mihi lauas pedes? reſpondit Ieſus, ⁊ dixit ei: Si non lauero tibi pedes, nō habebis partem mecum. ℣. Quod ego facio tu neſcis modo, ſcies autem poſtea.

Tertio repetitur Añā. Domine tu mihi lauas pedes? reſpondit Ieſus, ⁊ dixit ei: Si non lauero tibi pedes, non habebis partem mecum. ℣. Si ego dominus, ⁊ magiſter veſter laui vobis pedes, quanto magis debetis alter alterius lauare pedes? ps. Audite hec omnes gentes: auribus percipite qui habitatis orbem.

Añā. In hoc cognoſcent oēs, quia mei eſtis diſcipuli: ſi dilectionem habueritis ad inuicē. ℣. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis.

Añā. Maneant in vobis fides, ſpes, charitas, tria hec: maior aūt hoꝝ eſt charitas. ℣. Nūc autē manent fides, ſpes, charitas: tria hec: maior horum eſt charitas.

Añā. Benedicta ſit ſancta Trinitas, atq; indiuiſa vnitas: confitebimur ei, quia fecit nobiſcum miſericordiam ſuam. ℣. Benedicamus patrem, ⁊ filiuz, cū ſancto ſpiritu. ps. Quā dilecta tabernacula tua dn̄e virtutū, concupiſcit, ⁊ deficit aīa mea in atria dn̄i.

Añā. Ubi charitas ⁊ amor: Deus ibi eſt. ℣. Cōgregauit nos in vnū Chriſti amor. ℣. Exultemus, ⁊ in ipſo iocundemur. ℣. Timeamus, ⁊ amemus Deum viuum. ℣. Et ex corde diligamus nos ſyncero.

Et repetitur Añā.

Ubi charitas ⁊ amor, Deus ibi eſt. ℣. Simul ergo cuz in vnū congregamur. ℣. Ne nos mente diuidamur, caueamus. ℣. Ceſſent iurgia maligna, ceſſent lites. ℣. Et in medio noſtri Chriſtus Deus.

Et repetitur Añā.

Ubi charitas ⁊ amor, Deus ibi eſt. ℣. Simul quoq; cum beatis videamus. ℣. Glorianter vultum tuum Chriſte Deus. ℣. Gaudium, qđ eſt immenſum atq; probū. ℣. Secula per infinita ſeculorum. Amen.

¶ Poſt lotionem, qui alijs abluit pedes capite detecto dicit

Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Tu mandaſti mandata tua domine. ℟. Cuſtodiri nimis. ℣. Tu lauaſti pedes diſcipuloꝝ tuorum. ℟. Opera manuum tuarum ne deſpicias. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cū ſpiritu tuo. Oremus. Oro.

Adeſto dn̄e, q̄s, officio ſeruitutis noſtrę: ⁊ qa tu diſcipulis tuis pedes lauare dignatus es: ne deſpicias opera manuū tuarum: quę nobis retinenda mandaſti: vt ſicut hic nobis ⁊ a nobis exteriora abluuntur inquinamenta, ſic a te omnium noſtruz interiora lauent peccata. Quod ipſe p̄ſtare digneris, qui viuis ⁊ regnas Deus, per omnia ſecula ſeculorū. ℟. Amen.

# FERIA SEXTA in Paraſceue.




## Statio ad ſanctam Crucem in Jeruſalem.

Hora nona, ſacerdos ⁊ miniſtri induti veſtimentis nigri coloris, procedunt ſine luminaribus, ⁊ incenſo: ⁊ ante altare proſtrati aliquandiu orant. Interim acolythi vnã tantum tobaleam extendunt ſuper altare. Sacerdos cum miniſtris facta oratione accedit ad altare: Deinde ſubdiaconus procedit ad legendum, ⁊ ſine titulo incipit prophetiam.

c.Oſee HÆc dicit dominus. In tribulatione ſua mane conſurgẽt ad me. Venite, reuertamur ad dominum: quia ipſe cepit, ⁊ ſanabit nos: percutiet, ⁊ curabit nos. Viuificabit nos poſt duos dies, ⁊ in die tertio ſuſcitabit nos, ⁊ viuemus in cõſpectu eius. Sciemus, ſequemurq; , vt cognoſcamus dñm. Quaſi diluculum preparatus eſt egreſſus eius: ⁊ veniet quaſi imber nobis tẽporáneus, ⁊ ſerótinus terre. Quid faciã tibi Ephraim? Quid faciam tibi Juda? Miſericordia veſtra quaſi nubes matutina: ⁊ quaſi ros mane pertranſiẽs. Propter hoc dolaui in prophetis, ⁊ occidi eos in verbis oris mei. Et iudicia tua, quaſi lux egredientur. Quia miſericordiam volui, ⁊ non ſacrificium: ⁊ ſcientiam Dei pluſquam holocauſta.

Tractus. Domine, audiui auditũ tuũ, ⁊ timui: conſideraui opera tua, ⁊ expaui. ℣. In medio duorum animaliũ innoteſceris: dum appropinquauerint anni, cognoſceris: dum aduenerit tempus, oſtenderis. ℣. In eo, dum cõturbata fuerit anima mea, in ira miſericordie memor eris. ℣. Deus a Libano veniet, ⁊ ſanctus de monte vmbroſo, ⁊ condenſo. ℣. Operuit celos maieſtas eius: ⁊ laudis eius plena eſt terra.

Finito tractu ſacerdos dicit. Oremus.
Diaconus Flectamus genua.
⁊ Subdiaconus Leuate.

DEus, a quo ⁊ Judas proditor reatus ſui penam, ⁊ confeſſionis ſue latro premium ſumpſit: cõcede nobis tue propitiationis effectũ: vt ſicut in paſſione ſua Jeſus Chriſtus dñs noſter diuerſa vtriſq; intulit ſtipendia meritorum, ita nobis, ablato vetuſtatis errore, reſurrectionis ſue gratiã largiat. Qui tecũ viuit, ⁊ regnat in

in vnitate ſpiritꝰ ſancti Deus: per
omnia ſecula ſeculoꝛuz. ℟: Amen.
In diebus illis: Dixit dñs ad
Moyſen ⁊ Aarõ i terra Ægy
pti. Mẽſis iſte, vobis pꝛincipiũ mẽ
ſium: pꝛimus erit in mẽſibus anni.
Loquimini ad vniuerſum cętuz fi-
lioꝛum Iſrael, ⁊ dicite eis. Decima
die menſis huiꝰ, tollat vnuſquiſqȝ
agnũ p familias, ⁊ domos ſuas. Si
autẽ minoꝛ eſt numerus, vt ſuffice-
re poſſit ad veſcẽdum agnuz: aſſu-
mat vicinũ ſuum, q iunctus eſt do-
mui ſuę: iuxta numerũ animarum
quę ſufficere poſſint ad eſum agni.
Erit autẽ agnus abſqȝ macula, ma
ſculus, anniculꝰ. Juxta quẽ ritũ tol
letis ⁊ hędũ. Et ſeruabitis eũ vſqȝ
ad quartã decimã diez mẽſis huiꝰ.
Immolabitqȝ eum vniuerſa mul-
titudo filioꝛum Iſrael ad veſpe-
ram. Et ſument de ſanguine eius:
ac ponent ſuper vtrumqȝ poſtem,
⁊ in ſuperliminaribus domoꝛum,
in quibus comedent illuz. Et edẽt
carnes nocte illa aſſas igni, ⁊ azy-
mos panes cum lactucis agreſti-
bus. Non comedetis ex eo cruduz
quid, nec coctũ aqua, ſed aſſuz tan
tũ igni. Caput cũ pedibus eiꝰ ⁊ in
teſtinis voꝛabitis: ⁊ os eius nõ con
fringetis: nec remanebit ex eo quic
quaz vſqȝ mane. Siquid reſiduum
fuerit, igni cõburetis. Sic autẽ co-
medetis illũ. Renes veſtros accin
getis: ⁊ calciamẽta habebitis in pe
dibus, tenentes baculos in mani-
bus: ⁊ comedetis feſtinanter. Eſt
enim phaſe (id eſt tranſitus) dñi.
Tractus. Eripe me dñe ab homine ma
lo: a viro iniquo libera me. ℣. Qui cogi-
tauerunt malitias in coꝛde, tota die conſti-
tuebãt pręlia. ℣. Acuerũt linguas ſuas ſi-
cut ſerpentes, venenum aſpidum ſub labijs
eoꝛuz. ℣. Cuſtodi me dñe de manu pecca-
toris: ⁊ ab hominibus iniquis libera me.
℣. Qui cogitauerunt ſupplantare greſſus
meos: abſcõderunt ſuperbi laqueum mihi.
℣. Et funes extẽderũt in laqueuz pedibus
meis: iuxta iter ſcandalum poſuerunt mihi.
℣. Dixi dño, Deus meus es tu: exaudi dñe
vocem oꝛationis meę. ℣. Domine domine
virtus ſalutis meę, obumbꝛa caput meum
in die belli. ℣. Ne tradas me a deſiderio
meo peccatoꝛi: cogitauerunt aduerſuz me:
ne derelinquas me: ne vnquam exalten-
tur. ℣. Caput circuitus eoꝛum: labor la-
bioꝛum ipſoꝛum operiet eos. ℣. Verunta-
men iuſti confitebuntur nomini tuo: ⁊ ha-
bitabunt recti cum vultu tuo.

Finito tractu, paſſio ſup nudũ pulpituz dr.

## Paſſio domini noſtri Jeſu Chꝛiſti ſecundum Johannem.



In illo tempo- ca.18.
re: Egreſſus
eſt Jeſꝰ cũ diſcipu-
lis ſuis trans toꝛrẽ
tẽ Cedrõ, vbi erat
hoꝛtꝰ, in quẽ introi-
uit ipſe ⁊ diſcipuli
eiꝰ. Sciebat autez
⁊ Judas q tradebat eũ locũ: qa fre
quẽter Jeſus cõuenerat illuc cũ di
ſcipulis ſuis. Judas ergo cuz acce
piſſet cohoꝛtẽ, ⁊ a põtificibꝰ ⁊ pha
riſęis miniſtros: venit illuc cũ later
nis, ⁊ facibus ⁊ armis. Jeſus itaqȝ
ſciẽs omnia quę ventura erãt ſup
eũ proceſſit, ⁊ dixit eis. ✠ Quem
quęritis? C. Reſpõderũt ei. S. Jeſũ
Nazarenuz. C. Dixit eis Jeſꝰ. ✠
Ego ſuz. C. Stabat aũt ⁊ Judas
qui

q̄ tradebat eū, cū ipſis. Ut ergo di-
xit eis. Ego ſum: abierūt retrorſū,
⁊ ceciderūt in terrā. Iterum ergo
eos interrogauit. ✠ Quē q̄ritis?
C Illi autē dixerūt S Jeſuꝫ Na-
zarenum. C Reſpondit Jeſus. ✠
Dixi vobis, quia ego ſuꝫ. Si ergo
me queritis, ſinite hos abire. C
Ut impleretur ſermo quem dixit:
quia quos dediſti mihi, nō perdidi
ex eis quenquam. Simon ergo
Petrus habens gladiū, eduxit eū:
⁊ percuſſit pontificis ſeruum: ⁊ ab-
ſcidit auriculā eiꝰ dexterā. Erat au
tē nomē ſeruo Malchus. Dixit er-
go Jeſus Petro. ✠ Mitte gladiū
tuū in vaginā. Calicē quē dedit mi
hi pater, non vis vt bibā illum? C
Cohors ergo ⁊ tribunꝰ ⁊ miniſtri
Judeorū cōprehēderūt Jeſum, ⁊
ligauerūt eū: ⁊ adduxerūt eum ad
Annā primū. Erat enim ſocer Cai-
phe: q erat pōtifex anni illius. Erat
aūt Caiphas, q cōſiliū dederat Ju
deis: q expedit vnū hominē mo-
ri p̄ populo. Sequebat̄ aūt Jeſuꝫ
Simō Petrꝰ, ⁊ alius diſcipulus. Di
ſcipulꝰ autē ille erat notus pōtifici:
⁊ introiuit cū Jeſu in atriū pōtifi-
cis. Petrus autē ſtabat ad oſtiū fo
ris. Exiuit ergo diſcipulꝰ ille q erat
notus pontifici, ⁊ dixit oſtiarie: ⁊
introduxit Petrū. Dixit ergo Pe
tro ancilla oſtiaria. S Nūquid ⁊
tu ex diſcipulis es hominis iſtius?
C Dicit ille. S Non ſum. C Sta
bāt aūt ſerui ⁊ miniſtri ad prunas,
q frigꝰ erat, ⁊ calefaciebāt ſe. Erat
autē cū eis ⁊ Petrus ſtās, ⁊ calefa-
ciēs ſe. Pōtifex ergo interrogauit
Jeſum de diſcipulis ſuis, ⁊ de do-
ctrina eius. Reſpōdit ei Jeſus. ✠
Ego palā locutus ſuꝫ mūdo. Ego
ſemp̄ docui i ſynagoga, ⁊ in tēplo,
quo oēs Judei cōueniunt: ⁊ in oc-
culto locutꝰ ſum nihil. Quid me in
terrogas? Interroga eos, q audie-
rūt qd locutꝰ ſū ipſis. Ecce, hi ſciūt
que dixerim ego. C Hec autē cuꝫ
dixiſſet, vnus aſſiſtēs miniſtrorum
dedit alapam Jeſu, dicens. S Sic
reſpondes Pontifici? C Reſpon-
dit ei Jeſus. ✠ Si male locutus
ſum teſtimoniuꝫ perhibe de malo:
ſi autem bene, quid me cedis? C
Et miſit euꝫ Annas ligatū ad Cai-
phaꝫ Pontificē. Erat autē Simō
Petrus ſtās, ⁊ calefaciēs ſe. Dixe-
rūt ergo ei. S Nūquid ⁊ tu ex di-
ſcipulis eius es? C Negauit ille, ⁊
dixit. S Nō ſuꝫ. C Dicit ei vnꝰ ex
ſeruis Pōtificis, cognatus eius cu-
iꝰ abſcidit Petrꝰ auriculā. S Nō
ne ego te vidi in horto cum illo?
C Iterū ergo negauit Petrus: ⁊
ſtatim gallus cantauit. Adducunt
ergo Jeſum a Caipha in pretoriū.
Erat autē mane. Et ipſi nō introie
runt in pretoriū, vt nō contamina-
rent: ſed vt manducarent Paſcha.
Exiuit ergo Pilatꝰ ad eos foras,
⁊ dixit. S Quā accuſationē affer-
tis aduerſus hominē hūc? C Re-
ſpōderūt, ⁊ dixerūt ei. S Si nō eſ
ſet hic malefactor, nō tibi tradidiſ-
ſemus eū. C Dixit ergo eis Pila
tus. S Accipite eū vos, ⁊ ſecūduꝫ
legem veſtrā iudicate eū. C Dixe-
runt ergo ei Judei. S Nobis nō
licet interficere quēquā. C Ut ſer-
mo Jeſu impleret̄, quē dixit, ſigni-
ficās qua morte eſſet moriturꝰ. In
troiuit

troiuit ergo iterū Pilat⁹ in pꝛeto
rium, ⁊ vocauit Jeſum, ⁊ dixit ei.
S Tu es rex Judeoꝝ? C Reſpō
dit Jeſus. ✝ A temetipſo hoc dicis
an alij tibi dixerunt de me? C Re
ſpōdit Pilat⁹. S Nunqd ego Ju
de⁹ ſum? Gēs tua, ⁊ pōtifices tradi
derūt te mihi. Quid feciſti? C Re
ſpōdit Jeſus. ✝ Regnū meū non
eſt de hoc mūdo. Si ex hoc mūdo
eſſet regnū meū, miniſtri mei vtiqꝫ
decertarēt, vt nō traderer Judeis.
Nūc autē regnū meuꝫ nō eſt hinc.
C Dixit itaqꝫ ei Pilat⁹. S Ergo
rex es tu? C Reſpōdit Jeſus. ✝
Tu dicis, qꝛ Rex ſum ego. Ego in
hoc nat⁹ ſuꝫ, ⁊ ad hoc veni in mū
dū, vt teſtimoniū phibeaꝫ veritati.
Omnis q eſt ex veritate, audit vo
cem meā. C Dicit ei Pilatus. S
Quid eſt veritas? C Et cū hoc di
xiſſet, iterū exiuit ad Judeos, ⁊ di
cit eis. S Ego nullā inuenio in eo
cauſaꝫ. Eſt autē cōſuetudo vobis,
vt vnū dimittā vobis in Paſcha.
Uultis ergo dimittā vobis regem
Judeoꝝ? C Clamauerūt rurſuꝫ
oēs dicētes. S Nō hūc, ſed Barab
bā. C Erat aūt Barabbas latro.
Tūc ergo appꝛehēdit Pilatus Je
ſuꝫ, ⁊ flagellauit. Et milites plectē
tes coꝛonā de ſpinis, impoſuerūt
capiti ei⁹: ⁊ veſte purpurea circun
dederunt eū. Et veniebant ad eū
⁊ dicebant. S Aue Rex Judeo
ruꝫ. C Et dabāt ei alapas. Exiuit
iterū Pilatus foꝛas, ⁊ dicit eis. S
Ecce adduco eū vobis foꝛas: vt co
gnoſcatis, qꝛ i eo nullā cauſaꝫ iue
nio. C Exiuit ergo Jeſus poꝛtās
ſpineā coꝛonā, ⁊ purpureuꝫ veſti
mētū. Et dicit eis. S Ecce homo.
C Cū ergo vidiſſent eū pōtifices
⁊ miniſtri, clamabant, dicentes. S
Crucifige, crucifige eum. C Dicit
eis Pilat⁹. S Accipite euꝫ vos: ⁊
crucifigite. Ego eniꝫ non inuenio
in eo cauſam. C Reſponderūt ei
Judei. S Nos legē habem⁹: ⁊ ſe
cunduꝫ legē debet moꝛi, qꝛ filium
Dei ſe fecit. C Cuꝫ ergo audiſſet
Pilat⁹ hūc ſermonē, magis timuit.
Et ingreſſus eſt ptoꝛiū iterū: ⁊ di
cit ad Jeſuꝫ. S Unde es tu? C Je
ſus aūt reſpōſuꝫ nō dedit ei. Dicit
ergo ei Pilat⁹. S Mihi nō loque
ris? Neſcis, qꝛ poteſtatem habeo
crucifigere te, ⁊ poteſtateꝫ habeo
dimittere te? C Reſpōdit Jeſus.
✝ Nō haberes poteſtateꝫ aduer
ſuꝫ me vllā, niſi tibi datū eſſet dēſu
per. Pꝛopterea q me tradidit tibi
mai⁹ peccatū habet. C Et exinde
querebat Pilat⁹ dimittere eū. Ju
dei autē clamabant, dicētes. S Si
hūc dimittis, nō es amic⁹ Ceſaris.
Oīs eniꝫ q ſe regē facit, cōtradicit
Ceſari. C Pilat⁹ autē cū audiſſet
hos ſermones, adduxit foꝛas Je
ſuꝫ: ⁊ ſedit ꝓ tribunali, in loco q di
cit Lithoſtrotos, Hebraice auteꝫ
Gabbatha. Erat autē paraſceue
paſche, hoꝛa quaſi ſexta. Et dicit
Judeis S Ecce Rex veſter. C Il
li autē clamabant. S Tolle, tolle,
crucifige eū C Dicit eis Pilatus.
S Regē veſtrū crucifigā? C Re
ſpōderunt pōtifices. S Nō habe
m⁹ regē, niſi Ceſarē. C Tūc ergo
tradidit eis illū, vt crucifigeret. Su
ſceperūt autē Jeſum: ⁊ eduxerūt.
Et baiulās ſibi crucē, exiuit in eū
qui

qui dicit Caluarię locus: hebraice
autē Golgotha: vbi eum crucifixe
rūt: ⁊ cū eo alios duos hinc ⁊ hinc,
mediū autē Jeſus. Scripſit autē ⁊
titulū Pilatus, ⁊ poſuit ſuper cru
cē. Erat autē ſcriptū, Jeſus Naza
renꝰ rex Judęorū. Hūc ergo titu
lū multi legerūt Judęorū: quia pro
pe ciuitatē erat locꝰ, vbi crucifixꝰ
eſt Jeſus. Et erat ſcriptus hebrai
ce, grece, ⁊ latine. Dicebant ergo
Pilato pōtifices Judęorū. S. No
li ſcribere, rex Judęorū: ſed qa ip
ſe dixit, Rex ſū Judęorū. C. Re
ſpōdit Pilatꝰ. S. Qđ ſcripſi, ſcrip
ſi. C. Milites ergo cū crucifixiſſent
eū, acceperunt veſtimēta eius (⁊ fe
cerūt quatuor partes, vnicuiqʒ mi
liti partē) ⁊ tunicā. Erat autē tuni
ca inconſutilis, deſuper contexta p
totū. Dixerūt ergo ad inuicē. S.
Nō ſcindamꝰ eā, ſed ſortiamur de
illa cuiꝰ ſit. C. Ut ſcriptura imple
ret dicēs. Partiti ſunt veſtimenta
mea ſibi: ⁊ in veſtē meā miſerūt ſor
tē. Et milites quidē hęc fecerunt.
Stabāt autē iuxta crucē Jeſu ma
ter eius, ⁊ ſoror matris eiꝰ, Maria
Cleophę, ⁊ Maria Magdalene.
Cum vidiſſet ergo Jeſus matrē, ⁊
diſcipulū ſtantē quē diligebat, di
cit matri ſuę. ✠ Mulier, ecce filius
tuꝰ. C. Deinde dicit diſcipulo. ✠
Ecce mater tua. C. Et ex illa hora
in ſua. accepit eā diſcipulꝰ in ſuā. Poſtea
ſciēs Jeſus qa iā omnia cōſumma
ta ſunt, vt cōſummaret ſcriptura,
dixit. ✠ Sitio. C. Uas ergo poſi
tū erat aceto plenū. Jlli autē ſpon
giā plenā aceto, hyſſopo circūpo
nētes obtulerūt ori eius. Cū ergo

accepiſſet Jeſus acetū, dixit. ✠ Cō
ſummatū eſt. C. Et iclinato capite
tradidit ſpūm. Judęi ergo, qm̄ hic pau
paraſceue erat, vt nō remanerent ſatur ali
in cruce corpora ſabbatho, (erat quantu
enīʒ magnꝰ dies ille ſabbathi) ro lus ⁊ ge
gauerūt Pilatū vt frāgerent eorū nuflecti
crura, ⁊ tollerent. Uenerunt ergo tur.
milites, ⁊ primi qdē fregerūt crura
⁊ alterꝰ q crucifixus eſt cū eo. Ad
Jeſuʒ aūt cū veniſſent, vt viderūt
euʒ iā mortuū, non fregerunt eius
crura, ſed vnus militū lancea latꝰ
eius aperuit, ⁊ continuo exiuit ſan
guis ⁊ aqua. Et qui vidit, teſtimo
niū phibuit: ⁊ verū eſt teſtimoniū
eius. Et ille ſcit qa vera dicit: vt ⁊
vos credatis. Facta ſunt enīʒ hęc,
vt ſcriptura impleret. Os nō cōmi
nuetis ex eo. Et iter alia ſcriptura Exo. 12 & 46
dicit. Uidebūt in quē transfixerūt. Zac. 12 ca. 10.

Hic legitur in tono euangelij ſine incen
ſo luminaribus, ⁊ benedictione.

Poſt hęc autē rogauit Pilatū
Joſeph ab Arimathia, (eo q
eſſet diſcipulꝰ Jeſu, occultus autē
ppter metū Judęorū) vt tolleret
corpꝰ Jeſu. Et pmiſit Pilatus. Ue
nit ergo, ⁊ tulit corpꝰ Jeſu. Uenit
aūt ⁊ Nicodemꝰ, q venerat ad Je
ſum nocte primū, ferens mixturā
myrrhę ⁊ aloes, quaſi libras cētū.
Acceperūt ergo corpꝰ Jeſu, ⁊ liga
uerūt illud linteis cū aromatibus,
ſicut mos eſt Judeis ſepelire. Erat
autem in loco, vbi crucifixus eſt,
hortus: ⁊ in horto monumentum
nouum, in quo nondum quiſquaʒ
poſitus erat. Jbi ergo propter pa
raſceuen Judęorū, quia iuxta erat
monumentum, poſuerunt Jeſuʒ.
Deinde

Deinde ſacerdos ſtans in cornu Epiſtolę, incipit abſolute.

Oremus, dilectiſſimi nobis
pro Eccleſia ſancta Dei: vt
eam Deus ⁊ dominus noſter
pacificare, adunare, ⁊ cuſto-
dire dignetur: toto orbe ter-
rarum: ſubijciens ei prin-
cipatus ⁊ poteſtates: detq;
nobis quietam ⁊ tranquillã
vitam degentibus: glorifica-
re Deum patrẽ omnipotẽtẽ.

Oremus. Diacon⁹. Flectamus
genua. Subdiacon⁹ ℟. Leuate.

Oĩo ſequens cantat in tono orationis miſſę: ⁊ hic modus ſeruatur in ſubſequẽtibus.

Omnipotẽs ſempiterne De⁹: qui gloriam tuam omnibus in Chriſto gentibus reuelaſti: cuſtodi opera miſericordię tuę: vt eccleſia tua toto orbe diffuſa, ſtabili fide, in cõfeſſione tui nominis perſeuerẽt. Per eundem dominũ no.

Oremus, ⁊ pro beatiſſimo
Papa noſtro N. vt Deus ⁊
dominus noſter, qui elegit
eum in ordine epiſcopatus:
ſaluum atq; incolumen cuſto-
diat eccleſię ſuę ſanctę, ad re-
gendum

gendum populū ſanctū Dei.

Oremus. Diacon⁹. Flectamus

genua. Subdiacon⁹ ℟. Leuate.

Omnipotēs ſempiterne De⁹, cuius iudicio vniuerſa fundantur: reſpice ꝓpitius ad preces noſtras: ⁊ electum nobis antiſtitē tua pietate cōſerua: vt Chriſtiana plebs, quę te gubernatur auctore: ſub tanto pōtifice credulitatis ſuę meritis augeatur. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit, ⁊ regnat in vnitate eiuſdē ſpiritus ſancti De⁹, ꝑ omnia ſęcula ſęculoꝝ. ℟. Amē.

Oremus ⁊ pro omnibus Epi-

ſcopis: Preſbyteris: Diaconi-

bus: Subdiaconibus: Acolu-

this: Exorciſtis: Lectoribus,

Oſtiarijs: Cōfeſſoribus, Uir-

ginibus, Uiduis: ⁊ pro om-

ni populo ſancto De i.

Oremus. Diacon⁹. Flectamus

genua. Subdiacon⁹ ℟. Leua te.

Omnipotēs ſempiterne De⁹: cuius ſpiritu totum corpus eccleſię ſanctificatur, ⁊ regit: exaudi nos pro vniuerſis ordinib⁹ ſupplicantes: vt gratię tuę munere, ab omnibus tibi gradibus fideliter ſeruiatur. Per dominum noſtruȝ Jeſum Chriſtum filiuȝ tuum, qui tecum viuit, ⁊ regnat in vnitate eiuſdem ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſęcula ſęculorum. ℟. Amē.

Oremus ⁊ pro Catholico Re-

ge noſtro. N. vt Deus ⁊ do-

mi-

minus noſter ſubditas il li fa/
ciat omnes barbaras natio/
nes: ad noſtrā perpetuā pacē.

Oremus. Diacon⁹. Flectamus
genua. Subdiacon⁹ ℟. Leuate.

Omnipotēs ſempiterne De⁹: in cui⁹ manu ſunt omniū poteſtates, ⁊ omnium iura regnorū: reſpice ad Chriſtianum benignus imperium, vt gentes, que in ſua feritate confidunt: potentie tue dextera comprimātur. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit, ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Oremus ⁊ pro catechume/
nis noſtris: vt Deus ⁊ domi/
nus noſter adaperiat aures
precordiorum ipſorū: ianuāq;
miſericordie: vt per lauacrum
regenerationis: accepta re/
miſſione omnium peccatorū:
⁊ ipſi inueniantur in Chri/
ſto Jeſu domino noſtro.

Oremus. Diacon⁹. Flectamus
genua. Subdiacon⁹ ℟. Leua te.

Omnipotēs ſempiterne De⁹, qui eccleſiam tuā noua ſemper prole ſecundas: auge fidem ⁊ intellectum catechumenis noſtris: vt renati fonte baptiſmatis: ado/

ptionis tuę filijs aggregent. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filiuz tuum, qui tecum viuit, ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſęcula ſęculorum. ℟. Amen.

Oremus, dilectiſſimi nobis
Deum patrem omnipoten-
tem: vt cunctis mundum pur-
get erroribus: morbos aufe-
rat: famem depellat: aperiat
carceres: vincula diſſoluat: pe-
regrinantibus reditum: infir-
mantibus ſanitatē: nauigan-
tib⁹ portū ſalutis indulgeat.

Oremus. Diacon⁹. Flectamus
genua. Subdiacon⁹ ℟. Leuate.

Omnipotēs ſempiterne De⁹: meſtorum conſolatio: laborantium fortitudo: perueniant ad te preces de quacunq; tribulatione clamantium: vt omnes ſibi in neceſſitatibus ſuis, miſericordiam tuam gaudeant affuiſſe. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtuz filium tuum: qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpirit⁹ ſancti De⁹: per omnia ſęcula ſęculorum. ℟. Amen.

Oremus ⁊ pro Hereticis, ⁊
Schiſmaticis: vt Deus ⁊ do-
minus noſter: eruat eos ab
erro ri bus vniuerſis: ⁊ ad
ſanctam matrem Eccleſiam
catho-

catholicam atque apoſtoli-

cam reuocare dignetur.

Oremus. Diacon⁹. Flectamus

genua. Subdiacon⁹ ℟. Leuate.

Omnipotēs ſempiterne De⁹: qui ſaluas omnes, ⁊ neminé vis perire: reſpice ad animas dia-bolica fraude deceptas: vt omni heretica prauitate dépoſita: errātiū corda reſipiſcāt: ⁊ ad veritatis tue redeant vnitaté. Per d. ℟. Amé.

Oremus ⁊ pro perfidis Judeis:

vt de⁹ ⁊ dñs nr̄ auferat velamé

de cordib⁹ eoꝝ: vt ⁊ ipſi agno

ſcāt Jeſuz Chr̄m dñm noſtrū.

Non reſpondetur Amen.

ſed ſtatim dicitur.

Omnipotēs ſempiterne De⁹: qui etiam Judaicā perfidiā a tua miſericordia non repellis: exaudi preces noſtras, quas pro il-lius populi obcęcatione deferim⁹: vt agnita veritatis tuę luce, q̄ Chri-ſtus eſt, a ſuis tenebris eruantur. Per eundem dñm noſt. ℟. Amé.

Oremus ⁊ pro pa ga nis: vt

Deus omnipotés auferat ini

quitatem a cordibus eorum:

vt relictis idolis ſuis: conuer

tātur ad Deum viuū ⁊ verū:

⁊ vnicum filium eius Jeſum

Chriſtū Deum ⁊ dominū no

ſtruz: Cū quo viuit ⁊ regnat

cũ ſpiritu ſancto Deus: p om-
nia ſecula ſeculoꝝ. Rñ. ℟.
Oremus. Diacon⁹. Flectamus
genua. Subdiacon⁹ ℟. Leua te.

OMnipotẽs ſempiterne De⁹, qui non mortẽ peccatorum, ſed vitam ſemper inquiris: ſuſcipe propitius orationem noſtram: ⁊ libera eos ab idolorum cultura: ⁊ aggrega eccleſię tuę ſanctę, ad laudem ⁊ gloriam nominis tui. Per dominum noſtrum. ℟. Amen.

Completis orationibus, Sacerdos, depoſita caſula, procedit ad cornu Epiſtolę, ibi in poſteriori parte anguli altaris accipit Crucem à miniſtris ſibi preparatã: quam verſa facie ad chorum, à ſummitate parũ diſcooperiẽs, incipiẽs ſolus, alte, Ecce lignum crucis. Ab illo loco in antea iuuatur in cantu à miniſtris vſque ad Venite adoremus. Choro vero cantante Venite adoremus, omnes ſe proſternunt.

Deinde procedit ad anteriorem partẽ anguli eiuſdem cornu epiſtolę: ⁊ diſcooperiens amplius crucem, eleuans eã paululũ per alti⁹, quã primo, incipit. Ecce lignũ crucis alijs cãtãtibus ⁊ adorãtibus, vt ſup.

Deinde ſacerdos procedit ad medium altaris, ⁊ diſcooperiens crucem totaliter, ac leuando eam tertio, altius incipit. Ecce lignũ crucis. Alijs cãtantib⁹ ⁊ adorantibus, vt ſup. Poſtea ſacerdos deponit crucẽ in loco ad hoc ꝑparato ante altare.

Ecce li gnum Cru cis, in quo ſa lus mundi pe pen dit. Chorus ℟.
Ve ni te adore mus.

Deinde deponit calceamenta: ⁊ accedit ad adorandum crucem, ter genua flectens ante deoſculationem crucis. Hoc facto, reuertitur, ⁊ accipit calceamenta, ⁊ caſulam: poſtmodum miniſtri altaris, deinde alij, ter genibus flexis, vt dictum eſt, crucem adorant. Interim dum fit adoratio cãtantur improperia, ⁊ alia que ſequuntur, totaliter, vel in parte, prout multitudo adorantium vel paucitas requirit, hoc modo. Duo cantores cantant in medio chori ℣. Popule me⁹. vſq; ad Agios o theos. ℣. Popule meus qd feci tibi? aut in quo contriſtaui te? reſpõde mihi. ℣. Quia eduxi te d terra Ægypti: paraſti crucẽ ſaluatori tuo. Vnus chorus cantat, Agios o Theos Alius chorus reſpondet. Sanctus Deus. Primus Chorus. Agios Iſchyros. Secundus Chorus. Sanctus fortis. Primus chor⁹. Agios athanatos eleiſon. imas. Secũdus chorus. Sãctus ⁊ immortalis

talis miſerere nobis. Poſtea duo de ſecũdo choro cãtãt. ℟. Quia eduxi te p deſertum quadraginta annis: ⁊ manna cibaui te, ⁊ introduxi te in terram ſatis optimam. Chori reſpondent alternatim, Agios o theos, ⁊c. Sanctus Deus, ⁊c. ita tamen, ꝙ primus chorus ſemper repetit Agios.

Deinde duo de primo choro cantant. ℟. Quid vltra debui facere tibi, ⁊ non feci: Ego quidem plantaui te vineam meã ſpecioſiſſimam: ⁊ tu facta es mihi nimis amara: aceto nanque ſitim meam potaſti: ⁊ lancea perforaſti latus ſaluatori tuo.

Item chori alternatim reſpondent. Agios o theos. Sanctus, ⁊c.

Verſus ſequentis improperij à duobus cantoribus alternatim cantantur, vtroque choro ſimul repetente poſt quẽlibet verſuꝫ, Popule me⁹. vſqꝫ ad Quia eduxi te de ter.

Incipiunt improperia. Duo de ſecundo choro cantant ℟. Ego propter te flagellaui Ægyptum cum primogenitis ſuis: ⁊ tu me flagellatum tradidiſti. Chorus repetit. Popule meus. Duo de primo choro. ℟. Ego eduxi te de Ægypto, demerſo Pharaone in mare rubrum: ⁊ tu me tradidiſti principibus ſacerdotum. Chorus. Popule meus. Duo de ſecundo choro. ℟. Ego ante te aperui mare: ⁊ tu aperuiſti lancea latus meũ. Chor. Popule me⁹. Duo de primo choro. ℟. Ego ante te pręiui in columna nubis: ⁊ tu me duxiſti ad prętorium Pilati. Chorus. Popule me⁹. Duo de ſecundo choro. ℟. Ego te pauí manna per deſertum: ⁊ tu me cecidiſti alapis, ⁊ flagellis. Chorus. Popule me⁹. Duo de primo choro. ℟. Ego te potaui aqua ſalutis de petra, ⁊ tu me potaſti felle, ⁊ aceto. Chorus Popule meus.

Duo de ſecundo choro. ℟. Ego ꝓpter te Chananęorũ reges percuſſi: ⁊ tu percuſſiſti arũdine caput meum. Chorus. Popule me⁹. Duo de primo choro. ℟. Ego dedi tibi ſceptrum regale: ⁊ tu dediſti capiti meo ſpineã coronam. Chorus. Popule meus. Duo de ſecundo choro. ℟. Ego te exaltaui magna virtute: ⁊ tu me ſuſpendiſti in patibulo crucis. Chorus. Popule meus.

Sequens Añã. Crucem tuam adoramus. cũ pſalmo. Deus miſereatur noſtri. cãtat cõiter: ⁊ repetitur immediate añã poſt ℟. Añã. Crucem tuã adoramus dñe: ⁊ ſanctam reſurrectionem tuã laudamus, ⁊ glorificam⁹. Ecce enim ꝓpter lignũ venit gaudiũ in vniuerſo mũdo. Pſ. Deus miſereatur noſtri, ⁊ benedicat nobis: illuminet vultum ſuum ſuper nos, ⁊ miſereatur noſtri.

Deinde hymnus Crux fidelis, inter om. Cum verſibus hymnorum ſequentium. Pange lingua glorioſi. Luſtris ſex qui iaꝫ. Et cum repetitionibus: vt inferius ponuntur pro diſpoſitione cantorũ. Hymn⁹.

Crux fidelis, inter oẽs arbor vna nobilis: nulla ſylua talem profert fronde, flore, germine. Dulce lignum, dulces clauos, dulce pondus ſuſtinet. Hymn⁹.

Pange lingua glorioſi pręlium certaminis, ⁊ ſuper crucis trophęo dic triumphũ nobilẽ, qualiter redẽptor orbis immolatus vicerit. Rep. Crux fide. vſqꝫ ad Dulce lig. Et ſic fit quoties repetitur, Crux fidelis.

℟. De parẽtis protoplaſti fraude factor condolens: quãdo pomi noxialis morſu in mortẽ corruit: ipſe lignũ tunc notauit: dãna ligni vt ſolueret. Repetit. Dulce lignũ.

℟. Hoc opus noſtrę ſalutis ordo depopoſcerat, multiformis proditoris ars vt artem falleret: ⁊ medelam ferret inde, hoſtis vnde lęſerat. Repetitur Crux fidelis.

℟. Quando venit ergo ſacri plenitudo temporis, miſſus eſt ab arce patris natus orbis conditor: atqꝫ ventre virginali caro

factus prodijt. Repetitur. Dulce lignum.
℣. Vagit infans inter arcta cõditus pręſepia: mẽbra pannis inuoluta virgo mater alligat, ⁊ manus, pedeſque, ⁊ crura, ſtricta cingit faſcia. Repetitur Crux fidelis.

Alius hymnus.

Luſtris ſex qui iã peractis, tẽpus implẽs corporis: ſe volẽte nat⁹ ad hoc, paſſioni deditus, agnus in cruce leuatur, immolandus ſtipite. Rep. Dulce lignum.
℣. Hic acetum, fel, arũdo, ſputa, claui, lãcea: mite corpus perforatur: ſanguis, vnda profluit: terra, pontus, aſtra, mundus, quo lauantur flumine. Repetitur Crux fidelis.
℣. Flecte ramos arbor alta, tenſa laxa viſcera: ⁊ rigor lenteſcat ille, quem dedit natiuitas: vt ſuperni membra regis miti tendas ſtipite. Repetitur Dulce lignum.
℣. Gloria ⁊ honor Deo vſquequaq; altiſſimo: vna patri, filioque, inclyto paraclito: cui laus eſt ⁊ poteſtas, per eterna ſclã. Amẽ.

Circa finem adorationis crucis, accenduntur candelę ſup altare: ⁊ diaconus accipiẽs burſam corporalium, extendit corporale more ſolito: ⁊ finita adoratione, crucẽ reuerenter accipit, ⁊ reportat ad altare. Poſtea ordinatur proceſſio ad locum, vbi pridie Sacramentuʒ repoſitum fuerat. Precedit crux inter duos acolythos, deferentes candelabra cum cereis accenſis, ⁊ Clerus p ordinem: vltimus Sacerdos cuʒ miniſtris. Cum peruentum fuerit ad locuʒ Sacramenti, accenduntur intortitia, quę non extinguantur niſi poſt ſumptionem Sacramenti: ⁊ ſacerdos genuflectit ante Sacramentum, ⁊ orat aliquantulum: diaconus interim aperit capſulam, in qua reconditum eſt corpus Domini: poſtea Sacerdos imponit incenſum in duobus thuribulis diacono nauiculã miniſtrãte: ⁊ genuflexus incenſat Sacramentuʒ. Deinde diaconus extrahens calicem cum Sacramento de capſula, dat ad manus Sacerdotis: ⁊ tegit extremitatib⁹ veli quod humeros ſacerdotis circũdat: ⁊ procedunt ordine quo venerunt: defertur baldachinum ſuper Sacramentum: ⁊ duo acolythi cum thuribulis continue Sacramentum incenſant: interim cantatur hymnus.




Cum venerit Sacerdos ad altare, poſito ſuper illud Sacramẽto, genuflexus rurſus incenſat, ⁊ accedens ponit hoſtiam ſuper patenam, quã diaconus tenet: deinde accipiens patenam cum ſacramento de manu diaconi, hoſtiam ſacram ponit ſuper corporale, nihil dicens: interim diaconus imponit vinum in calicem, ⁊ ſubdiaconus aquam: ſacerdos accipiens calicem a diacono, ponit ſuper altare nihil dicens, ⁊ diaconus illum cooperit: deinde imponens incenſum in thuribulum, incẽſat oblata, ⁊ altare more ſolito, dicens.

Incenſum iſtud a te benedictuʒ, aſcendat ad te dñe: ⁊ deſcẽdat ſuper nos miſericordia tua.
Cum incenſat altare, dicit.
Dirigatur domine oratio mea ſicut incẽſum in ↄſpectu tuo: eleuatio manuum mearum ſacrificiuʒ veſpertinũ. Pone dñe cuſtodiam ori meo, ⁊ oſtium circumſtantię labijs meis: vt non declinet os meum in verba malitię, ad excuſandas excuſationes in peccatis.
Quando reddit thuribuluʒ diacono, dicit.
Accendat in nobis dominus ignem ſui amoris, ⁊ flammaʒ eternę charitatis. Amen.

Poſtea

Poſtea lauat manus: nihil dicens, deinde in medio altaris inclinatus dicit,

IN ſpiritu humilitatis ⁊ i animo contrito ſuſcipiamur domine á te: ⁊ ſic fiat ſacrificium noſtrum in conſpectu tuo hodie, vt placeat tibi domine Deus.

Deinde verſus ad populum, dicit.

ORate fratres, vt meum ac veſtrum ſacrificium, acceptabile fiat apud Deum patrem omnipotentem.


Conſequenter, omiſſis alijs, dicit.








Et Chorus reſpondet,




Sacerdos ſub ſilentio dicto Amen. in eadem voce qua dixit Pater noſter: abſolute ſine Oremus, in tono Orationis Miſſe dicit.









Et choꝛus reſpondet. Amen.

Tunc celebrans facta reuerentia vſq; ad terrã: ſacramentum in verterẽ accipit, ⁊ eleuat vt videri poſſit a populo: ⁊ ſtatim diuidit in tres partes, quarũ vltimã mittit

in calicē more ſolito, nihil dicēs. Pax dñi. non dī nec Agnus Dei,neq̃ pacis oſculū datur. Poſtmodum pretermiſſa oratione Dñe Jeſu Chriſti qui dixiſti,q̄ facit mentionem de pace:⁊ oratione Dñe Jeſu Chriſti fili Dei viui,q̄ facit mentionem de ſanguine:dicit tantum orationem ſequentem.

Perceptio corporis tui domine Jeſu Chriſte,qđ ego indign⁹ ſumere preſumo,nō mihi proueniat in iudiciū ⁊ cōdēnationē: ſed pro tua pietate, proſit mihi ad tutamētū mētis, ⁊ corporis,⁊ ad medelā pcipiēdā.Qui viuis ⁊ regnas cū Deo patre,in vnitate ſpiritus ſancti De⁹:per oīa ſclā ſclor̄. Amē.

Accipit patenam cum corpore Chriſti,⁊ cum maxima humilitate ⁊ reuerentia dicit.

Panem cęleſtem accipiam,⁊ nomen domini inuocabo.

Percutiat pectus ſuum ter,dicens.

Domine, non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum: ſed tantū dic verbo,⁊ ſanabitur anima mea.

Poſtea ſignat ſe Sacramento,dicens.

Corp⁹ domini noſtri Jeſu Chriſti, cuſtodiat animam meam in vitam ęternam. Amen.

Tunc ſumit corpus reuerēter. Deinde omiſſis omnibus quę dici ſolent ante ſumptionem calicis,immediate particulam hoſtię cum vino reuerenter ſumit de calice. Poſtea, more ſolito facta ablutione digitorum, in medio altaris inclinatus dicit,

Quod ore ſumpſim⁹, Dñe, pura mēte capiam⁹:⁊ de munere tēporali,fiat nobis remediū ſempiternū. Nō dī Corpus tuū dñe,nec Poſtcō. nec Placeat tibi,nec daī bñō,ſed facta purificatione,Sacerdos cū miniſtris diſcedit:⁊ dnr veſ. ſine cātu:⁊ denudatur altare.

SABBATHO SANCTO



Statio ad ſanctum Johannem in Laterano.

Hora competenti cooperiuntur altaria,⁊ dicuntur horę.Interim excutitur ignis de lapide, ⁊ accenditur. Dicta Nona,ſacerdos indutus amictu,alba,cingulo,ſtola,⁊ pluuiali violaceo, aſtantibus ſibi miniſtris cum cruce, aqua benedicta, ⁊ incenſo,benedicit nouum ignem, dicens

℣. Dominus vobiſcū. ℟. Et cū ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

Deus,qui per filiū tuū,angularem ſcilicet lapidē claritatis tuę fidelibus ignē cōtuliſti:productū ex ſilice, noſtris profuturū vſibus,nouū hunc ignē ſan✠ctifica,⁊ cōcede nobis: ita,per hęc feſta paſchalia,cęleſtib⁹ deſiderijs inflammari: vt ad ꝑpetuę claritatis, puris mētibus,valeam⁹ feſta pertingere.Per eundē Chrm̄ dñm̄ noſtrū. ℟. Amen. Oremus. Oro.

Domi-

Domine Deus, pater omnipotens, lumen indeficiēs, ꝛ ſancte conditoꝛ omnium luminū: bene ✠ dic hoc lumen, quod a te ſanctificatum atq; benedictū eſt: qui illuminaſti omnē mūdū, vt ab eo lumine accēdamur, atq; illuminemur igne claritatis tuę: vt ſicut illuminaſti Moyſen exeuntē de Ægypto: ita illumines coꝛda ꝛ ſenſus noſtros: vt ad vitā ęternā mereamur peruenire. Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen.

Oremus. Oratio.

Domine ſancte, pater omnipotens, ęterne Deus: benedicentibus nobis hūc ignē in nomine tuo, ꝛ vnigeniti filij tui, Dei ac dñi noſtri Jeſu Chriſti, ꝛ ſpiritus ſancti, cooperari digneris: ꝛ adiuua nos. Qui viuis ꝛ regnas cū eodē vnigenito tuo ꝛ ſpiritu ſancto Deꝰ, per omnia ſęcula ſęculoꝛum. ℟. Amen.

Deinde benedicit quinq; grana incēſi ponenda in cereo: dicens hanc orationem.

Veniat, quęſumꝰ, omnipotēs Deus, ſuper hoc incēſum larga tuę bene ✠ dictionis infuſio: ꝛ hunc nocturnū ſplendoꝛē inuiſibilis regeneratoꝛ accēde: vt nō ſolū ſacrificiū quod hac nocte litatum eſt, arcana luminis tui admiſtione refulgeat: ſed in quocūq; loco huius ſanctificationis myſterio fuerit depoꝛtatum, expulſa diabolicę fraudis nequitia, virtus tuę maieſtatis aſſiſtat. Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen.

Dum benedicit incenſum, acoluthus aſſumēs de carbonibus benedictis ponit in thuribulo. Finita vero benedictione incenſi, ſacerdos incēſū ꝛ ignem benedictū aſpergit aqua benedicta: ꝛ de nanicula poſito incēſo in thuribulo, inde adolet pdicta grana incenſi, ꝛ ignē benedictum. Interim omnia luminaria eccleſię extinguuntur; vt de igne benedicto poſtmodū accendant.

Deinde diaconus indutus dalmatica albi coloris, accipit arundinem cum tribus candelis in ſummitate illius triāgulo diſtinctis. Pꝛęcedit thuriferariꝰ cū acolutho deferēte in vaſe quinq; grana icēſi. Sequitur Subdiaconus cū cruce, ꝛ clerus p oꝛdinē: deinde Diaconus cū arūdine, poſt eū Celebrans. Cum diaconus ingreſſus eſt eccleſiā, inclinat arūdinē ꝛ acoluthus deferēs candelā accēſam de nouo igne, accēdit vnā ex illis tribꝰ cādelis deſuper poſitis: ꝛ Diaconus eleuās arūdinē genuflexus, ſimiliter ꝛ omnes alij cum eo: ꝛ cantat ſolus.



Lumē Chri. Choꝛꝰ ℟. Deo grãs.

Procedēs deinde ad mediū Eccleſię, ibi accenditur alia cādela, ꝛ iterum genuflexus, vt ſupra, altius cantat Lumē Chri. ℟. Deo gratias. Tertio procedit ante altare, vbi accenditur tertia candela, ꝛ rurſus genuflexus vt pꝛius, adhuc altius dicit. Lumen Chriſti. ℟. Deo gratias.

Deinde dat arundinē vni Acolutho: ꝛ accipiens librū, petit a celebrante benedictionem, vt ſit ad Euangelium: poſtea vadit ad pulpitum, ꝛ ponit ſuper eo librum, ꝛ incenſat. A dextris Diaconi ſtet Subdiaconus cum cruce ꝛ Thuriferarius: a ſiniſtris duo Acoluthi, ille qui tenet arundinem, ꝛ alius qui in vaſe quinq; illa grana incenſi benedicti figenda in cereo. Tunc ſurgentibus ꝛ ſtantibus omnibus,

Dia

Diaconus cantat.




meritis


meritis, intra Leuitarũ nume-
rum dignatus eſt aggrega-
re: luminis ſui cla ri tatem
infundens: cerei huius lau-
dem implere perfici at. Per
dominũ noſtrũ Jeſum Chriſtũ
filium ſuũ: qui cũ eo viuit ⁊ re-
gnat, in vnitate ſpiritus ſan-
cti Deus. Per omnia ſecula
ſeculoꝝ. ℟. Amẽ. ℣. Dñs vo-
biſcũ. ℟. Et cũ ſpiritu tuo. ℣.
Surſum corda. ℟. Habemꝰ ad
dominũ. ℣. Gratias agamus
domino Deo noſtro. ℟. Dignũ
⁊ iuſtũ eſt. Vere dignum ⁊ iu-
ſtum eſt: inuiſibilem Deũ patrẽ
omnipotẽtẽ: filiũq; eius vnige-
nitũ dominũ noſtrũ Jeſuz Chri-
ſtũ: toto cordis ac mentis affe-
ctu: ⁊ vocis miniſterio perſona-

re


re. Qui ꝓ nobis ęterno patri
Adę debitū ſoluit: ⁊ veteris pia-
culi cauti oné, pio cruore deter
ſit. Hęc ſunt enim feſta paſcha-
lia, in quibus verus ille agnus
occiditur, cuiꝰ ſanguine poſtes
fidelium conſecrātur. Hęc nox
eſt, in qua primum patres no-
ſtros, filios Iſrael, eductos de
Ægypto, mare rubrum ſicco ve
ſtigio trāſire feciſti. Hęc igitur
nox eſt, quę peccatorum tene-
bras, colūnę illuminatione pur
gauit. Hęc nox eſt, quę hodie
per vniuerſum mundum in
Chriſto credentes, a vi tijs
ſeculi, ⁊ caligine peccatorum
ſegregatos, reddit gratię, ſo-
ciat ſanctitati. Hęc Nox eſt: in
qua deſtructis vinculis mor-
tis


tis, Chriſtus ab inferis victor
aſcendit. Nihil enim nobis na
ſci profuit, niſi redimi profuiſ-
ſet. O mira circa nos tuę pie-
tatis dignatio. O ineſtimabi-
lis dilectio charitatis: vt ſeruū
redimeres, filium tradidiſti.
O certe neceſſarium Adę pec-
catum, quod Chriſti morte de-
letum eſt. O felix culpa, quę ta
lem ac tantum meruit habere
redemptorem. O vere bea-
ta nox, quę ſola meruit ſci-
re tempus ⁊ horam, in qua
Chriſtꝰ ab inferis reſurrexit.
Hęc nox eſt, de qua ſcriptum
eſt: ⁊ nox ſicut dies illuminabi-
tur: ⁊ nox illuminatio mea in
delicijs meis. Huius igitur ſan
ctificatio noctis fu gat ſcele-
ra:


ra: culpas lauat: ⁊ reddit innọ/
cētiā lapſis, ⁊ mẹſtis lẹti tiā ſu
gat odia: ꝯcordiā parat, ⁊ cur/
uat imperia.
Hic diacon⁹ infigit quīnqȝ grana incē ſi bñdicti in Cereo in modum crucis.
In huius igitur
noctis gratia: ſuſcipe ſancte Pa
ter, incēſi hui⁹ ſacrificiū veſper/
tinū: qđ tibi in hac cerei oblatio
nẹ ſolenni: p miniſtrorū manus
de operibus apum: ſacroſancta
reddit eccle ſia. Sed iā colūnẹ
huius p̄co nia nouimus, quā
in honorem Dei, rutilās ignis
accendit.
Hic diaconus accendit cereū.
Qui licet
fit diuiſus in partes: mutuati
tamē luminis detrimenta non
nouit. A litur enim liquā/
tibus ceris, quas in ſubſtātiam
pretioſẹ huius lampadis, apis
mater eduxit.

Hic

Hic accenduntur lampades.




tuos


tuos, omnẽq; clerũ: ⁊ deuotiſſi-
mũ populũ, vna cũ beatiſſimo
papa noſtro N. ⁊ antiſtite no-
ſtro N. quiete tẽporum con-
ceſſa: in his paſchalibus gau-
dijs, aſſidua protectione rege-
re, guber nare, ⁊ conſeruare
digneris. Reſpi ce etiam
ad Catholicum Regem no-
ſtrũ N. cuius tu Deus deſi-
M. N. R.
derij vota prænoſcens: ineffa-
bili pietatis, ⁊ miſericordi ę
tuę munere trãquillũ ꝑpetuę
pacis accõmoda, ⁊ cęleſtẽ victo
riã cum omni populo ſu o.
Per e undẽ dominũ noſtrũ
Jeſum Chriſtũ: filiũ tuum: ꝗ
tecũ viuit ⁊ regnat, in vnitate
ſpiritus ſancti Deus: per om-
nia ſecula ſeculorũ. R. Amen.
M Com-

Cõpleta benedictione cerei, diaconus depoſitis albis, ſumit violacea paramenta, ⁊ vadit ad celebrantẽ. Poſtea leguntur prophetię ſine titulo: ⁊ in fine prophetiarum dicuntur orationes modo ſubſcripto.

Prophetia prima.

Gen. i In principio creauit Deus cęlũ, ⁊ terrã. Terra autẽ erat inanis, ⁊ vacua: ⁊ tenebrę erant ſuper faciem abyſſi: ⁊ ſpiritus dñi ferebat̃ ſuper aquas. Dixitqꝫ Deus. Fiat lux. Et facta eſt lux. Et vidit Deus lucẽ ꝙ eſſet bona, ⁊ diuiſit lucẽ a tenebris. Appellauitqꝫ lucem, diem: ⁊ tenebras, noctem. Factũqꝫ eſt veſpere ⁊ mane dies vnus. Dixit quoqꝫ Deꝰ. Fiat firmamentũ in medio aquarũ: ⁊ diuidat aquas ab aquis. Et fecit Deꝰ firmamẽtum: diuiſitqꝫ aquas, quę erant ſub firmamento, ab his, quę erãt ſup firmamentũ. Et factũ eſt ita. Uocauitqꝫ Deus firmamentũ, cęlũ. Et factũ eſt veſpere, ⁊ mane dies ſecũdus. Dixit vero Deus. Congregẽtur aquę quę ſub cęlo ſunt, in locũ vnum: ⁊ appareat arida. Factũqꝫ eſt ita. Et vocauit Deꝰ aridã, terrã: ↄgregationeſqꝫ aqrũ appellauit maria. Et vidit Deus, ꝙ eſſet bonũ: ⁊ ait: Germinet terra herbã virentẽ, ⁊ facientẽ ſemen, ⁊ lignũ pomiferũ faciens fructum iuxta genus ſuum, cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terrã. Et factũ eſt ita. Et protulit terra herbã virentem, ⁊ afferentem ſemen iuxta genus ſuũ, lignũqꝫ faciẽs fructũ, ⁊ habens vnũquodqꝫ ſemẽtem ſecundum ſpeciẽ ſuã. Et vidit Deus ꝙ eſſet bonum. Factũqꝫ eſt veſpere, ⁊ mane, dies tertiꝰ. Dixit autẽ Deus. Fiãt luminaria in firmamẽto cęli, ⁊ diuidant diem ac noctem: ⁊ ſint in ſigna, ⁊ tempora, ⁊ dies, ⁊ annos: vt luceant in firmamẽto cęli, ⁊ illuminẽt terrã. Et factũ eſt ita. Fecitqꝫ Deus duo luminaria magna: luminare maiꝰ, vt pręeſſet diei: ⁊ luminare minus, vt pręeſſet nocti: ⁊ ſtellas. Et poſuit eas in firmamẽto cęli, vt lucẽrent ſup terrã: ⁊ pręeſſent diei ac nocti, ⁊ diuiderẽt lucẽ ac tenebras. Et vidit Deꝰ ꝙ eſſet bonum. Et factũ eſt veſpere, ⁊ mane, dies quartus. Dixit etiam Deus. Producãt aquę reptile animę viuentis, ⁊ volatile ſuper terram, ſub firmamẽto cęli. Creauitqꝫ Deꝰ cete grãdia, ⁊ omnẽ animã viuentẽ atqꝫ motabilem, quã produxerant aquę in ſpecies ſuas: ⁊ omne volatile ſecundum genus ſuũ. Et vidit Deꝰ ꝙ eſſet bonũ: benedixitqꝫ eis, dicẽs. Creſcite, ⁊ multiplicamini, ⁊ replete aquas maris: aueſqꝫ multiplicẽtur ſuper terrã. Et factũ eſt veſpere, ⁊ mane, dies qntꝰ. Dixit quoqꝫ Deus. Producat terra animã viuentẽ in genere ſuo: iumenta ⁊ reptilia ⁊ beſtias terrę ſecũdũ ſpecies ſuas. Factũqꝫ eſt ita. Et fecit Deꝰ beſtias terrę iuxta ſpecies ſuas: ⁊ iumẽta, ⁊ omne reptile terrę, i genere ſuo. Et vidit Deus ꝙ eſſet bonũ: ⁊ ait. Faciamꝰ hominẽ ad imaginẽ ⁊ ſimilitudinẽ noſtram: ⁊ pręſit piſcibꝰ maris, ⁊ volatilibus cęli, ⁊ beſtijs, vniuerſeqꝫ

cſeq; terrę, omniq; reptili qđ mouetur in terra. Et creauit De⁹ hominē ad imaginem ⁊ ſimilitudinē ſuā: ad imaginē Dei creauit illum: maſculū ⁊ fęminā creauit eos. Benedixitq; illis De⁹, ⁊ ait. Creſcite, ⁊ multiplicamini: ⁊ replete terrā, ⁊ ſubijcite eā, ⁊ dominamini piſcib⁹ maris, ⁊ volatilibus cęli, ⁊ vniuerſis animātib⁹, quę mouent̄ ſup terrā. Dixitq; De⁹. Ecce dedi vobis oēm herbā afferētē ſemē ſuper terrā: ⁊ vniuerſa ligna q̄ habēt in ſemetipſis ſemētem generis ſui: vt ſint vobis in eſcā, ⁊ cūctis animātib⁹ terrę, omniq; volucri cęli, ⁊ vniuerſis q̄ mouent̄ in terra, ⁊ in qb⁹ eſt aīa viuēs, vt habeāt ad veſcēdū. Et factū eſt ita. Viditq; De⁹ cūcta quę fecerat: ⁊ erāt valde bona. Et factū eſt veſpere, ⁊ mane dies ſext⁹. Igit̄ pfecti ſunt cęli ⁊ terra, ⁊ omnis ornatus eorum. Compleuitq; Deus die ſeptimo opus ſuū qđ fecerat: ⁊ requieuit die ſeptimo ab vniuerſo opere, qđ patrarat.

Qua completa ſacerdos dicat. Oremus.
Diaconus. Flectamus genua.
Subdiaconus. Leuate. Oratio.

DEus, q mirabiliter creaſti hominem; ⁊ mirabilius redemiſti: da nobis, quęſumus, cōtra oblectamenta peccati, mentis ratione perſiſtere: vt mereamur ad ęterna gaudia peruenire. Per dominum.

Prophetia ſecunda.

NOe vero cum quingentorū eſſet annorum, genuit Sem, Cham, ⁊ Japheth. Cūq; cepiſſent homines multiplicari ſuper terrā, ⁊ filias procreaſſent: videntes filij Dei filias hominū q̄ eſſent pulchrę, acceperunt ſibi vxores ex omnibus quas elegerāt. Dixitq; Deus. Nō pmanebit ſpiritus me⁹ in homine in ęternū, quia caro eſt: Eruntq; dies illius centū viginti annorū. Gigātes autē erant ſuper terrā in diebus illis. Poſtquā eni; ingreſſi ſunt filij Dei ad filias hominū, illęq; genuerūt: iſti ſunt potētes a ſeculo, viri famoſi. Vidēs autē De⁹ q̄ multa malitia hominū eſſet in terra: ⁊ cuncta cogitatio cordis intēta eſſet ad malū omni tempore: pęnituit eū, q̄ hominē feciſſet in terra. Et pręcauēs in faturū, ⁊ tactus dolore cordis intrinſec⁹, Delebo (inquit) hominem quem creaui, á facie terrę, ab homine vſque ad animātia, á reptili vſq; ad volucres cęli. Pęnitet eni; me feciſſe eos. Noe vero inuenit gratiā coram Deo. Hę ſunt generationes Noe. Noe vir iuſt⁹ atq; pfect⁹ fuit in generationib⁹ ſuis, cū Deo ambulauit. Et genuit tres filios, Sē, Chā, ⁊ Japheth. Corrupta eſt autē terra corā Deo, ⁊ repleta eſt iniquitate. Cūq; vidiſſet De⁹ terrā eſſe corruptā, (omnis quippe caro corruperat viā ſuā ſuper terrā) dixit ad Noe. Finis vniuerſę carnis venit corā me: repleta eſt terra iniquitate a facie eorū: ⁊ ego diſperdam eos cum terra. Fac tibi arcā de lignis leuigatis. Manſiūculas in arca facies: ⁊ bitumine linies intrinſecus, ⁊ extrinſec⁹. Et ſic facies eam. Trecentorum cubitorū erit longitudo arcę: quinquaginta cubitorum latitudo: ⁊ triginta cubitorum

toꝛum altitudo illius, Feneſtrã in
arca facies:⁊ in cubito conſumma
bis ſummitatẽ eius. Oſtiũ autẽ ar
cę pones ex latere deoꝛſuꝫ. Cęna-
cula ⁊ triſtega facies in ea. Ecce
ego adducã diluuij aquas ſup ter-
ram:vt interficiã omnem carnẽ, in
qua ſpiritus vitę eſt ſubter cęluꝫ:⁊
vniuerſa quę in terra ſunt, cõſumẽ
tur. Ponamqꝫ fędus meũ tecuꝫ:⁊
ingredieris arcã tu ⁊ filij tui, vxoꝛ
tua, ⁊ vxoꝛes filioꝛũ tuoꝛum tecuꝫ.
Et ex cũctis animãtibuſ vniuerſe
carnis bina ⁊ bina induces in arcã
vt viuãt tecũ, maſculini ſex⁹ ⁊ fęmi
nini. De volucrib⁹, iuxta gen⁹ ſuũ,
⁊ de iumentis in genere ſuo, ⁊ ex
omni rẽptili terrę ſecundũ genus
ſuũ: bina de omnibuſ ingrediẽtur
tecũ, vt poſſint viuere. Tolles igitᷣ
tecũ ex omnibus eſciſ quę mandi
poſſunt, ⁊ compoꝛtabis apud te:⁊
erunt tã tibi quã illis in cibũ. Fecit
ergo Noe omnia quę p̃ceperat il-
li Deus. Eratqꝫ ſexcentoꝛũ anno-
rum, quando diluuij aquę inunda
uerunt ſup terrã. Rupti ſunt autẽ
oẽs fontes abyſſi magnę, ⁊ catara
ctę cęli apertę ſunt:⁊ facta eſt plu-
uia ſup terrã quadraginta diebuſ
⁊ quadraginta noctib⁹. In articu
lo diei illi⁹ ingreſſus eſt Noe, Sẽ,
Cham, ⁊ Japheth: filij eiuſ, vxoꝛ il
lius, ⁊ vxoꝛes filioꝛũ eius cuꝫ eo in
arcã: ipſi ⁊ omne animal ſecunduꝫ
genus ſuũ, vniuerſaqꝫ iumenta in
genere ſuo, ⁊ omne quod mouetᷣ
ſuper terrã in genere ſuo, cũctũqꝫ
volatile ſecũdũ genus ſuũ. Poꝛro
arca ferebatur ſup aquaſ. Et aquę
p̃ualuerũt nimiſ ſuper terrã: oper
tiqꝫ ſunt oẽs montes excelſi ſub
vniuerſo cęlo. Quindecim cubitiſ
fuit altioꝛ aqua ſup montes quos
operuerat. Cõſũptaqꝫ eſt omnis
caro quę mouebatur ſup terrã, vo
lucrum, animantiũ, beſtiaruꝫ, om-
niumqꝫ reptiliũ quę reptãt ſuper
terrã. Remãſit autẽ ſoluſ Noe, ⁊ q
cũ eo erãt, in arca. Obtinuerũtqꝫ
aquę terrã cẽtũ quinqꝫaginta die
bus. Recoꝛdat⁹ autẽ dñs Noe, cũ ca. 8.
ctoꝛumqꝫ animantiũ, ⁊ omniũ iu-
mentoꝛũ quę erant cuꝫ eo in arca,
adduxit ſpiritũ ſuper terraꝫ, ⁊ im-
minutę ſunt aquę. Et clauſi ſunt
fonteſ abyſſi, ⁊ cataractę cęli:⁊ pꝛo
hibitę ſunt pluuię de cęlo. Reuer-
ſęqꝫ ſunt aquę de terra eũtes ⁊ re
deuntes:⁊ cęperũt minui poſt cen
tum quinquaginta dies. Cumqꝫ
tranſiſſent quadraginta dies, ape
riens Noe feneſtraꝫ arcę quã fece-
rat, dimiſit coꝛuũ. Qui egredieba-
tur, ⁊ non reuertebatᷣ, donec ſicca-
rentur aquę ſup terrã. Emiſit quo
que columbã poſt eum: vt videret
ſi iam ceſſaſſent aquę ſuper faciem
terrę. Quę cũ nõ inueniret vbi re-
quieſceret pes eius, reuerſa eſt ad
eũ in arcã. Aquę enĩ erãt ſup vni-
uerſam terram. Extẽditqꝫ manũ,
⁊ appꝛehenſam intulit in arcam.
Expectatis autẽ vltra ſeptẽ dieb⁹
alijs, rurſum dimiſit columbaꝫ ex
arca. At illa venit ad eum ad veſpe
rã poꝛtans ramuꝫ oliuę virẽtibus
folijs in oꝛe ſuo. Intellexit ergo
Noe, q ceſſaſſent aquę ſup terraꝫ.
Expectauitqꝫ, nihilominꝰ ſepteꝫ
dieb⁹ alijs:⁊ emiſit colũbã, q̃ nõ eſt
vltra reuerſa ad eũ. Locut⁹ eſt au-
tem

teꝫ dñs ad Noe dicens. Egredere de arca tu, ⁊ vxoꝛ tua: filij tui, ⁊ vxores filioꝛum tuoꝛũ tecum. Cuncta animãtia quę ſunt apud te, ex omni carne, tam in volatilibus, quã in beſtijs, ⁊ vniuerſis reptilibus q̃ reptant ſuper terrã, educ tecuꝫ: ⁊ ingredimini ſuper terrã. Creſcite, ⁊ multiplicamini ſuper eã. Egreſſus eſt ergo Noe, ⁊ filij eius: vxoꝛ illi⁹, ⁊ vxoꝛes filioꝛũ eius cũ eo. Sed ⁊ omnia animantia, iumẽta, ⁊ reptilia quę reptãt ſuper terrã ſecũduꝫ gen⁹ ſuũ, de arca egreſſa ſunt. Edificauit autẽ Noe altare dño: ⁊ tollens de cunctis pecoꝛibus ⁊ volucribus mũdis, obtulit holocauſta ſuper altare. Odoꝛatuſqꝫ eſt dñs odoꝛeꝫ ſuauitatis. Oremus. Flectamus genua. ℞. Leuate. Oro.

Deus incõmutabilis virt⁹, ⁊ lumen ęternũ: reſpice propiti⁹ ad totius eccleſię tuę mirabile ſacramentũ, ⁊ opus ſalutis humanę, perpetuę diſpoſitionis effectu tranquillius operare: totuſqꝫ mũd⁹ experiatur, ⁊ videat, deiecta erigi, inueterata renouari, ⁊ p ipſum redire omnia in integrum, a quo ſumpſere principiũ. Per dominũ.

Prophetia tertia.

ca.22 In diebus illis: Tẽtauit De⁹ Abꝛahã, ⁊ dixit ad euꝫ. Abꝛaham, Abꝛaham. At ille reſpondit. Adſum. Ait illi. Tolle filium tuum vnigenitum quem diligis Iſaac, ⁊ vade in terram viſionis, ⁊ offeres eum ibi in holocauſtum, ſuper vnũ montiũ, quẽ mõſtrauero tibi. Igit̃ Abꝛahã de nocte cõſurgens, ſtrauit aſinũ ſuuꝫ: ducẽs ſecũ duos iuuenes, ⁊ Iſaac filiũ ſuũ. Cumqꝫ ꝯcidiſſet ligna in holocauſtu: abijt ad locũ quẽ pceperat ei Deus. Die autẽ tertio eleuatis oculis, vidit locũ pcul, Dixitqꝫ ad pueros ſuos. Expectate hic cũ aſino: ego ⁊ puer illucuſqꝫ properãtes, poſtq̃ adoꝛauerimus, reuertemur ad vos. Tulit quoqꝫ ligna holocauſti, ⁊ impoſuit ſuper Iſaac filium ſuum: ipſe vero poꝛtabat in manibus ignẽ ⁊ gladiũ. Cumqꝫ duo pgerẽt ſimul, dixit Iſaac patri ſuo. Pr mi. At ille reſpõdit. Quid vis fili? Ecce (inquit) ignis ⁊ ligna: vbi eſt victima holocauſti? Dixit Abꝛahã. De⁹ puidebit ſibi victimã holocauſti fili mi. Pergebant ergo pariter: veneruntqꝫ ad locũ, quem oſtenderat ei Deus: in quo ędificauit altare, ⁊ deſuper ligna cõpoſuit. Cũqꝫ colligaſſet Iſaac filiũ ſuuꝫ, poſuit eũ in altare ſuper ſtrueꝫ lignoꝛũ. Extenditqꝫ manũ, ⁊ arripuit gladiuꝫ, vt immolaret filiũ ſuũ. Et ecce angel⁹ dñi de cęlo clamauit dicẽs, Abꝛaham, Abꝛahã. Qui reſpondit. Adſum. Dixitqꝫ ei. Ne extẽdas manũ tuam ſuper puerũ: neqꝫ facias illi quicquã. Nunc cognoui q2 timeas Deum: ⁊ non pepercisti filio tuo vnigenito propter me. Leuauit Abꝛahã oculos, viditqꝫ poſt tergũ arietẽ inter vepres hęrentẽ coꝛnibus: quẽ aſſumẽs obtulit holocauſtũ pro filio. Appellauitqꝫ nomẽ loci illius, Dominus videt. Unde vſqꝫ hodie dicit̃, In mõte dñs videbit. Uocauit autẽ angelus domini Abꝛaham ſecundo de cęlo, dicẽs. Per memetipſum iuraui, di-



πρόληψις. vt in illo, portas q. reguin Vilios. nondũ enim ita vocabatur. sed ex hoc ipso facto ita vocata est.

cit dñs: quia feciſti rem hanc, ⁊ nõ
pepercisti vnigenito filio tuo pꝛo-
pter me, Benedicens benedicaꝫ ti-
bi, ⁊ multiplicabo ſemen tuum ſi-
cut ſtellas cęli, ⁊ velut arenam, quę
eſt i litoꝛe maris. Poſſidebit ſemē
tuum poꝛtas inimicoꝛum ſuoꝛum:
⁊ benedicentur in ſemine tuo om-
nes gētes terrę, quia obediſti voci
meę. Reuerſuſqꝫ eſt Abꝛahaꝫ ad
pueros ſuos: abierũtqꝫ Berſabée
ſimul, ⁊ habitauit ibi. Oꝛemus.
Flectam⁹ genua. ℟. Leuate. Oꝛõ.

DEus fidelium pater ſumme:
qui in toto oꝛbe terrarũ, pꝛo
miſſionis tuę filios diffuſa adoptio-
nis gratia multiplicas: ⁊ p paſcha-
le ſacramentum Abꝛaham puerũ
tuum vniuerſaruꝫ, ſicut iuraſti, gē-
tium éfficis patrem: da populis
tuis digne ad gratiaꝫ tuę vocatio-
nis introire. Per dominum no-
ſtrum Ieſum Chꝛiſtum filiuꝫ tuũ.

Pꝛophetia quarta.

IN diebus illis. Factuꝫ eſt in
exo.14 vigilia matutina, ⁊ ecce re-
ſpiciēs dñs ſuper caſtra Ægyptio-
rũ per colũnã ignis, ⁊ nubis, inter-
fecit exercitũ coꝛũ: ⁊ ſubuertit ro-
tas curruum, ferebanturqꝫ in pꝛo-
fundũ. Dixerũt ergo Ægyptij. Fu-
giamus Iſraelē: dominus eniꝫ pu-
gnat pꝛo eis cõtra nos. Et ait dñs
ad Moyſen. Extēde manum tuam
ſuper mare: vt reuertãtur aquę ad
Ægyptios ſuper currus ⁊ equites
eoꝛuꝫ. Cumqꝫ extēdiſſet Moyſes
manũ cõtra mare, reuerſuꝫ eſt pꝛi-
mo diluculo ad pꝛioꝛem locũ. Fu-
gientibuſqꝫ Ægyptijs, occurrerũt
aquę: ⁊ inuoluit eos dñs in medijs
fluctibus. Reuerſęqꝫ ſunt aquę, ⁊
operuerũt currus ⁊ equites cũcti
exercitus Pharaonis, q ſequētes
ingreſſi fuerant mare: nec vnus q-
deꝫ ſupfuit ex eis. Filij autē Iſrael
perrexerunt per medium ſicci ma-
ris: ⁊ aquę eis erãt quaſi pꝛo muro
á dextris, ⁊ á ſiniſtris. Liberauitqꝫ
dñs i die illo Iſrael de manu Ægy-
ptioꝛũ. Et viderũt Ægyptios moꝛ-
tuos ſup litus maris, ⁊ manũ ma-
gnam quaꝫ exercuerat dñs cõtra
eos. Timuitqꝫ populus dñm: ⁊ cre-
diderunt dño, ⁊ Moyſi ſeruo ei⁹.
Tũc cecinit Moyſes, ⁊ filij Iſrael
carmen hoc domino, ⁊ dixerunt.
Tractus. Cantemus dño, glorioſe enim
honorificatus eſt, equũ ⁊ aſcenſoꝛem pꝛo- exo.15.
iecit in mare: adiutoꝛ ⁊ pꝛotectoꝛ factus eſt
mihi in ſalutem. ℣. Hic eſt Deus meus,
⁊ honorificabo eum: Deus patris mei, ⁊
exaltabo eum. ℣. Dominus cõterens bel-
la: dominus nomen eſt illi. Oꝛemus.
Flectam⁹ genua. ℟. Leuate. Oꝛõ.

DEus, cui⁹ antiqua miracula
etiaꝫ noſtris ſęculis coꝛuſca-
re ſentimus: olim quod vni popu-
lo á perſecutione Ægyptiaca libe-
rando, dexterę tuę potētia contu-
liſti, id in ſalutē gentium per aquã
regenerationis operaris: pꝛęſta:
vt in Abꝛahę filios, ⁊ in Iſraeliti-
cam dignitatem, totius mundi trã-
ſeat plenitudo. Per dominum nõ.

Pꝛophetia quinta.

HÆc eſt hereditas ſeruoꝛum Iſa.55.
dñi, ⁊ iuſtitia eoꝛuꝫ apud me,
dicit dominus. Omnes ſitientes
venite ad aquas: ⁊ qui nõ habetis
argētum, pꝛoperate, émite, ⁊ comē-
dite. Venite, emite abſqꝫ argēto, ⁊
abſqꝫ

abſq; vlla commutatione vinu; ꝛ lac. Quare appẽditis argentũ nõ in panibus, ꝛ laborem veſtrũ non in ſaturitate? Audite audiẽtes me, ꝛ comedite bonu;: ꝛ delectabitur in craſſitudine anima veſtra. Inclinate aurem veſtra;, ꝛ venite ad me: audite, ꝛ viuet anima veſtra: ꝛ feriam vobiſcum pactũ ſempiternu;, miſericordias Dauid fideles. Ecce teſtẽ populis dedi eu;, ducẽ ac preceptorẽ gẽtibus. Ecce, gentẽ quam neſciebas, vocabis: ꝛ gẽtes que nõ cognouerunt te, ad te currẽt: propter dñm Deu; tuũ; ꝛ ſanctũ Iſrael: qa glorificauit te. Querite dñm dum inueniri poteſt: inuocate eũ dum prope eſt. Derelinquat impius viã ſuã, ꝛ vir iniquus cogitationes ſuas: ꝛ reuertatur ad dñm, ꝛ miſerebit eius, ꝛ ad Deum noſtrũ, qm̃ multus eſt ad ignoſcẽdum. Nõ enim cogitationes mee, cogitationes veſtre: neq; vie mee, vie veſtre, dicit dñs. Quia ſicut exaltant celi ã terra: ſic exaltate ſunt vie mee ã vijs veſtris: ꝛ cogitationes mee ã cogitationibus veſtris. Et quomodo deſcendit imber, ꝛ nix de celo, ꝛ illuc vltra non reuertitur, ſed inebriat terram, ꝛ infundit eam, ꝛ germinare eam facit, ꝛ dat ſemen ſerenti, ꝛ panem comedẽti: Sic erit verbum meu; quod egredietur de ore meo. Non reuertetur ad me vacuũ, ſed faciet quecũq; volui, ꝛ proſperabitur in his ad que miſi illud: dicit dominus omnipotẽs. Oremus. Flectam⁹ genua. ℟. Leuate. Oratio.

Omnipõs ſempiterne Deus, multiplica in honore; nominis tui qđ patrum fidei ſpopõdiſti: ꝛ pmiſſionis filios ſacra adoptione dilãta: vt, quod priores ſancti non dubitauerunt futurũ, eccleſia tua ia; ex parte cognoſcat impletu;. Per d.

Prophetia ſexta.

Audi Iſrael mãdata vite: auribus percipe, vt ſcias pruden ca. 3.
tia;. Quid eſt Iſrael: ꝙ in terra inimicorum es? Inueteraſti in terra aliena: coinquinatus es cum mortuis: deputatus es cũ deſcẽdẽtib⁹ in infernum. Dereliquiſti fontẽ ſapiẽtie. Na; ſi i via Dei ambulaſſes, habitaſſes vtiq; in pace ſup terrã. Diſce vbi ſit ſapiẽtia, vbi ſit virtus, vbi ſit prudẽtia, vbi ſit intellectus, vt ſcias ſimul vbi ſit longiturnitas vite ꝛ victus, vbi ſit lumẽ oculorũ ꝛ pax. Quis inuenit locũ eius? Et qs introiuit in theſauros ei⁹? Ubi ſunt principes gẽtiu;, ꝛ q dominãtur ſuper beſtias que ſunt ſup terram? Qui in auibus celi ludũt: qui argentum theſauriʒant, ꝛ aurum in quo confidunt homines: ꝛ non eſt finis acquiſitionis coru;. Qui argẽtũ fabricãt, ꝛ ſoliciti ſunt: nec eſt inuẽtio operum illorum. Exterminati ſunt, ꝛ ad inferos deſcẽderũt: ꝛ alij in locum eorum ſurrexerũt. Iuuenes viderunt lumẽ: ꝛ habitauerunt ſuper terra;. Uiã autẽ diſcipline neſcierũt, neq; intellexerũt ſemitas eius, neq; ſuſceperunt eam filij eorũ. A facie eorum longe facta eſt. Non eſt audita in Canaã, neq; viſa eſt in Themã. Filij quoque Agar, qui exquirunt prudentia; que de terra eſt: negociatores

terrę, ⁊ Theman: ⁊ fabulatores, ⁊ exquiſitores prudentię ⁊ intelligentię: viam autem ſapientię neſcierunt: neqꝫ meminerunt ſemitarum eius. O Iſrael, quam magna eſt domus Dei: ⁊ ingẽs locus poſſeſſionis eius? Magnus, ⁊ nõ habet conſummationem: excelſus ⁊ immenſus. Ibi fuerunt gigãtes nominati, illi qui ab initio fuerunt, ſtatura magna, ſcientes bellum. Non hos elegit dñs: neqꝫ viã diſciplinę dedit illis: propterea perierunt. Et quoniã nõ habuerunt ſapiẽtiã, interierũt propter ſuã inſipiẽtiam. Quis aſcẽdit in cęlum, ⁊ accepit eam, ⁊ eduxit eam de nubibus? Quis trãſfretauit mare, ⁊ inuenit eam, ⁊ attulit eam ſuper aurum electum? Nõ eſt, qui ſciat viã eius, neqꝫ q excogitet ſemitas ei⁹. Sed qui ſcit vniuerſa, nouit illam: ⁊ adinuẽnit eaꝫ prudẽtia ſua. Qui perfecit terraꝫ in ſempiterno tempore: ⁊ adimpleuit eam pecudib⁹: Uocauitqꝫ eam, ⁊ obaudiuit eum in tremore. Stellę autẽ dederũt lumen in cuſtodijs ſuis, ⁊ letatę ſunt. Uocatę ſunt, ⁊ dixerũt: ãdſumus. Et luxerunt ei cum iucunditate, qui fecit illas. Hic eſt De⁹ noſter: ⁊ non ęſtimabitur alius ad eum. Hic adinuẽnit omnem viam diſciplinę: ⁊ dedit illam Iacob puero ſuo, ⁊ Iſrael dilecto ſuo. Poſt hęc ſuper terrã viſus eſt: ⁊ cum hominibus conuerſatus eſt. Oremus. Flectam⁹ genua. ℟. Leuate. Oro.

Deus, qui eccleſiam tuaꝫ ſemper gẽtium vocatione multiplicas: concede propitius: vt quos aqua baptiſmatis abluis, cõtinua protectione tuearis. Per domi.

Prophetia ſeptima.

In diebus illis: Facta eſt ſuper me manus domini, ⁊ eduxit me in ſpiritu domini: ⁊ dimiſit me in medio campi, qui erat plenus oſſibus: ⁊ circũduxit me per ea in gyrũ. Erãt autẽ multa valde ſuper faciem cãpi, ſiccaqꝫ vehemẽter. Et dixit ad me. Fili hoĩs putãſne viuẽt oſſa iſta? Et dixi. Dñe De⁹, tu noſti. Et dixit ad me. Uaticinare de oſſibus iſtis, ⁊ dices eis. Oſſa arida, audite verbũ dñi. Hęc dicit Dñs Deus oſſibus his. Ecce ego intromittam in vos ſpiritum, ⁊ viuetis: ⁊ dabo ſup vos neruos, ⁊ ſuccreſcere faciam ſuper vos carnes, ⁊ ſuperextẽdã in vobis cuteꝫ: ⁊ dabo vobis ſpiritũ, ⁊ viuetis: ⁊ ſcietis quia ego dñs. Et pphetaui ſicut pręceperat mihi. Factus eſt autẽ ſonit⁹ prophetãte me, ⁊ ecce cõmotio. Et acceſſerunt oſſa ad oſſa: vnumquodqꝫ ad iũcturã ſuam. Et vidi: ⁊ ecce ſup ea nerui, ⁊ carnes aſcẽderunt: ⁊ extenta eſt in eis cutis deſuper: ⁊ ſpiritũ non habebãt. Et dixit ad me. Uaticinare ad ſpiritũ, vaticinare fili hominis, ⁊ dices ad ſpiritũ. Hęc dicit domin⁹ De⁹. A quatuor vẽtis veni ſpiritus ⁊ inſuffla ſuper interfectos iſtos, ⁊ reuiuiſcãt. Et pphetaui, ſicut pręceperat mihi. Et igreſſus eſt in ea ſpiritus, ⁊ vixerũt: ⁊ ſteterunt ſup pedes ſuos, exercit⁹ grãdis nimis valde. Et dixit ad me. Fili hoĩs, oſſa hęc vniuerſa, dom⁹ Iſrael eſt. Ipſi dicunt: Aruerunt oſſa noſtra, periit

perijt ſpes noſtra, ⁊ abſciſſi ſum⁹.
Propterea vaticinare, ⁊ dices ad
eos. Hęc dicit dñs De⁹. Ecce ego
aperiã túmulos veſtros, ⁊ edúcã
vos de ſepulcris veſtris populus
me⁹: ⁊ indúcã vos in terrã Iſrael.
Et ſcietis, qa ego dñs, cũ aperúe-
ro ſepulcra veſtra, ⁊ eduxero vos
de tumulis veſtris popule me⁹: ⁊
dedero ſpiritũ meũ in vobis, ⁊ vi-
xeritis: ⁊ requieſcere vos faciam
ſuper humum veſtram, dicit do-
minus omnipotens. Oremus.
Flectam⁹ genua. ℟. Leuate. Oro.

Deus, q nos ad celebrãdũ pa-
ſchale ſacramẽtũ vtriuſq; te
ſtamẽti páginis inſtruis: da nobis
intelligere miſericordiã tuã: vt ex
perceptione pręſentium munerum,
firma ſit expectatio futurorũ. Per.

Prophetia octaua.

Isa. 4. Apprehendẽt ſeptem mulie-
res virum vnum in die illa
dicentes. Panem noſtrum come-
demus, veſtimentis noſtris ope-
riemur: tantũmodo inuocetur no
men tuum ſuper nos: aufer oppro
brium noſtrũ. In die illa erit ger-
men dñi in magnificentia, ⁊ in glo
ria: ⁊ fructus terrę ſublimis: ⁊ exul
tatio his q ſaluati fuerit de Iſrael.
Et erit: omnis qui relict⁹ fuerit in
Sion, ⁊ reſiduus in Ieruſalẽ, ſan
ctus vocabitur, omnis qui ſcriptus
eſt in vita in Ieruſalẽ. Si abluerit
dñs ſordes filiarũ Sion: ⁊ ſangui-
nẽ Ieruſalẽ lauerit de medio ei⁹,
in ſpiritu iudicij, ⁊ ſpiritu ardoris.
Et creabit dñs Deus ſup oẽm locũ
mõtis Siõ, ⁊ vbi inuocatus eſt nu
bem per diẽ, ⁊ fumum, ⁊ ſplendo

rem ignis flammãtis in nocte. Su
per omnem enim gloriam prote-
ctio. Et tabernaculũ erit i vmbra
culũ diei ab ęſtu: ⁊ in ſecuritatẽ, ⁊
abſconſionẽ, á turbine ⁊ á pluuia.
Tractus. Vinea facta eſt dilecto in cor Is. 5
nu, in loco vberi. ℣. Et maceriam circun-
dedit, ⁊ circunfodit: ⁊ plantauit vineam
Sorec, ⁊ ędificauit turrim in medio eius.
℣. Et torcular fodit in ea: vinea enim dñi
Sabaoth, domus Iſrael eſt. Oremus.
Flectam⁹ genua. ℟. Leuate. Oro.

Deus, qui in omnib⁹ eccleſię
tuę filijs, ſanctorum prophe-
tarũ voce manifeſtaſti, in omni lo-
co dominationis tuę, ſatorẽ te bo-
norum ſeminum, ⁊ electorum pal-
mitum eſſe cultorem: tribue, quę-
ſumus, populis tuis, qui ⁊ vinearũ
apud te nomine cenſentur ⁊ ſegẽ-
tum: vt ſpinarũ ⁊ tribulorũ ſqua-
lore reſecato, digna efficiantur fru
ge fęcundi. Per dominum noſtrũ.

Prophetia nona.

In diebus illis: Dixit dñs ad Exo. 12
Moyſen ⁊ Aaron in terra
Ægypti. Menſis iſte, vobis princi-
pium menſium: primus erit in mẽ
ſibus anni. Loquimini ad vniuer-
ſum cętum filiorum Iſrael, ⁊ dici-
te eis. Decima die menſis huius,
tollat vnuſquiſq; agnũ per fami
lias ⁊ domos ſuas. Sin aũt minor
eſt numerus, vt ſufficere poſſit ad
veſcendũ agnũ: aſſumet vicinum
ſuũ qui iunctus eſt domui ſuę, iux-
ta numerũ animarũ, quę ſufficere
poſſunt ad eſum agni. Erit autem
agnus abſq; macula, maſculus, an
niculus: iuxta quẽ ritum tolletis ⁊
hędũ. Et ſeruabitis eum vſq; ad
quartam-

quartamdecimā diē mēſis huius. Immolabitq; cū vniuerſa multitudo filiorū Iſrael ad veſperā. Et ſumēt de ſanguine eius: ac ponēt ſup vtrūq; poſtē, ⁊ in ſuperliminaribus domorū, in qbus cōmedēt illū. Et edēt carnes nocte illa aſſas igni: ⁊ azymos panes, cū lactucis agreſtib⁹. Non comedetis ex eo crudū quid, nec coctū aqua: ſed aſſum tantū igni. Caput cū pedibus ei⁹ ⁊ inteſtinis vorabitis: ⁊ os ei⁹ nō confringetis. Nec remanebit ex eo quicquā vſq; mane. Si quid reſiduū fuerit, igni cōburetis. Sic autē comedetis illum. Renes veſtros accingetis: ⁊ calceamēta habebitis in pedibus, tenētes baculos in manibus: ⁊ comedetis feſtināter. Eſt enī phaſe (id eſt trāſitus) domini. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Omnipotēs ſempiterne De⁹, qui in omnium operum tuorū diſpenſatione mirabilis es: intelligant redēpti tui, non fuiſſe excellentius, ꝙ initio factus eſt mundus, quam ꝙ in fine ſeculorum paſcha noſtrum immolatū eſt Chriſtus. Qui tecum viuit ⁊ regnat.

Prophetia decima.

ca.3. In diebus illis: Factū eſt verbum domini ad Jonam prophetam ſecundo, dicens: Surge ⁊ vade in Niniuen ciuitatem magnā: ⁊ prędica in ea prędicationē, quā ego loquar ad te. Et ſurrexit Jonas, ⁊ abijt ī Niniuē iuxta verbū dñi. Et Niniue erat ciuitas magna, itinere dierū triū. Et cępit Jonas introire ī ciuitatē itinere diei vnius: ⁊ clamauit, ⁊ dixit. Adhuc quadraginta dies, ⁊ Niniue ſubuertetur. Et crediderūt viri Niniuitę in dño: ⁊ prędicauerunt ieiunium, ⁊ veſtiti ſunt ſaccis ā maiore vſq; ad minorē. Et peruēnit verbū ad regē Niniue: ⁊ ſurrexit de ſolio ſuo, ⁊ abiecit veſtimentū ſuū ā ſe, ⁊ indutus eſt ſacco, ⁊ ſedit in cinere. Et clamauit, ⁊ dixit: In Niniue ex ore regis ⁊ principū eius, dicēs. Homines, ⁊ iumenta, ⁊ boues, ⁊ pecora nō guſtēt quicquā, nec paſcant, ⁊ aquā nō bibant. Et operiātur ſaccis homines ⁊ iumēta, ⁊ clament ad dñm in fortitudine: ⁊ conuertat vir ā via ſua mala, ⁊ ab iniquitate, quę eſt in manib⁹ eorū. Quis ſcit, ſi cōuertat, ⁊ ignoſcat De⁹: ⁊ reuertatur ā furore irę ſuę, ⁊ nō peribimus? Et vidit De⁹ opera eorū, quia conuerſi ſunt de via ſua mala: ⁊ miſert⁹ eſt populo ſuo, dñs Deus noſter. Oremus. Flectam⁹ genua. ℟. Leuate. Oīo

Deus, qui diuerſitatē gentiū in confeſſione tui nominis adunaſti: da nobis, ⁊ velle ⁊ poſſe quę pręcipis: vt populo ad ęternitatem vocato, vna ſit fides mētiū, ⁊ pietas actionum. Per dominū.

Prophetia vndecima.

deu.13 In dieb⁹ illis. Scripſit Moyſes canticū: ⁊ docuit filios Iſrael. Pręcepitq; dominus Joſue filio Nun: ⁊ ait. Confortare, ⁊ eſto robuſtus. Tu enim introduces filios Iſrael in terrā quā pollicitus ſum eis: ⁊ ego ero tecū. Poſtquā ergo ſcripſit Moyſes verba legis huius in volumine, atq; cōpleuit:

pręcepit

pꝛecepit leuitis qui poꝛtabāt arcā
fęderiſ dñi dicēſ. Tollite libꝛū iſtū;
ꝛ ponite euꝫ in látere arcę fęderis
dñi Dei veſtri: vt ſit ibi cōtra te in
teſtimoniū. Ego enim ſcio conten
tionem tuam: ꝛ ceruicem tuam du
riſſimam. Adhuc viuēte me, ꝛ in
grediente vobiſcuꝫ, ſemper conté
tioſe egiſtiſ contra dñm: quāto ma
gis cū moꝛtuꝰ fueroꝛ Cōgregate
ad me oēs maioꝛes natu per tribꝰ
veſtras atq; doctoꝛes: ꝛ loquar au
dientibus eis ſermones iſtos: ꝛ in
uocabo contra eos cęlū, ꝛ terram.
Noui enim ꝙ poſt moꝛtē meā ini
que agetis: ꝛ declinabitis cito de
via quā pcepi vobis. Et occurrent
vobis mala i extremo tépoꝛe: quā
do feceritis malū in conſpectu do
mini, vt irritetis eū per opera ma
nuum veſtrarū. Locutus eſt ergo
Moyſes, audiēte vniuerſo cętu fi
lioꝛum Iſrael, verba carminis hu
ius: ꝛ ad finem vſque compleuit.

Deu. 32 Tractus. Attende cęlum, ꝛ loquar: ꝛ
audiat terra verba ex oꝛe meo. ℣. Expe
ctetur ſicut pluuiā eloquium meum: ꝛ de
ſcendāt ſicut ros verba mea. ℣. Sicut im
ber ſuper gramen: ꝛ ſicut nix ſuper fęnum:
ꝛ nomen domini inuocabo. ℣. Date ma
gnitudinem Deo noſtro: Deus, vera ope
ra eius, ꝛ omnes vię eius iudicia. ℣. Deus
fidelis, in quo non eſt iniquitas: iuſtus ꝛ
ſanctus dominus. Oremus. Flecta
mus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Deus celſitudo humiliū, ꝛ foꝛ
titudo rectoꝛum: qui per ſan
ctum Moyſen puerū tuū, ita eru
dire populuꝫ tuum ſacri carminis
tui decantatione voluiſti: vt illa le
gis iteratio fieret etiā noſtra dire
ctio: excita in oēm iuſtificatarū gē
tium plenitudinē potētiam tuam,
ꝛ da lętitiam mitigādo terroꝛem:
vt omnium peccatis tua remiſſio
ne deletis: quod denunciatū eſt in
vltionē, tranſeat in ſaluteꝫ. Per d.

Prophetia duodecima.

In diebus illis Nabuchodo- Dan. 3
noſoꝛ rex fecit ſtatuam au
ream, altitudine cubitoꝛum ſexa
ginta, latitudine cubitoꝛum ſex: ꝛ
ſtatuit eaꝫ in campo Dura pꝛouin
cię Babylonis. Itaq; Nabucho
donoſoꝛ Rex miſit ad congregan
dos ſatrapas, magiſtratus, ꝛ iudi
ces: duces ꝛ tyrannos: optimates
ꝛ pręfectos, omneſq; pꝛincipeſ re
gionuꝫ: vt conuenirent ad dedica
tioneꝫ ſtatuę, quā erexerat Nabu
chodonoſoꝛ rex. Tūc congregati
ſunt ſatrapę, magiſtratus ꝛ iudi
ces, duces ꝛ tyranni, ꝛ optimates
qui erant in poteſtatibus ꝯſtituti,
ꝛ vniuerſi pꝛincipes regionum: vt
cōuenirent ad dedicationē ſtatuę,
quaꝫ erexerat Nabuchodonoſoꝛ
rex. Stabāt autē in ꝯſpectu ſtatuę
quaꝫ poſuerat Nabuchodonoſoꝛ
Rex: ꝛ pꝛeco clamabat valenter:
Uobis dicitur populis, tribubꝰ, ꝛ
linguiſ. In hoꝛa qua audieritiſ ſo
nitū tubę, ꝛ fiſtulę, ꝛ citharę, ꝛ ſam
bucę, ꝛ pſalterij, ꝛ ſymphonię, ꝛ
vniuerſi generis muſicoꝛū: caden
tes adoꝛate ſtatuā auream quā cō
ſtituit Nabuchodonoſoꝛ Rex. Si
quiſ autē nō ꝓſtratus adoꝛauerit,
eādem hoꝛa mittetur in foꝛnacem
ignis ardētis. Poſt hęc igitur ſta
tim vt audierūt oēs populi ſonitū
tubę, fiſtulę, ꝛ citharę, ſambucę,

⁊ pſalterii, ⁊ ſymphonie, ⁊ omnis
generis muſicorũ: cadẽtes omnes
populi, tribus, ⁊ lingue adorauerunt
ſtatuã aureã quam conſtituerat
Nabuchodonoſor rex. Statimqꝫ
in ipſo tẽpore accedẽtes viri
Chaldei accuſauerũt Judeos, dixeruntqꝫ
Nabuchodonoſor regi.
Rex in eternũ viue. Tu rex poſuiſti
decretũ: vt omnis homo qui audierit
ſonitum tube, fiſtule, ⁊ cithare,
ſambuce, ⁊ pſalterii, ⁊ ſymphonie,
⁊ omnis generis muſicorum,
proſternat ſe, ⁊ adoret ſtatuam aureã.
Siquis autẽ nõ procidẽs adorauerit,
mittatur in fornacem ignis
ardẽtis. Sũt ergo viri Judei, quos
cõſtituiſti ſup opera regionis Babylonie
Sidrach, Miſach, ⁊ Abdenago.
Viri iſti cõtẽpſerunt rex decretũ
tuum: deos tuos non colunt,
⁊ ſtatuã auream, quã erexiſti, non
adorant. Tunc Nabuchodonoſor
rex, in furore ⁊ ira precepit, vt adducerẽtur
Sidrach, Miſach, ⁊ Abdenago.
Qui cõfeſtim adducti ſunt
in cõſpectu regis. Pronuncianſqꝫ
Nabuchodonoſor rex, ait eis. Vere
ne Sidrach, Miſach, ⁊ Abdenago
deos meos non colitis: ⁊ ſtatuã
auream quam conſtitui, non adoratis?
Nũc ergo ſi eſtis parati, quacunqꝫ
hora audieritis ſonitum tube,
fiſtule, cithare, ſambuce, ⁊ pſalterij,
⁊ ſymphonie, omniſqꝫ generis
muſicorum, proſternite vos, ⁊
adorate ſtatuam quã feci. Quod
ſi non adoraueritis, eadẽ hora mittemini
in fornacem ignis ardẽtis.
Et quis eſt Deus, q eripiat vos de
manu mea? Reſpõdẽtes Sidrach,
Miſach, ⁊ Abdenago, dixerunt
Nabuchodonoſor regi. Nõ oportet
nos de hac re reſpondere tibi.
Ecce enim Deus noſter quem colimus,
poteſt nos eripere de camino
ignis ardentis, ⁊ de manibus
tuis, o Rex liberare. Quod ſi noluerit,
notũ ſit tibi, Rex, quia deos
tuos non colimus, ⁊ ſtatuam auream,
quam erexiſti, non adoramus.
Tũc Nabuchodonoſor repletus
eſt furore: ⁊ aſpectus faciei illius
immutatus eſt ſuper Sidrach, Miſach,
⁊ Abdenago. Et precepit, vt
ſuccenderetur fornax ſeptuplum
quam ſuccendi conſueuerat. Et viris
fortiſſimis de exercitu ſuo iuſſit,
vt ligatis pedibus Sidrach, Miſach,
⁊ Abdenago, mitterẽt eos in
fornacẽ ignis ardentis. Et cõfeſtim
viri illi vincti cũ braccis ſuis, ⁊ tiaris,
⁊ calceamentis, ⁊ veſtibus, miſſi
ſunt in medium fornacis ignis ardentis.
Nam iuſſio regis vrgebat.
Fornax autẽ ſuccenſa erat nimis.
Porro viros illos qui miſerãt Sidrach,
Miſach, ⁊ Abdenago, interfecit
flãma ignis. Viri autẽ hi tres,
ideſt, Sidrach, Miſach, ⁊ Abdenago
ceciderunt in medio camino
ignis ardẽtis, colligati. Et ambulabant
in medio flamme laudãtes
Deum, ⁊ benedicentes domino.
Hic non dicitur Flectamus genua.
Oremus. Oratio.
Omnipotẽs ſempiterne Deus,
ſpes vnica mũdi, qui prophetarum
tuorũ preconio preſentium
temporum declaraſti myſteria: auge
populi tui vota placatus: quia in
nullo fidelium niſi ex tua inſpiratione

tione prouenīūt quarumlibet incrementa virtutum. Per dominū.

Dis expletis, ſi Eccleſia habuerit fontē baptiſmalē, Sacerdos benedicturus fontē, accipit pluuiale violaceū, & procedit vſq; ad fontem, præcedentibus duobus miniſtris cum cruce, & cereo benedicto accēſo. Interea, dum deſcenditur ad fontem, cantatur ſequens

Ps.41 Tractus. Sicut ceru⁹ deſiderat ad fontem aquarū: ita deſiderat anima mea ad te Deus. V. Sitiuit anima mea ad Deū fontem viuum: quando veniam, & apparebo ante faciem Dei? V. Fuerunt mihi lacrymę meę panes die ac nocte: dum dicitur mihi per ſingulos dies, vbi eſt Deus tuus?


Deinde ſacerdos antequā intret ad benedictionem fontis, dicit hanc oratione ibi iuxta fontem. V. Dominus vobiſcū. R. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Omnipotēs ſempiterne De⁹, reſpice propitius ad deuotionem populi renaſcentis: qui, ſicut ceruus, aquarum tuarum expetit fontem: & concede propitius vt fidei ipſius ſitis, baptiſmatis myſterio, animā corpuſq; ſanctificet. Per dominum noſtrū. R. Amen.

Poſtea procedit ad benedictionē fontis, dicens V. Dominus vobiſcum. R. Et cū ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

Omnipotēs ſempiterne De⁹, adeſto magnę pietatis tuę myſterijs, adeſto ſacramētis: & ad recreandos nouos populos, quos tibi fons baptiſmatis parturit, ſpiritū adoptionis emitte: vt quod noſtrę humilitatis gerendū eſt miniſterio, virtutis tuę impleat effectu. Per dñm noſtrū Jeſum Chriſtū filiū tuū. Qui tecū viuit & regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus.

Eleuās vocē in modū p̄fationis, ꝓſequitur.




ſancte,pater omnipotēs,eter
ne Deus:qui inuiſibili poten
tia ſacramentorū tuorū mi
rabiliter operaris effectum.
Et licet nos tantis myſterijs
exequendis ſimus indigni:tu
tamē gratię tuę dona nō de/
ſerēs:etiam ad preces noſtras,
aures tuę pietatis inclinas:
Deus cuius ſpirit⁹ ſup aquas
inter ipſa mundi primordia
ferebatur: vt iam tunc virtu/
tem ſanctificationis aquarū
natura conciperet.Deus qui
nocentis mundi crimina per
aquas abluēs:regenerationis
ſpeciē in ipſa diluuij effuſio/
ne ſignaſti:vt vnius eiuſdēq;
elementi myſterio: ꝛ finis eſ/
ſet vitijs: ꝛ origo virtutibus.
Reſpice

Sacerdos diuidit aquam manu in modum crucis dicens.




vnā pariat gratiā mater infan
tiā. Procul ergo hinc iubēte
te domine: omnis ſpiritus im
mūdus abſcedat: procul tota
neqtia diabolicę fraudis ab
ſiſtat: Nihil hic loci habeat
contrarię virtutis admiſtio:
non inſidiando circumuolet:
non latendo ſurrepat nō in
ficiendo corrumpat.
Aquam manu tangit.
Sit hęc ſancta ⁊ innocēs creā
tura: libera ab omni impugna
toris incurſu: ⁊ totius nequi
tię, purgata diſceſſu. Sit fons
viuus, aqua regenerās, vnda
purificās: vt omnes hoc laua
cro ſalutifero diluendi, ope
rāte in eis ſpiritu ſancto, per
fectę purgationis: indulgen
tiam conſequantur.

Facit


Facit ✠ ſupra fonte dicēs. Unde, bñ ✠ dico te crea
tura aq̃: p Deū ✠ viuū: p Deū
✠ verū: per Deū ✠ ſanctum:
per Deū, qui te in principio
verbo ſeparauit ab arida: cu
ius ſpiritus ſuper te ferebatur.
Diuidit aquam, ⁊ effundit in quatuor mundi partes, dicens.
Qui te de paradiſi fonte ma
nare fecit: ⁊ in quatuor flumi
nibus diuidens: totā terrā ri
gare precepit. Qui te in deſer
M.N.R.
to amarā: ſuauitate indita fe
cit eſſe potabilē: ⁊ ſitienti po
pulo de petra pduxit: Bene
✠ dico te: ⁊ per Jeſum Chri
ſtū filiū eius vnicū dominum
noſtrū: q te in Chana Galilee
ſigno admirabili: ſua potētia:
cōuertit in vinū. Qui pedibꝰ
ſuper te ambulauit: ⁊ a Johā
ne in Jordane in te baptizatꝰ
N eſt.

eſt. Qui te vna cum ſanguine:
de latere ſuo produxit: ⁊ di-
ſcipulis ſuis iuſſit: vt credẽtes
baptizarẽtur in te dicẽs. Ite,
docete omnes gentes, bapti
zãtes eos, in nomine Patris,
⁊ Filij: ⁊ Spiritus ſancti.

Mutat vocem, ⁊ proſequitur in modum lectionis.

Hęc nobis pręcepta ſeruanti-
bus, tu Deꝰ omnipotẽs, clemẽs
adeſto: tu benignus aſpira.

Halat ter in aquã i modũ ✠ dicẽs

Tu has ſimplices aquas, tuo
ore benedicito: vt pręter na-
turalem emundationem, quã
lauãdis poſſunt adhibere cor-
poribus: ſint etiam purifican-
dis mentibus efficaces.

Hic ſacerdos ponit Cereum parũ intus in aquam ⁊ reſumens tonũ pręfationis dicit.

Deſcendat in hãc plenitudinẽ
fontis: virtus ſpiritus ſancti.

Deide extractũ cereũ de aq̃ iterũ profũdiꝰ mergit, aliquãto altiꝰ repetẽs

Deſcẽdat in hãc plenitudinem
fontis



fontis:virtus ſpiritus ſancti.

Poſtea extractum rurſus cereum de aqua, tertio immergens vſque ad fundum, altiori adhuc voce repetit.




Deſcẽdat in hãc plenitudinem



fontis:virtus ſpiritus ſancti.

Et deinde ſufflans ter in aquam, proſequitur.



Totãq; huius aquę ſubſtãtiã,



regenerandi fecũdet effectu.

Hic tollitur cereus de aqua, & proſequitur.



Hic omniũ peccatorum ma-



culę deleantur:hic natura ad




imaginẽ tuã condita:& ad ho-





norẽ ſui reformata principij:



cũctis vetuſtatis ſqualoribus



emundetur:vt omnis homo,



ſacramẽtũ hoc regeneratio-



nis ingreſſus:in verę innocen



tię nouam infantiã renaſcatur.

Sequentia dicit legendo.

Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſeculum per ignem. ℟. Amen.

¶ Deinde per aſſiſtentes ſacerdote ſpargitur de ipſa aqua bñdicta ſuper populũ. Et interim vnus ex miniſtris eccleſię accipit in vaſe aliquo de eadem aqua, ad aſpergendum in domibus, & alijs locis. His peractis ſacerdos q benedixit fontẽ, infundit de oleo catechumenorũ in aquam in modum crucis, intelligibili voce dicens.

Sanctificetur & fęcundetur fons iſte oleo ſalutis, renaſcentibus ex eo, in vitam ęternam. ℟. Amen.

Deinde infundit de chriſmate, modo quo ſupra, dicens,


Infuſio Chriſmatis Domini noſtri Jeſu Chriſti, ⁊ ſpiritus ſancti paracliti, fiat in nomine ſanctę Trinitatis. ℟. Amen.

¶ Poſtea accipit ambas ampullas dicti olei ſancti ⁊ Chriſmatis, ⁊ de vtroq; ſimul in modum Crucis infundendo dicit

Commiſtio chriſmatis ſanctificationis, ⁊ olei vnctionis, ⁊ aquę baptiſmatis, pariter fiat, in nomine pa✠tris, ⁊ fi✠lij, ⁊ ſpiritus✠ ſancti. ℟. Amen.

¶ Tunc miſcet ipſum oleum cum aqua, ⁊ ſpargit cum manu ſua per omnem fontem.

¶ Si aderunt baptizãdi, eos baptizat, more conſueto. Deinde dicuntur litanię. Poſtea rediens, pręparat ſe pro Miſſa ſolenniter celebranda. Ubi vero non ſunt fontes baptiſmales, finita vltima Prophetia cum ſua oratione, Celebrans caſula depoſita, cũ miniſtris ante altare procũbit: ⁊ alijs omnibus genuflexis, cantantur Litanię in medio chori a duobus cantoribus, vtroque Choro idem ſimul reſpondente. Circa finem Litaniarum Sacerdos, ⁊ miniſtri induuntur paramentis albi coloris: ⁊ interim accenduntur luminaria in altari. In fine Litaniarum cantantur ſolenniter Kyrie eleiſon. ⁊ repetuntur vt in Miſſa moris eſt.



Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon.



Kyrie eleiſon. Chriſte au




di nos. Chriſte exaudi nos.



Pater de celis, Deus: miſerere




nobis. Fili redemptor mun



di Deus miſerere nobis.




Spiritus ſancte Deus miſere



re nobis. Sancta Trinitas



vnus Deus: miſerere nobis.




Sancta Maria: ora pro nobis.
Sancta Dei genitrix, ora
Sancta virgo virginum ora.
Sancte Michael ora.
Sancte Gabriel ora.
Sancte Raphael ora.
Omnes ſancti angeli, ⁊ archangeli, orate pro nobis.
Omnes ſancti beatorũ ſpirituũ ordines

oꝛdines, oꝛate pꝛo nobis.
Sancte Johãnes Baptiſta oꝛa.
Omnes ſancti Patriarche, ⁊ pꝛo
phete, oꝛate pꝛo nobis.
Sancte Petre oꝛa.
Sancte Paule oꝛa.
Sancte Johannes oꝛa.
Omnes ſancti apoſtoli ⁊ euange
liſte. oꝛate pꝛo nobis.
Omnes ſancti diſcipuli dñi, oꝛate
Sancte Stephane oꝛa.
Sancte Laurenti oꝛa.
Sancte Uincenti oꝛa.
Oẽs ſci martyres, oꝛate ꝓ nobis.
Sancte Sylueſter oꝛa.
Sancte Gregoꝛi oꝛa.
Sancte Auguſtine oꝛa.
Oẽs ſcti põtifices, ⁊ ꝯfeſſo. oꝛate
Omnes ſancti Doctoꝛes, oꝛate.
Sancte Benedicte oꝛa.
Sancte Dominice oꝛa.
Sancte Franciſce oꝛa.
Oẽs ſci ſacerdotes, ⁊ leuite, oꝛate.
Oẽs ſancti Monachi, ⁊ eremi
te, oꝛate pꝛo nobis.
Sãcta Maria Magdalena oꝛa.
Sancta Agnes oꝛa.
Sancta Anaſtaſia oꝛa.
Oẽs ſcẽ virgines, ⁊ vidue, oꝛate.
Omnes ſancti, ⁊ ſancte Dei, inter
cedite pꝛo nobis.



Pꝛopiti⁹ eſto: parce nobis dñe.



Pꝛopitius eſto: exaudi nos dñe.
Ab omni malo, libera nos dñe.
Ab omni peccato, libera nos dñe.



A moꝛte ppetua, libera nos dñe.
Per myſterium ſancte incarnatio
nis tue libera nos domine.
Per aduentum tuum, libera.
Per natiuitatem tuam, libera.
Per baptiſmum ⁊ ſanctum ieiu
nium tuum, libera.
Per crucẽ ⁊ paſſionẽ tuã, libera.
Per moꝛtẽ ⁊ ſepulturã tuã, libe.
Per ſcãm reſurrectionẽ tuã, libe.
Per admirabilẽ aſcẽſionẽ tuã, lib.
Per aduẽtũ ſpũs ſci paracliti, lib.
In die iudicij, lib. nos domine.



Peccatoꝛes, te rogam⁹ audi nos.




Ut nobis pcas: te rogam⁹ audi n.
Ut eccleſiam tuã ſanctã regere,
⁊ conſeruare digneris, te rog.
Ut dõnũ apoſtolicũ, ⁊ oẽs eccle
ſiaſticos oꝛdines i ſancta religio
ne cõſeruare digneris, te roga.
Ut inimicos ſancte Eccleſie hu
miliare digneris, te rog.
Ut regibus ⁊ pꝛincipib⁹ chꝛiſtia
nis, pacem ⁊ veram concoꝛdiã
donare digneris, te rogamus.
Ut noſmetipſos in tuo ſancto ſer
uitio confoꝛtare, ⁊ conſeruare
digneris. te rogamus.
Ut oĩbus benefactoꝛibus nr̃is, ſẽ
piterna bona retribuas: te rog.
Ut fructus terre dare, ⁊ cõſerua
re digneris. te rogamus.
Ut omnibus fidelib⁹ defunctis,
requiem eternã donare digne
ris: te rogamus.

Ut nos exaudire digneris: te rog.



Agnus Dei, q̃ tollis peccata



mundi: parce nobis domine.

Agnus Dei q̃ tollis peccata mū/ di exaudi nos domine.

Agnꝰ Dei qui tollis peccata mū/ di, miſerere nobis.

Chꝛiſte audi nos. Chꝛiſte exaudi nos.

Hic cātatores pro Miſſa ſolēniter incipiūt.

Kyrie eleiſon. Chꝛiſte eleiſō. Kyrie elei. ter ſingula repetunt.

Interim ſacerdos cū miniſtris in paramentis albis, accedit ad altare, ⁊ facit cōfeſſionem, vt moris eſt in loco conſueto: deinde aſcendens oſculatur altare, incenſat more ſolito, ⁊ finitis a choro Kyrie eleiſon. incipit ſolenniter.



Gloꝛia in excelſis Deo.


Et pulſantur campane. Quo finito dicit Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oꝛemus.

Deus, qui hanc ſacratiſſimā noctem gloꝛia Dñice reſurrectionis illuſtras: cōſerua, in noua familie tue pꝛogenie, adoptionis ſpiritum, quem dediſti: vt coꝛpoꝛe ⁊ mente renouati, purā tibi exhibeant ſeruitutem. Per eundē dominum noſtrum Jeſum Chꝛiſtū filium tuum, qui tecum viuit, ⁊ regnat in vnitate eiuſdem ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſe.

Lcō ep̄le b. Pauli ap̄li ad Coloſſ.

Fratres. Si cōſurrexiſtis cū Chꝛiſto: que ſurſum ſunt que- ca. 3
rite, vbi Chꝛiſtꝰ eſt in dextera Dei ſedens. Que ſurſum ſunt ſapite: non que ſuper terram. Moꝛtui enim eſtis: ⁊ vita veſtra abſcondita eſt cum Chꝛiſto in Deo. Cum autem Chꝛiſtus apparuerit vita veſtra: tunc ⁊ vos apparebitis cū ipſo in gloꝛia.

Finita epiſtola, celebrans incipit.



Al le lu iah.

Et totum decantat ter, eleuando vocem gradatim: ⁊ Choꝛus poſt quamlibet vicem, in eadem voce repetit illud idem. Poſtea choꝛꝰ pſequit̃ ℣. Cōfitemini dn̄o, qm̄ bonus: qm̄ in ſeculū miſericoꝛdia eius.

Deinde dr̄ Tractꝰ. Laudate dn̄m oēs Ps. 116
gentes, ⁊ collaudate eum omnes populi. ℣. Qm̄ confirmata eſt ſuper nos miſericoꝛdia eius, ⁊ veritas domini manet in eternū.

Ad euangelium non poꝛtatur luminaria: ſed tātum incenſum, ⁊ petit̃ benedictio.

Sequētia ſcti euāg. ſm Mattheū.

Veſpere autem ſabbathi, que ca. 28.
luceſcit i pꝛima ſabbathi: Venit Maria Magdalene, ⁊ altera Maria, videre ſepulcrū. Et ecce, terremotus factus eſt magnꝰ. Angelus enim domini deſcendit de celo: ⁊ accedens, reuoluit lapidē, ⁊ ſedebat ſuper eū. Erat autē aſpectus eius, ſicut fulgur: ⁊ veſtimentū eius ſicut nix. Pꝛe timoꝛe autē eius exterriti ſunt cuſtodes, ⁊ facti ſunt velut moꝛtui. Reſpōdēs autē angelus, dixit mulieribꝰ. Nolite timere

mere vos: Scio enĩ q̄ Jeſum, qui crucifixus eſt, queritis. Nõ eſt hic. Surrexit enim, ſicut dixit. Venite. ⁊ videte locũ, vbi poſit⁹ erat dñs. Et cito eũtes, dicite diſcipulis ei⁹, quia ſurrexit. Et ecce p̄cedet vos in Galileã. Ibi eũ videbitis. Ecce p̄dixi vobis. Non dicitur Credo. ſed finito Euangelio ſacerdos dicit Dñs vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. poſtea, Oremus. Non dr̄ Offert. Secre.

Suſcipe, dñe, q̄s, preces populi tui, cũ oblationib⁹ hoſtiarũ: vt paſchalibus initiatę myſterijs, ad eternitatis nobis medelam, te operante, proficiãt. Per dominũ.

Prefatio.









moriendo de ſtruxit: ⁊ vitã



reſurgẽdo reparauit. Et ideo



cũ Angelis ⁊ Archãgelis, cũ



Thronis, ⁊ dominatio nibus,



Cũq; omni militia cęleſtis exer-



citus, hymnũ glorię tu ę cani



mus, ſi ne fine dicentes.

Infra actionem.

COmmunicãtes, ⁊ noctem ſa-
cratiſſimã celebrãtes reſurre
ctionis dñi noſtri Jeſu Chri ſecũ
dum carnem, ſed ⁊ memoriam ve-
nerantes in primis glorioſę. ⁊c.

Alia infra actionem.

HAnc igitur oblationẽ ſeruitu-
tis noſtrę, ſed ⁊ cunctę fami-
lię tuę, quam tibi offerimus ab his
quoq; quos regenerare dignatus
es ex aqua ⁊ ſpiritu ſancto, tribuẽs
eis remiſſionẽ omnium peccatorũ,
qs domine, vt placat⁹ accipias. ⁊c.
Sac. Pax dñi ſit ſemper vobiſcum.
ſed pacis oſculũ non datur: nec Agnus
Dei. nec Poſtcommunio dicuntur.

Poſt ſumptionẽ ſacramenti, pro veſpe-
ris in Choro cantat̃ Añ. Halah, hal. hal.
⁊ ps. Laudate dominũ omnes gentes.
cum Gloria patri. in fine: poſt quem re-
petitur eadem Añ. Non dr̃ Capitulũ.
Hymnus, ⁊ Verſus, nõ dñr, ſed ſtatim
ſacerdos ĩ cãtu icipit Añã ad Magnifi.




VEſ pere autem ſabba thi.

Deinde proſequitur chorus. Quę luce
cit ĩ prima ſabbathi, venit Maria Magda-
lenę, ⁊ altera Maria videre ſepulcrũ, halah.
Deinde cantatur Magnificat. cum
Gloria patri ⁊c. in fine. ⁊ repetita Añã,
Sacerdos dicit, Dominus vobiſcum. ℟.
Et cum ſpiritu tuo, Oremus.

SPiritũ nobis, dñe, tuę chari
tatis infunde: vt, quos ſacra-
mẽtis paſchalib⁹ ſatiaſti, tua facias
pietate cõcordes. Per dominũ no
ſtrum Jeſum Chriſtum filiũ tuũ.
Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnita
te eiuſdẽ ſpiritus ſancti De⁹. Per.
Deinde dicit Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Poſtea Diaconus cantat.



I te miſ ſa eſt.



Hale luiah, halelu iah.
℟. Deo gratias. Halelniah, halelniah.

Ordi-

# ORDINARIVM MISSAE.



*Sacerdos cũ ingreditur ad altare, ſignãs ſe ſigno crucis, clara voce dicit.*

IN nomine Patris, ⁊ Filij, ⁊ Spiritus ſancti. Amen.

*Deinde iunctis manibus ante pectus, incipit cum miniſtris Antiphonam.*

Introibo ad altare Dei. *miniſtri ℟.* Ad Deum qui lętificat iuuentutem meam.

*Poſtea alternatim cum miniſtris dicit ſequentem Pſalmum.*

IUdica me Deus, ⁊ diſcerne cauſam meam de gente non ſancta: ab homine iniquo ⁊ doloſo erue me.

Quia tu es Deꝰ fortitudo mea: quare me repuliſti, ⁊ quare triſtis incedo, dum affligit me inimicus?

Emitte lucem tuam, ⁊ veritatem tuam: ipſa me deduxerunt, ⁊ adduxerunt in montem ſanctum tuum, ⁊ in tabernacula tua.

Et introibo ad altare Dei: ad Deum qui lętificat iuuentutem meam.

Confitebor tibi in cithara Deus Deus meus: quare triſtis es anima mea? ⁊ quare conturbas me?

Spera in Deo: quoniam adhuc confitebor illi, ſalutare vultus mei, ⁊ Deus meus.

Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto.

Sicut erat. *Repetit cũ miniſtris. Añam.*

Introibo ad altare Dei. *℟.* Ad Deū q lętificat iuuentutem meã. *Signat ſe dicẽs ℣.* Adiutorium noſtrum in nomine dñi, *℟.* Qui fecit cęlum ⁊ terram. *Deinde iunctis manibꝰ inclinatus facit confeſſionem:*

*In miſſis defunctorū, ⁊ in miſſis a Dominica Paſſionis vſq3 ad ſabbathū ſanctū excluſiue in miſſis de tp̃e omittit̃ pſalmus* Iudica, *cũ* Gloria pa. *⁊ repetitione añę: Sed dicto* In nomine patris. Introibo. *⁊* Adiutorium. *fit confeſſio, vt ſequitur.*

COnfiteor Deo omnipotẽti, beatę Marię ſemp virgini, beato Michaeli archãgelo, beato Johãni Baptiſtę, ſanctis apoſtolis Petro, ⁊ Paulo, ⁊ omnibus ſanctis, ⁊ vobis fratres: quia peccaui nimis cogitatione, verbo, ⁊ opere, *percutit ſibi pectus, dicens:* mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatam Mariã ſemper virginem, beatum Michaelẽ archãgelum, beatum Johãnẽ Baptiſtã, ſanctos apoſtolos Petrũ ⁊ Paulũ, beatum *N.* ⁊ omnes ſanctos, ⁊ vos fratres, orare pro me ad dominum Deum noſtrum.

*Miniſtri reſpondent.*

MIſereatur tui omnipotens Deus ⁊ dimiſſis omnibus peccatis tuis, perducat te ad vitam ęternam.

*Sacerdos dicit,* Amen. *Deinde miniſtri repetunt Confeſſionem: ⁊ vbi à ſacerdote dicebat.* Vobis fratres, *⁊* Vos fratres, *à miniſtris dr̃,* Tibi pater, *⁊* Te pater. *Poſtea ſacerdos iũctis manibus*

nibus facit abſolutionem, dicens

Miſereatur veſtri omnipotēs Deus: ⁊ dimiſſis omnibus peccatis veſtris, perducat vos in vitam ęternam. ℟. Amen.

Signat ſe ſigno Crucis, dicens.

Indulgentiam, abſolutionem, ⁊ remiſſionem omnium peccatoꝛum noſtroꝛuꝫ, tribuat nobis omnipotens, ⁊ miſericoꝛs dominus. ℟. Amen.

Inclinans proſequitur ℣.

Deus tu conuerſus viuificabis nos.
℟. Et plebs tua lętabitur in te.
℣. Oſtende nobis dñe miſericoꝛdiā tuā.
℟. Et ſalutare tuum da nobis.
℣. Domine exaudi oꝛationem meam.
℟. Et clamoꝛ meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Aſcendens ad altare dicit Oꝛemus.

Aufer a nobis, quęſumus domine, cunctas iniquitates noſtras: vt ad ſancta ſanctoꝛū, puris mereamur mētibuſ introire. Per Chꝛiſtū dominum noſtruꝫ. Amen

Manibus iunctis ſuper altare, inclinatus dicit.

Oramus te domine per merita ſanctoꝛum tuoꝛum, oſculatur altare dicens, quoꝛum reliquię hic ſunt, ⁊ omnium ſanctoꝛum: vt indulgere digneris omnia peccata mea. Amen.

In Miſſa ſolenni, celebrans antequam legat introitū, benedicit incenſum, dicens,

Ab illo bene✠dicaris, in cuius honoꝛe cremaberis. Amen.


Et accepto thuribulo à Diacono incenſat altare, dicens, Dirigatur domine oꝛatio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo: eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum. Pone, domine, cuſtodiā oꝛi meo, ⁊ oſtiuꝫ circunſtantię labijs meis: vt non declinet coꝛ meum in verba malitię, ad excuſandas excuſationes in peccatis.

Deinde Diaconus recepto thuribulo à celebrante incenſet illum tantum: Poſtea celebrans ſignans ſe ſigno crucis, incipit Introitum. quo finito, iunctis manibus alternatim cum miniſtris dicit.

Kyrie eleiſon, Kyrie eleiſon, Kyrie eleiſon. Chꝛiſte eleiſon, Chꝛiſte eleiſon, Chꝛiſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Kyrie eleiſon. Kyrie eleiſon.


Poſtea ad medium altaris extendēs ⁊ iungens manus, capiteq́ aliquantulū inclinans, dicit, ſi dicendū eſt, Gloꝛia in excelſis Deo. ⁊ ꝓſequitur iūctis manib⁹. Cū dicit, Adoꝛam⁹ te. ⁊ Ieſu Chꝛe, ⁊ Suſcipe deprecationem, inclinat caput ⁊ in fine dicens Cum ſancto ſpiritu. ſignat ſe.

In omnibus feſtiuitatibus beatiſſimę virginis Marię, ⁊ in Sabbathis.



Glo ꝛi a in excelſis De o.

In duplicibus maioꝛibus.



Glo ria in excelſis De o.

In duplicibus minoꝛibus.



Glo ꝛi a in excelſis De o.

In

In ſolennitatibus Angelorum.



Glo ria in excelſis De o.

In dominicis, ⁊ in Semiduplicibus, ⁊ infra octauas.



Glo ri a in excelſis De o.

In feſtis Simplicibus.



Glo ria in excelſis De o.

In diebus ferialibus.



Gloria in excelſis Deo.

Gloria in excelſis Deo. Et in terra pax hominibus bonę voluntatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoramus te. Glorificamus te. Gratias agimus tibi propter magnam gloriã tuam. Domine Deus, rex cęleſtis, Deus pater omnipotens. Domine fili vnigenite Ieſu Chriſte. Domine Deus, agnus Dei, filius patris. Qui tollis peccata mundi: miſerere nobis. Qui tollis peccata mundi, ſuſcipe deprecationem noſtram. Qui ſedes ad dexteram patris, miſerere nobis. Quoniam tu ſolus ſanctus. Tu ſolus dominus. Tu ſolus altiſſimus Ieſu Chriſte. Cum ſancto ſpiritu, in gloria Dei patris. Amé. Sic dicitur Gloria in excelſis Deo, etiam in miſſis beatę Marię. Deinde oſculatur altare in medio, ⁊ verſus populum dicit. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. poſtea dicit. Oremus. Deinde Orationes, vnam aut plures: ſequitur Epiſtola. Graduale. Alleluiah. vel Tractus. Sequentia, vt tempus poſtulat.

¶ His finitis, ſi eſt miſſa ſolennis, Diaconus deponit librũ euangeliorum ſuper altare, ⁊ bñdicto incenſo, vt ſupra genuflexus manibus iunctis ante mediũ altaris dicit.

Munda cor meum ac labia mea omnipotés Deus: qui labia Iſaię prophetę calculo mundaſti ignito: ita me tua grata miſeratione dignare mundare, vt ſanctum euangelium tuum digne valeam nunciare. Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen.

Deinde accipit librum, ⁊ rurſus genuflexus petit benedictionem a ſacerdote dicẽs.

Iube domne benedicere.

Sacerdos reſpondet.

Dominus ſit in corde tuo, ⁊ in labijs tuis: vt digne ⁊ cõpetenter annuncies euãgelium ſuum: in nomine patris, ⁊ filij, ✠ ⁊ ſpiritus ſancti. Amen.

Deinde accepta benedictione oſculatur manum ſacerdotis, ⁊ cum alijs miniſtris, incenſo, ⁊ luminaribus, accedens ad locum euangelij, ſtans iunctis manibus dicit ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cũ ſpiritu tuo. Pronuncians Sequentia ſancti euangelij ſecundum N. pollice dextrę manus ſignat librum euangelij, deinde frontem, labia, ⁊ pectus, ⁊ dũ miniſtri reſpondent. Gloria tibi domine. incenſat ter librum, poſtea dicit euãgelium iunctis manibus.

Quo finito, Subdiaconus defert librum ſacerdoti, qui oſculatur euangelium dicēs, Per euangelica dicta deleantur noſtra delicta. deinde à Diacono Sacerdos incenſatur.

¶ Si vero Sacerdos ſine Diacono, ⁊ ſubdiacono celebrat, delato libro ad aliud coꝛnu altaris, ſtans ad medium altaris iunctis manibus inclinatus dicit.

Munda coꝛ meum. ⁊c. ⁊ Jube domne benedicere. vt ſupꝛa. ⁊ Dominus ſit in coꝛde meo, ⁊ in labijs meis: vt digne ⁊ competenter annunciem euangelium ſuum, Jn nomine patris, ⁊ filij, ✠ ⁊ ſpiritus ſancti. Amen.

Deinde ad librum conuerſus, iunctis manibus dicit ℣. Dominus vobiſcū. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Jnitium, ſiue Sequentia ſancti euangelij ſecundum N. ſignat ſe, ⁊ legit euangelium, vt dictum eſt.

Quo finito reſpondent miniſtri. Laus tibi Chꝛiſte. ⁊ Sacerdos oſculatur euangelium, vt ſupꝛa.

¶ Jn Miſſis Defunctoꝛum dicit Munda coꝛ meum. ſed nō petit benedictio, non deferunt luminaria, nec oſculat liber.

¶ Deinde ad medium altaris extendens, ⁊ iungens manus, dicit, ſi dicendum eſt, Credo in vnum Deum. ⁊ pꝛoſequitur iunctis manibus. Quando autem ventum eſt ad illud. Et incarnatus eſt, genuflectit vſque dum dicitur, Crucifixus etiam pꝛo nobis. Jn fine ad Et vitam venturi. ſignat ſe ſigno ✠.

Jn feſtis Duplicibus.



Credo in vnum De um.

Jn Dominicis diebus, ⁊ infra Octauas.



Credo in vnum Deum.

Patrem omnipotentem, factoꝛem cęli ⁊ terrę, viſibilium omnium, ⁊ inuiſibilium. Et in vnum dominū Jeſum Chꝛiſtum: filium Dei vnigenitum. Et ex patre natum ante omnia ſęcula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum, non factum, conſubſtantialem patri: per quē omnia facta ſunt. Qui ꝓpter nos homines, ⁊ pꝛopter noſtrā ſalutē deſcendit de cęlis. Et incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria virgine. Et homo factus eſt. Crucifixus etiā pꝛo nobis: ſub Pōtio Pilato paſſus ⁊ ſepultus eſt. Et reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas. Et aſcēdit in cęlum: ſedet ad dexteram patris. Et iterum venturus eſt cum gloꝛia iudicare viuos, ⁊ moꝛtuos: cuius regni non erit finis. Et in ſpiritum ſanctum dominū, ⁊ viuificantem, qui ex patre, filioqúe pꝛocedit. Qui cum patre, ⁊ filio, ſimul adoꝛatur, ⁊ congloꝛificatur: qui locutus eſt per pꝛophetas. Et vnam ſanctam catholicā, ⁊ apoſtolicam Eccleſiam. Confiteoꝛ vnum baptiſma in remiſſionem peccatoꝛū. Et expecto reſurrectionem ✝ moꝛtuoꝛum. Et vitam venturi ſęculi. Amen.

Hic genuflectit. (margin note)

¶ Deinde oſculatur altare, ⁊ verſus ad populum

+ antiquiſſimum eſſe morem in eccleſia, ut ad hanc partem verti eſſet, ſignandi frontem cruce, conſtat è Ruffino, libro; invectivarum in Beatum Hieronymum

pulum dicit ℣. Dominus vobiſcū. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Poſtea dicit Oremus. ꝛ Offertoriū. Quod dicto, ſi eſt Miſſa ſolennis, Diaconus porrigit celebranti patenam cum hoſtia: ſi priuata, ſacerdos ipſe accipit patenam cum hoſtia, quam offerens dicit.

Suſcipe, ſancte pater omnipotens, eterne Deus, hanc immaculatā hoſtiā: quā ego indign⁹ famulus tu⁹ offero tibi Deo meo viuo ꝛ vero, pꝛo innumerabilibus peccatis ꝛ offenſionibus ꝛ negligentijs meis, ꝛ pꝛo omnibus circunſtantibus, ſed ꝛ pꝛo omnibus fidelibus Chriſtianis, viuis atq; defunctis: vt mihi ꝛ illis pꝛoficiat ad ſalutem in vitam eternā. Amē.

Deinde repoſita hoſtia ſuper coꝛpoꝛale, miniſtrat diaconus vinum, ſubdiaconus aquam in calice: vel, ſi priuata eſt miſſa, vtrunq; infundit ſacerdos: ꝛ aquam miſcendam in Calice benedicit, dicens.

Deus qui humane ſubſtantie dignitatem mirabiliter condidiſti, ꝛ mirabilius refoꝛmaſti, da nobis per huius aque ꝛ vini myſterium, eius diuinitatis eſſe confoꝛtes, qui humanitatis noſtre fieri dignatus eſt particeps, Jeſus Chꝛiſtus filius tuus dominus noſter. Qui tecum viuit ꝛ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculoꝛum. Amen.

In miſſis pꝛo defunctis dicitur pꝛedicta oꝛatio: ſed aqua non benedicitur.

Accipiens Calicem offert dicens.

Offerimus tibi domine Calicem ſalutaris, tuam depꝛecantes clementiā: vt in conſpectu diuine maieſtatis tue, pꝛo noſtra ꝛ totius mūdi ſalute cum odoꝛe ſuauitatis aſcendat. Amen.

Deinde poſito Calice ſuper coꝛpoꝛale, ꝛ palla coperto, iunctis manibus aliquantulum inclinatus dicit.

In ſpiritu humilitatis, ꝛ i animo cōtrito ſuſcipiamur a te domine: ꝛ ſic fiat ſacrificiū noſtrū in conſpectu tuo hodie, vt placeat tibi domine Deus.

Erectus expandit manus, eaſque in altum poꝛrectas iungens, eleuatis ad celum oculis, ꝛ ſtatim demiſſis, dicit.

Veni ſanctificatoꝛ, omnipotēs, eterne De⁹: benedicit oblata: pꝛoſequēdo: ꝛ bene✠dic hoc ſacrificiū tuo ſancto nomini pꝛeparatum.

Poſtea, ſi ſolenniter celebꝛat, benedicit incenſum, dicens.

Per interceſſionem beati Michaelis archangeli, ſtantis a dextris altaris incenſi, ꝛ omniū electoꝛū ſuoꝛū, incenſum iſtud dignetur dominus bene✠dicere, ꝛ in odoꝛem ſuauitatis accipere. Per Chꝛiſtum dominū noſtrum. Amē.

Et accepto thuribulo a Diacono incenſat oblata dicens.

Incēſum iſtud a te benedictū, aſcendat ad te domine: ꝛ deſcēdat ſuper nos miſericoꝛdia tua.

Deinde incenſat altare, dicens.

Dirigat domine oꝛatio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo: eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum. Pone domine cuſtodiam oꝛi meo, ꝛ oſtium circunſtantie labijs meis: vt non declinet coꝛ meum in verba malitie, ad excuſandas excuſationes in peccatis.

Dum

Dum reddit thuribulum diacono, dicit.

Accendat in nobis dominus ignem ſui amoris, ⁊ flammã ęternę charitatis. Amen.

Poſtea incenſatur ſacerdos a Diacono, deinde alij per ordinem.

Interim ſacerdos lauat manus, dicens.

Lauabo inter innocentes manus meas: ⁊ circundabo altare tuum domine.

Ut audiam vocem laudis: ⁊ enarrem vniuerſa mirabilia tua.

Domine dilexi decorem domus tuę, ⁊ locum habitationis glorię tuę.

Ne perdas cum impijs animam meam: ⁊ cum viris ſanguinum vitam meam.

In quorum manibus iniquitates ſunt: dextera eorum repleta eſt muneribus.

Ego autem in innocentia mea ingreſſus ſum: redime me, ⁊ miſerere mei.

Pes meus ſtetit in directo: in eccleſijs benedicam te domine.

Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto.

Sicut erat in principio, ⁊ nunc, ⁊ ſemper, ⁊ in ſecula ſeculorum, Amen.

¶ In miſſis pro defunctis, ⁊ tẽpore Paſſionis in Miſſis de Tempore omittitur Gloria patri.

Deinde ad medium altaris, ⁊ aliquantulum inclinatus iunctis manibus, dicit.

Suſcipe, ſancta Trinitas, hãc oblationem, quam tibi offerimus ob memoriam paſſionis, reſurrectionis, ⁊ aſcenſionis Jeſu Chriſti domini noſtri: ⁊ in honore beatę Marię ſemper virginis, ⁊ beati Johãnis Baptiſtę, ⁊ ſanctorum apoſtolorum Petri, ⁊ Pauli, ⁊ iſtorum, ⁊ omnium ſanctorũ: vt illis proficiat ad honorem, nobis autem ad ſalutẽ: ⁊ illi pro nobis intercedere dignentur in cęlis, quorum memoriam ágimus in terris. Per eundem Chriſtum dominum noſtrum. ℞. Amen.

Poſtea oſculatur altare: ⁊ verſus ad populum dicit.

Orate, fratres: vt meum ac veſtrum ſacrificium, acceptabile fiat apud Deum patrem omnipotentem.

Circunſtantes reſpondent: alioquin ipſemet Sacerdos.

Suſcipiat dominus ſacrificiũ de manibus tuis *vel meis*, ad laudem ⁊ gloriam nominis ſui: ad vtilitatem quoq; noſtrã, totiusq; eccleſię ſuę ſanctę. ℞. Amen.

¶ Deinde manibus extenſis abſolute ſub iungit orationes ſecretas. Quibus dictis, dum peruentum fuerit ad concluſionem, clara voce dicit.

Per omnia ſecula ſeculorum, cum Prefatione, vt in ſequentibus.

Prefatio incipitur ambabus manibus poſitis hinc inde ſuper altare: quas aliquãtulũ eleuat, cum dicit, Surſum corda. Jungit manus ⁊ caput inclinat, cum dicit: Gratias agamus domino Deo noſtro.

Deinde diſiungit manus, ⁊ diſiunctas tenet vſq; ad finem Prefationis, ⁊ iterum iungit cum dicit

Sanctus, ⁊c.

Sequēs Pręfatio cum ſuo cantu dicitur à Natiuit. Dñi, vſqz ad Epiphaniam.
Et in Purificatione btē Marię virgin.
Et in feſto Corporis Chriſti, ⁊ per octa.
Et in Transfiguratione Domini.



Per omnia ſęcula ſęculorum.

℟. Amen. ℣. Dñs vobiſcum.

℟. Et cū ſpiritu tuo. ℣. Surſum corda. ℟. Habemus ad dominū. ℣. Gratias agamus domino Deo noſtro.

℟. Dignum ⁊ iuſtum eſt.

Vere dignum ⁊ iuſtum eſt, ę quū ⁊ ſalutare. Nos tibi ſemper ⁊ vbiqz gratias agere. Domine ſancte: Pater omnipotens: ęterne Deus.

Quia per incarnati verbi myſteriū noua mētis noſtrę oculis lux tu ę claritatis infulſit. Ut dum viſibiliter Deum cognoſci

gnoſcimus, p hunc in inui ſi‑

bilium amorem rapia mur.

Et ideo cũ angelis ⁊ archãge

lis, cũ thronis, ⁊ dñationibus.

Cũq; omni militia cęleſtis exer

cit⁹, hymnum glorię tu ę ca‑

nimus, ſine fi ne dicentes.

Infra actionem.

Communicantes ⁊ (noctẽ ſacratiſſimam) vel (diem ſacratiſſimum) celebrantes: (qua) vel (quo) beatę Marię intemerata virginitas, huic mũdo edidit Saluatorem, Sed ⁊ memoriam venerantes: in primis eiuſdẽ glorioſę ſemperq; virginis Marię genitricis eiuſdem Dei ⁊ domini noſtri Jeſu Chriſti. Sed ⁊ beatorum Apoſtolorum Petri, ⁊ Pauli. ⁊c.

In prima miſſa duntaxat, dr̃ noctem ſacratiſſimam, deinde ſemper dicitur diẽ ſacratiſſimum, vſque ad octauam Natiuitatis Domini incluſiue, ⁊ non vltra.

¶ Sequẽs Præfatio cum ſuo cantu dñ in Epiphania Domini, ⁊ per octauam.

Per omnia ſecula ſęcu‑

lorũ. ℣. Dominus vobiſcum.

℣. Surſum corda. ℟. Gratias

agamus domino Deo noſtro.

Vere dignum ⁊ iuſtum eſt,

ę quum ⁊ ſalutare. Nos tibi

ſemper ⁊ v bique gratias

agere. Domine ſancte: Pater

omnipotens: ęterne Deus.

Quia

Quia cum vnigenitus tuus in ſubſtãtia noſtrę moꝛtalitatis apparuit, noua nos immoꝛtalitatis ſu ę luce re parauit.

Et ideo cũ angelis ⁊ archangelis, cum Thꝛonis ⁊ dominationibus. Cumque omni militia cęleſtis exercitus, hymnum gloꝛię tu ę canimus, ſine fi ne dicentes.

M. N. R.

### Infra actionem.

Communicantes, ⁊ diem ſacratiſſimũ celebꝛantes: quo vnigenitus tuus, in tua tecum glorio coęternus, in veritate carnis noſtrę, viſibiliter coꝛpoꝛalis apparuit. Sed ⁊ memoꝛiam venerantes: in pꝛimis eiuſdẽ glorioſę ſemperq; virginis Marię genitricis eiuſdem Dei ⁊ domini noſtri Jeſu Chꝛiſti. Sed ⁊ beatoꝛum Apoſtoloꝛum Petri, ⁊ Pauli, ⁊c.

Et dicitur per totam Octauam.

¶ Sequens Pꝛęfatio cum ſuo cantu dicitur in Dominicis, ⁊ in feſtis Duplicib' ⁊ Semiduplicib. Quadrag. vſq; ad Dñicã Paſſionis, niſi in feſtis ꝓpꝛia aſſignetur.

Per omnia ſęcula ſęculoꝛũ. ℟. Dominus vobiſcum.

℟. Surſum coꝛda. ℟. Gratias agamus domino Deo noſtro.

Vere dignum ⁊ iuſtum eſt, ę quum ⁊ ſalutare. Nos tibi ſemper

ſemper ⁊ v bique gratias

agere. Domine ſancte: Pater

omnipotens: ęterne Deus.

Qui coꝛpoꝛali ieiunio vitia

cópꝛimis, mentem e leuas,

virtutem largiris ⁊ pꝛęmia,

per Chꝛiſtum dominū noſtrū.

Per quem maieſtatē tuam

laudát angeli: adoꝛát domina

ti o nes: tremūt poteſtates.

Cęli cęloꝛūq; virtutes: ac bea

ta Seraphim: ſo cia exulta-

tio ne cócelebꝛant. Cū qui-

bus ⁊ noſtras voces: vt admit

ti iubeas de pꝛecamur: ſup-

plici confeſſio ne dicentes.

¶ Sequens Pꝛefatio cum ſuo cantu dicitur in diebus Ferialibus Quadrageſime à quarta feria Cinerum vſque ad Sabbathum ante Dñicam Paſſionis incluſiue.

Per omnia ſecula ſecu-

loꝛū. ℟. Dominus vobiſcum.

℟. Surſum coꝛda. ℟. Gratias

agamus


agamus domino Deo noſtro.
Vere dignum ꝛ iuſtum eſt,
ę quum ꝛ ſalutare. Nos tibi
ſemper ꝛ vbiqꝫ gratias agere:
Domine ſancte: pater omni-
potens ęterne Deus.
Qui corporali ie iu ni o vi-
ti a comprimis: mentem ele-
uas: virtutem largiris ꝛ prę-
mia: per Chriſtum dominum
M.N. R.
noſtrum. Per quem maieſta-
tem tuam laudant angeli: ado-
rant dominationes: tremunt
poteſtates. Cęli cęlorumque
virtutes ac beata Seraphim:
ſo ci a exultatione con ce le-
brant. Cum quibus ꝛ noſtras
voces: vt admitti iubeas de-
precamur: ſupplici confeſſio-
ne dicentes.

¶ Sequens Prefatio cū ſuo cantu dr̄ in Dñica Paſſionis, in Dñica Palmarum; in Feria v. in Cena Dñi, ⁊ in feſtis Duplicibus ⁊ Semidupli. eo tpe occurrentibus niſi in feſtis ppria aſſignetur. Et in ſolennitatibus ſancte Crucis.

Per omnia ſecula ſeculorū. ℣. Dominus vobiſcum.
℟. Surſum corda. ℣. Gratias agamus domino Deo noſtro.
Vere dignum ⁊ iuſtum eſt, equum ⁊ ſalutare. Nos tibi ſemper ⁊ vbique gratias agere. Domine ſancte: Pater omnipotens eterne Deus.

Qui ſalutem humani generis: in ligno Crucis conſtituiſti: vt vnde mors oriebatur: inde vita reſurgeret. Et q in ligno vincebat: in ligno quoq; vinceret̄, p Chriſtū dominum noſtrū. Per quē maieſtatē tuā laudāt angeli: adorāt dominationes: tremunt poteſtates. Celi celorūq; virtutes: ac beata

ta

ta Seraphim: ſo cia exulta-
tió ne cócelebrant. Cũ qui-
bus ⁊ noſtras voces: vt admit-
ti iubeas deprecamur: ſuppli-
ci confeſſione dicentes.

¶ Sequens Præfatio cũ ſuo cantu dr̃ in dieb⁹ Ferialib⁹, a Dñica Paſſionis, vſque ad Feriam quintam in Cena Domini. Et in miſſis votiuis ſanctæ Crucis.

PEr omnia ſecula ſecu-
lorũ. ℣. Dominus vobiſcum.
℟. Surſum corda. ℣. Gratias
agamus domino Deo noſtro.
M.N.R.

VEre dignũ ⁊ iuſtũ eſt, æquum
⁊ ſalutare. Nos tibi ſemper ⁊
vbiq; gratias agere: Dñe ſcẽ:
pater omnipotẽs æterne De⁹.
Qui ſalutem humani generis:
in ligno Crucis cõſtitu iſti: vt
vnde mors oriebat: inde vita
reſurgeret. Et q in ligno vince
bat: in ligno quoq; vinceret,
p Chr̃m dñm noſtrũ. Per quẽ

maieſtatē tuā laudant angeli:
adorant dñationes: tremunt
poteſtates. Celi celoꝛumque
virtutes ac beata Seraphim:
ſo ci a exultatione con ce le-
brant. Cum quibus ⁊ noſtras
voces: vt admitti iubeas de-
pꝛecamur: ſupplici confeſſio-
ne dicentes.


¶ Sequens Pꝛęfatio cum ſuo cantu di-
citur à Uigilia Paſchę vſque ad Octauã:
⁊ in Dominicis vſque ad Aſcenſionem, ⁊
in feſtis Duplicibus ⁊ Semiduplicibus,
eo tempoꝛe occurrentibus, niſi pꝛopria in
feſtis aſſignetur. Et in Miſſa Sabbathi
ſancti dicitur In hac potiſſimum nocte:
in die Paſchę vſque ad Sabbathum in
albis incluſiue dicit In hac potiſſimũ die
deinceps dicitur In hoc potiſſimum.

Per omnia ſecula ſeculo-
rũ. ℟. Amē. ℣. Dñs vobiſcũ.
℟. Et cum ſpiri tu tuo.
℣. Surſum coꝛda. ℟. Habe-
mus ad dominũ. ℣. Gratias
aga m⁹ domino Deo noſtro.
℟. Dignum ⁊ iuſtum eſt.
Vere dignum ⁊ iuſtum eſt,
e quum ⁊ ſaluta re.

Ue




M.N.R.




## Infra actionem.

Communicantes ꝛ diem ſacratiſſimum celebrãtes Reſurrectionis domini noſtri Jeſu Chriſti ſecundum carnem. Sed ꝛ memoriam venerãtes: in primis glorioſę ſemperque virginis Marię, genitricis eiuſdem Dei ꝛ domini noſtri Jeſu Chriſti: ſed ꝛ beatorũ apoſtolorũ Petri ꝛ Pauli. ꝛc.

## Alia infra actionem.

Hanc igiť oblationẽ ſeruitutis noſtrę: ſed ꝛ cunctę familię tuę, quam tibi offerimus, ꝓ his quoq; quos regenerare dignatus es ex aqua ꝛ Spiritu ſancto, tribuens eis remiſſionem omnium peccatorum: quęſumꝰ domine, vt placatus accipias, dieſq; noſtros ꝛc.

Sic dicit a Vigilia Paſchę vſq; ad Sabbathum in albis incluſiue, ꝛ non vltra.

Sequens Pręfatio cū ſuo cantu dicitur in diebus ferialibus ab Octaua Paſche vſq; ad Aſcenſionem Domini. Et in feſtis Simplicib⁹ eo tēpore occurrētibus.






¶ Sequens Prefatio cum ſuo cantu dicitur a die Aſcenſionis, vſque ad Vigiliam Pentecoſtes excluſiue, ⁊ in Feſtis tunc occurrentibus.

PEr omnia ſecula ſecu-
lorū. ℣. Dominus vobiſcum.
℟. Surſum corda. ℣. Gratias
agamus domino Deo noſtro.
Vere dignū ⁊ iuſtum eſt, ęquū
⁊ ſalutare. Nos tibi ſemper ⁊
v biq; gratias agere: Dñe ſcē:
pater omnipotēs: ęterne Deꝰ.
per Chřm dominum noſtrū.

Qui poſt reſurrectionē ſuā: om-
nibꝰ diſcipulis ſuis manifeſtꝰ
apparuit: ⁊ ipſis cernētibꝰ eſt
eleuatꝰ in cęlū, vt nos diuini-
ta tis ſue tribueret eſſe parti-
cipes. Et ideo cū angelis ⁊ ar-
chāgelis, cū Thronis, ⁊ domi-
na ti o nibus. Cumq; om-
ni mi li ti a cę le ſtis exer-
citꝰ, hymnum glorię tu ę ca-
nimus

nimus: ſine fine dicentes.

Infra actionem.

Communicantes ⁊ diem ſacratiſſimum celebrātes: quo dominus noſter vnigenitus filius tuus: vnitam ſibi fragilitatis noſtrę ſubſtantiam, in glorię tuę dextera collocauit. Sed ⁊ memoriam venerantes: in primis glorioſę ſemper que virginis Marię genitricis eiuſdem Dei, ⁊ domini noſtri Jeſu Chriſti: Sed ⁊ beatorum Apoſtolorum Petri ⁊ Pauli. ⁊c.

Et dicitur per totam octauā, ⁊ nō vltra.

¶ Sequens Præfatio cū ſuo cantu dicitur à Vigilia Pentecoſtes vſque ad Sabbathum incluſiue.

Per omnia ſecula ſeculorū. ℟. Dominus vobiſcum.

℣. Surſum corda. ℟. Gratias agamus domino Deo noſtro.

Vere dignū ⁊ iuſtum eſt, ęquū ⁊ ſalutare. Nos tibi ſemper ⁊ vbiq; gratias agere: Dn̄e ſcē: pater omnipotēs: ęterne De⁹. per Chrm̄ dominum noſtrū.

Qui aſcendens ſuper omnes celos: ſedēſq; ad dexterā tuā: promiſſum ſpiritū ſanctū hodierna die in filios adoptionis effudit: Quapropter profuſis gaudijs: tot⁹ in orbe terrarum:

narum: mundus exultat. Sed

ꝛ ſuperne virtutes: atque an

gelice po te ſtates: hymnū

glorie tu e concinunt: ſi ne

ſi ne dicentes.

Infra actionem.

Communicantes ꝛ diem ſacratiſſimum Pentecoſtes celebrantes: quo Spiritus ſanctus Apoſtolis innumeris linguis apparuit. Sed ꝛ memoriam venerantes: in primis glorioſe ſemperque virginis Marie genitricis eiuſdē Dei ꝛ domini noſtri Jeſu Chriſti: ſed ꝛ beatorum apoſtolorum. ꝛc.

Alia infra actionem.

Hanc igit oblationē ſeruitutis noſtre: ſed ꝛ cuncte familie tue, quam tibi offerimus, ꝑ his quoqꝫ quos regenerare dignatus es ex aqua ꝛ Spiritu ſancto, tribuens eis remiſſionem omnium peccatorum: queſumꝰ domine, vt placatus accipias, dieſqꝫ noſtros ꝛc.

Et dicitur vſque ad ſequentem Sabbathum incluſiue.

¶ Sequens Præfatio cū ſuo cantu dicitur in miſſis votiuis de Spiritu ſancto.



Per omnia ſecula ſeculorū. ℣. Dominus vobiſcum.

℟. Surſum corda. ℣. Gratias

agamus domino Deo noſtro.

Vere dignū ꝛ iuſtū eſt, equum

ꝛ ſalutare. Nos tibi ſemper ꝛ

vbiqꝫ gratias agere Dñe ſcē:

pater omnipotēs eterne Deꝰ.

per Chriſtū dominum noſtrū.

Qui aſcendens ſuper omnes

celos

cęlos:ſedẽſqꝫ ad dexterã tuã:

promiſſum ſpiritũ ſanctum in

filios adoptionis effudit:Qua

propter profuſis gaudijs:to

tus in orbe terrarũ:mundus

exultat.Sed ⁊ ſupernę virtu

tes:atqꝫ angelicę poteſtates:

hymnum glo ri ę tu ę conci

nunt:ſine fine dicentes.

¶ Sequens Pręfatio cum ſuo cantu dicitur in feſto ſanctę Trinitatis.

PEr omnia ſecula ſecu

lorũ. ℟. Dominus vobiſcum.

℣. Surſum corda. ℟. Gratias

agamus domino Deo noſtro.

Vere dignũ ⁊ iuſtum eſt, ęquũ

⁊ ſalutare.Nos tibi ſemper ⁊

v biqꝫ gratias agere:Dñe ſcẽ:

pater omnipotẽs:ęterne Deꝰ.

Qui cum vnigenito filio tuo ⁊

ſpiritu ſancto: vnus es Deus

v nus es dñs.Nõ in vnius ſin gulari







¶ Sequens. Prefatio cum ſuo cantu dicitur in miſſis votiuis S. Trinitatis.



ꝛ ſalutare. Nos tibi ſemper ꝛ
vbiqꝫ gratias agere. Dñe ſcẽ:
Pater omnipotẽs ęterne De⁹:
Qui cum vnigenito filio tuo, ꝛ
ſpiritu ſancto: vnus es Deus
vnus es dñs. Nõ in vnius ſin-
gularitate pſonę: ſed in vnius
Trinitate ſubſtantię. Quod
enim de tua gloria reuelante
te credimus: hoc de filio tuo

hoc de ſpiritu ſancto: ſine diſ-
ferentia diſcretionis ſentimus.
Ut in confeſſione verę ſempi-
ternęque Deitatis: ꝛ in perſo-
nis proprietas: ꝛ in eſſentia
vnitas: ꝛ in maieſtate adore-
tur ęqualitas. Quam laudant
Angeli: atqꝫ Archãgeli: Cheru-
bim quoque ac Seraphim,
qui non ceſſant clamare quo-
tidie

tidie vna voce dicentes.

¶ Sequens Pꝛefatio cum ſuo cantu dicitur in feſtis S. Marię, ⁊ per eius Octa. (excepto feſto Purificationis in quo dicitur de Natiuitate,) ⁊ in miſſis votiuis de beata Maria, in quibus dicitur, Et te in veneratione: in feſtis autem dicitur, Et te in Annūciatione, vel Viſitatione, vel Aſſumptione, vel Natiuitate, vel Conceptione, ſecundum denominationem feſti, pꝛeter feſtum ſanctę Marię ad Niues, in quo dicitur, Et te in feſtiuitate.



Per omnia ſecula ſeculoꝝ. ℣. Dominus vobiſcum.

℣. Surſum coꝛda. ℣. Gratias agamus domino Deo noſtro.

Vere dignū ⁊ iuſtū eſt, ęquum ⁊ ſalutare. Nos tibi ſemper ⁊ vbiq; gratias agere: Dñe ſcē: pater omnipotēs: ęterne De⁹.

Et te in (Aſſumptione) beatę Marię ſemper virginis collauda re: benedicere: ⁊ pꝛedica re. Quę ⁊ vnigenitum tuum: ſancti ſpiritus obumbꝛatione conce pit: ⁊ virginitatis gloꝛia permanente lumen ęternum mundo eſ fudit

dit Jeſum Chriſtũ dominum
noſtrũ. Per quẽ maieſtatẽ tuã
laudãt angeli: adorãt domina
ti o nes: tremũt poteſtates.
Celi celorũq; virtutes: ac bea
ta Seraphim: ſo cia exulta
tio ne cõcelebrant. Cũ qui
bus ⁊ noſtras voces: vt admit
ti iubeas de precamur: ſup
plici confeſſio ne dicentes.

Seq. Pręfatio cũ ſuo cãtu dř in ſabbathis cũ agit de btã Maria, ⁊ in ei⁹ miſſis votiuis.



Per omnia ſecula ſecu
lorũ. ℣. Dominus vobiſcum.
℣. Surſum corda. ℣. Gratias
agamus domino Deo noſtro.
Vere dignũ ⁊ iuſtũ eſt, ęquum
⁊ ſalutare. Nos tibi ſemper ⁊
vbiq; gratias agere: Dñe ſcẽ:
pater omnipotẽs: ęterne De⁹.
Et te in veneratione beatę Ma
rię ſemp virginis collaudare, bene

benedicere:⁊ p̄dicare. Quę ⁊
vnigenitū tuū:ſancti ſpiritus
obūbꝛatione ↄcepit:⁊ virgini-
tatis gloꝛia p̄manēte lumē ę-
ternū mūdo effudit, Jeſuꝫ Chꝛi-
ſtū dominū noſtrū. Per queꝫ
maieſtatē tuā laudant angeli:
adorant dn̄ationes: tremunt
poteſtates. Cęli cęloꝛumque
virtutes ac beata Seraphim:
M.R.N.

ſo ci a exultatione conce le-
bꝛant. Cum quibus ⁊ noſtras
voces: vt admitti iubeas de-
pꝛecamur: ſupplici confeſſio-
ne dicentes.


¶ Sequens Pꝛęfatio cū ſuo cantu dicit in feſtis Apoſtoloꝛum ⁊ Euangeliſtarum, ⁊ per Octauas eoꝛum, ⁊ in feſtis infra eas occurrentibus, niſi pꝛopꝛia aſſignetur.



P Er oīa ſęcula ſęcu-
loꝛū. ℟. Dominus vobiſcum.
℣. Surſum coꝛda. ℟. Gratias
agamus domino Deo noſtro.

P cre




¶ Sequẽs Prefatio dr̃ in Miſſis votiuis Aplorum. ⁊ infra Oct. eorundem ad libitum.



Ve re dignum ⁊ iuſtum eſt,

ę quum ⁊ ſalutare.

Te domine ſuppliciter exoꝛa-

re, vt gregem tuũ paſtoꝛ ęter

ne non deſeras, ſed per bea-

tos apoſtolos tuos, continua

pꝛotectione cuſtodias. Ut iiſ-

dem rectoꝛibus gubernetur,

quos operis tui vicarios ei-

dẽ contuliſti pꝛęeſſe paſtoꝛes.

M. N. R.

Et ideo cũ angelis ⁊ archãge-

lis cũ thꝛonis ⁊ dominationi-

bus. Cũq; omni militia cęle-

ſtis exercitus, hymnũ gloꝛię

tuę canimus, ſine fine dicẽtes.

¶ Sequens Pꝛęfatio cum ſuo cantu dicitur in omnibus Feſtis Duplicibus: ⁊ p Octa. eoꝛũ, ⁊ in omnibus Semiduplicibus ⁊ Dominicis diebus, vbi pꝛopꝛia non habetur, ⁊ in Miſſis Defunctoꝛum cum ſolenniter agitur Officium.

Per omnia ſęcula ſęcu-

loꝛũ. ℟. Dominus vobiſcum.

℟. Surſum coꝛda. ℟. Gratias

agamus domino Deo noſtro.


Vere dignũ ⁊ iuſtum eſt, ęquũ
⁊ ſalutare. Nos tibi ſemper ⁊
v biq; gratias agere: Dñe ſcẽ:
pater omnipotẽs: ęterne De⁹.
per Chr̃m dominum noſtrũ.
Per quem maieſtatem tuam
laudãt angeli: adorãt domina-
tiones: tremunt poteſtates.
Celi celorũq; virtutes: ac bea
ta. Seraphim: ſo cia exulta-
tio ne cõcelebrant. Cũ qui-
bus ⁊ noſtras voces: vt admit-
ti iubeas deprecamur: ſuppli-
ci confeſſione dicentes.

¶ Sequens Pręfatio cũ ſuo cantu dici-
tur in feſtis Simplicibus, ⁊ in diebus fe-
rialibus: vbi propria non habetur. Et in
Miſſis Defunctorum.

Per omnia ſecula ſeculo-
rũ. ℟. Amẽ. ℣. Dñs vobiſcũ.
℟. Et cum ſpiri tu tuo.
℣. Surſum corda. ℟. Habe-
mus ad dominũ. ℣. Gratias
agamus






¶ Finita Pꝛęfatione, Sacerdos iunctis ante pectus manibus, ꝛ inclinatus voce mediocri dicit. Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dñs Deus ſabaoth. Pleni ſunt cęli ꝛ terra gloꝛia tua. Hoſanna in excelſis. Et ſignum crucis ſibi pꝛoducens à fronte ad pectus dicit. Benedictus qui venit in nomine domini, Hoſanna in excelſis. Quibus dictis, ſacerdos extendens ꝛ iungens man⁹, eleuãs ad cęlũ oculos, ꝛ ſtatim demittẽs, pꝛofunde inclinatuſq; ante altare, manibus ſup altare poſitis, incipit canonẽ ſecreto dicẽs. Te igiť clementiſſime, ꝛc.

# PRÆFATIONES SINE NOTIS.

PEr omnia ſecula ſeculorū.
℟. Amen.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.
℣. Surſum corda.
℟. Habemus ad dominum.
℣. Gratias agamus domino Deo noſtro.
℟. Dignum ⁊ iuſtum eſt.

Vere dignum ⁊ iuſtum eſt, ęquum ⁊ ſalutare, nos tibi ſemper ⁊ vbique gratias agere, domine ſancte, Pater omnipotens, eterne Deus, per Chriſtum dominū noſtrum.

Per quem maieſtatem tuam laudāt Angeli, adorant dominationes, tremunt poteſtates: Celi celorumque virtutes, ac beata Seraphim ſocia exultatione concelebrant. Cum quibus ⁊ noſtras voces vt admitti iubeas deprecamur: ſupplici confeſſione dicentes.

Sanctus, Sanctus, Sanctus dominus Deus ſabaoth. Pleni ſunt celi ⁊ terra gloria tua Hoſanna in excelſis.

Benedictus qui venit in nomine domini, Hoſanna in excelſis.

Et ideo cum Angelis, ⁊ Archangelis, cum Thronis, ⁊ Dominationibus, cumqꝫ omni militia celeſtis exercitus, hymnum glorię tuę canimus, ſine fine dicentes.

Sanctus ⁊c.

## In Natiuitate Domini, ⁊ per Octauas. eterne Deus.

Quia per incarnati verbi myſterium noua mentis noſtrę oculis lux tuę claritatis infulſit: vt dum viſibiliter Deū cognoſcimus, per hunc in inuiſibilium amorem rapiamur. Et ideo. vt ſupra.

## In Epiph. dñi, ⁊ p oct. eterne De⁹.

Quia cum vnigenitus tuus in ſubſtantia noſtrę mortalitatis apparuit, noua nos immortalitatis ſuę luce reparauit. Et ideo cum Angelis. vt ſupra.

## In Quadrageſima. eterne De⁹.

Qui corporali ieiunio vitia comprimis, mentem eleuas, virtutem largiris, ⁊ pręmia: Per Chriſtum dominum noſtrum.
Per quem, vt ſupra.

## De ſancta Cruce. eterne Deus.

Qui ſalutem humani generis in ligno Crucis conſtituiſti, vt vnde mors oriebatur, inde vita reſurgeret. Et qui in ligno vincebat, in ligno quoqꝫ vinceretur per Chriſtū dominum noſtrum. Per quem. vt ſupra.

## In die Reſurrectionis, ⁊ tempore Paſchali.

In die Paſchę vſqꝫ ad Sabbathum in Albis incluſiue, dicitur In hac potiſſimum die. deinceps dicitur, In hoc potiſſimum. ęquum ⁊ ſalutare.

Te quidem domine omni tempore, ſed in (hac) potiſſimum (die) glorioſius predicare, cum Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Ipſe enim verus eſt agnus, qui abſtulit peccata mundi. Qui mortem noſtram moriendo deſtruxit, ⁊ vitam reſurgendo reparauit. Et ideo. vt ſupra.

## In Aſcenſione Domini.

Per Chriſtum dominum noſtrum.
Qui poſt Reſurrectionem ſuam omnibus diſcipulis ſuis manifeſtus apparuit, ⁊ ipſis cernentibus eſt eleuatus in celum, vt nos diuinitatis ſuę tribueret eſſe participes. Et ideo. vt ſupra.

## De ſancto Spiritu.

Per Chriſtum dominum noſtrum.
Qui aſcendens ſuper omnes celos, ſedenſqꝫ ad dexteram tuam, promiſſum Spiritum ſanctum hodierna die in filios adoptionis effudit. Quapropter profuſis gaudijs, totus in orbe terrarum mundus exultat.

tat. Sed & ſupernę virtutes atque Angelicę poteſtates: hymnum gloriæ tuę conciniunt, ſine fine dicentes.

¶ De ſancta Trinitate. eterne De⁹.

Qui cum vnigenito Filio tuo, & Spiritu ſancto vnus es Deus, & vnus es dominus. Non in vnius ſingularitate perſonę, ſed in vnius Trinitate ſubſtantię. Quod enim de tua gloria reuelante te credimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spiritu ſancto, ſine differentia diſcretionis ſentimus. Ut in confeſſione verę ſempiternęque Deitatis, & in perſonis proprietas, & in eſſentia vnitas, & in maieſtate adoretur ęqualitas. Quem laudant Angeli, atque Archangeli: Cherubim quoque ac Seraphim, qui non ceſſant clamare quotidie, vna voce dicentes. Sanctus. &c.

¶ De ſancta Maria. eterne Deus.

Et te in (veneratione) Beatę Marię ſemper virginis collaudare, benedicere, & prędicare: Quę & vnigenitum tuū ſancti Spiritus obumbratione concepit: & virginitatis gloria permanente, lumen ęternum mūdo effudit, Jeſum Chriſtum dominum noſtrum. Per quem. vt ſupra.

¶ De Apoſtolis. ęquum & ſalutare.

Te Domine ſuppliciter exorare: vt gregem tuum paſtor ęterne non deſeras: ſed per beatos Apoſtolos tuos continua protectione cuſtodias. Ut eiſdem rectoribus gubernetur, quos operis tui vicarios eidē contuliſti pęſſe paſtores. Et ideo. vt ſup.

COMMVNICANTES.

Jn die Natalis Dñi, & p Octauā.

Communicantes & (noctem ſacratiſſimam) vel (diem ſacratiſſimum) celebrantes: (qua) vel (quo) beatę Marię intemerata virginitas, huic mundo edidit Salnatorem. Sed & memoriam venerantes, in primis eiuſdem glorioſę ſemperque virginis Marię, genitricis eiuſdem Dei & domini noſtri Jeſu Chriſti. Sed & beatorū Apoſtolorum. vt in canone.

¶ Jn die Epiph. & per Octauā.

Communicantes, & diem ſacratiſſimum celebrantes: quo vnigenitus tuus in tua tecum gloria coęternus in veritate carnis noſtrę viſibiliter corporalis apparuit: Sed & memoriam venerantes, in primis. vt in canone.

¶ Jn Tempore Paſchali.

Communicantes, & (noctem ſacratiſſimam) vel (diem ſacratiſſimum) celebrantes Reſurrectionis dñi noſtri Jeſu Chriſti ſecundum carnem. Sed & memoriam venerantes in primis, vt in Canone.

¶ Jn Aſcenſione, & per Octauā.

Communicantes, & diem ſacratiſſimum celebrantes: quo dominus noſter vnigenitus filius tuus vnitam ſibi fragilitatis noſtrę ſubſtantiam, in glorię tuę dextera collocauit. Sed & memoriam venerantes, in primis. vt in Canone.


¶ Jn die Pentecoſtes & p Octa.

Communicantes & diem ſacratiſſimum Pentecoſtes celebrantes: quo Spiritus ſanctus Apoſtolis innumeris linguis apparuit. Sed & memoriam venerantes, in primis, vt in Canone.

¶ Jn vigilia, die, & per Octauam Paſchę, & Pentecoſtes.

Hanc igitur oblationem ſeruitutis noſtrę, ſed & cunctę familię tuę, quam tibi offerimus: pro his quoque quos regenerare dignatus es ex aqua, & ſpiritu ſancto: tribuens eis remiſſionem omnium peccatorum: quęſumus, domine, vt in Canone.


I·N·R·I·

Sacerdos extendens ⁊ iungēs manus, eleuansqȝ ad cęlū oculos ⁊ ſtatim demittens, inclinatus ante Altare dicit.



TE igitur clementiſſime Pater, per Jeſuȝ Chriſtū filiū tuum dn̄m noſtruȝ, ſupplices rogamus, ac petimus. Oſculatur altare. Uti accepta habeas, ⁊ benedicas. Signet ter ſup̄ oblata. Hęc ✠ dona, hęc ✠ munera, hęc ✠ ſancta ſacrificia illibata. Extenſis manibus proſequitur. In primis; quę tibi offerimus pro Eccleſia tua ſancta Catholica: quam pacificare, cuſtodire, adunare, ⁊ regere digne-

ris toto orbe terrarum: vna cum famulo tuo Papa noſtro N. et Antiſtite noſtro N. et omnibus orthodoxis, atq; Catholice, et Apoſtolice fidei cultoribus.

Commemoratio pro viuis.

MEmento domine famulorum famularumque tuarum N. iūgit manus: orat aliquantuluȝ pro quibus orare intendit: deinde extēſis manibus proſequit̃. Et omniuȝ circunſtantium: quorum tibi fides cognita eſt, et nota deuotio, pro quibus tibi offerimus: vel qui tibi offerunt hoc ſacrificium laudis, pro ſe, ſuisque omnibus: pro redemptione animarum ſuarum: pro ſpe ſalutis et incolumitatis ſue: tibique reddunt vota ſua eterno Deo viuo et vero.

Infra actionem.

COmmunicantes, et memoriam venerantes: in primis glorioſe ſemperq; virginis Marie, genitricis Dei et domini noſtri Jeſu Chriſti. Sed et beatorum apoſtolorum, ac martyrum tuorum: Petri, et Pauli, Andree, Jacobi, Johannis, Thome, Jacobi, Philippi, Bartholomei, Mathei, Simonis, et Thadei, Lini, Cleti, Clementis, Xiſti, Cornelij, Cypriani, Laurentij, Chryſogoni, Johannis, et Pauli, Coſme, et Damiani: Et omnium Sanctorum tuorum: quorum meritis precibusq; concedas, vt in omnibus, protectionis tue muniamur auxilio. iungit manus. Per eundem Chriſtum dn̄m noſtrum. Amen.

Tenens manus extenſas ſuper oblata, dicit.

HAnc igitur oblationem ſeruitutis noſtre, ſed et cuncte familie tue, queſumus domine, vt placatus accipias: diesque noſtros in tua pace diſponas, atq; ab eterna damnatione nos eripi, et in electorum tuorum iubeas grege nu merari. iungit manus. Per Chriſtum dominum noſtrū. Amen.

QUam oblationē tu De9 in omnibus queſumus, ſignat ter ſuper oblata, benedi ✠ ctam, aſcri ✠ ptam, ra ✠ tam, rationabilem, acceptabilemque facere digneris, ſignat ſemel ſuper hoſtiam, et ſemel ſuper calicem. vt nobis cor ✠ pus, et ſan ✠ guis fiat dilectiſſimi filij tui domini noſtri Jeſu Chriſti.

Qui pridie, quã pateretur accipit hoſtiam, accepit panem in ſanctas, ac venerabiles manus ſuas, eleuat oculos ad cęlũ, ⁊ eleuatis oculis in cęlum ad te Deum patrem ſuũ omnipotentem, tibi gratias agens, ſignat ſuper hoſtiam: bene ✠ dixit, fregit, deditq; diſcipulis ſuis dicens, accipite ⁊ manducate ex hoc omnes. Tenẽs ambabus manib⁹ hoſtiã, pfert verba conſecrationis diſtincte, ſecrete, ⁊ attẽte.

**Hoc eſt enim corpus meum.**

Prolatis verbis cõſecrationis, ſtatim hoſtiam conſecratã genuflexus adorat: ſurgit oſtẽdit populo, reponit ſuper corporale, iterũ adorat, ⁊ nõ disiungit pollices ⁊ indices, niſi quando hoſtia tractanda eſt; vſq; ad ablutionẽ digitorum. Tunc detecto Calice dicit.

Simili modo poſtquã cęnatũ eſt: ambabus manibus accipit Calicẽ, accipiens ⁊ hũc pręclarũ calicem in ſanctas ac venerabiles manus ſuas: item tibi gratias agens, ſiniſtra tenẽs calicẽ, dextera ſignat ſup eũ. Bene ✠ dixit, deditq; diſcipulis ſuis, dicẽs: Accipite ⁊ bibite ex eo omnes. Profert verba cõſecrationis ſuper Calicem, tenens illum parum eleuatum.

**Hic eſt enim calix ſanguinis mei: noui ⁊ ęterni teſtamenti: myſterium fidei: qui pro vobis ⁊ pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.**

Prolatis verbis conſecrationis, deponit Calicem ſup corporale, ⁊ genuflexus adorat: ſurgit, ⁊ oſtẽdit populo, dicẽs. Hęc quotieſcũq; feceritis: in mei memoriam facietis. depo nit, cooperit, ⁊ iterum adorat. Deinde diſiũctis manib⁹ dicit

Unde ⁊ memores Dñe nos ſerui tui, ſed ⁊ plebs tua ſancta eiuſdem Chriſti filij tui domini noſtri, tam beatę paſſionis, necnon ⁊ ab inferis reſurrectionis, ſed ⁊ in cęlos glorioſę Aſcenſionis, offerim⁹ pręclarę maieſtati tuę, de tuis donis ac datis, ſignat ter ſuper hoſtiam ⁊ calicem ſimul hoſtiam ✠ puram, hoſtiã ✠ ſanctam, hoſtiam ✠ immaculatam, ſignat ſemel ſup hoſtiam,

ſtiam, ⁊ ſemel ſuper Calicem: panem ✠ ſanctũ vitę ęternę: ⁊ Calicẽ ✠ ſalutis perpetuę. extenſis manibus proſequit.

Supra quę propitio ac ſereno vultu reſpicere digneris, ⁊ accepta habere, ſicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iuſti Abel, ⁊ ſacrificium patriarchę noſtri Abrahę: ⁊ quod tibi obtulit ſummus ſacerdos tuus Melchiſedech, ſanctum ſacrificiũ, immaculatam hoſtiam.

Profunde inclinatus iunctis manibus dicit.

Supplices te rogamus omnipotens Deus: iube hęc perferri per manus ſancti angeli tui in ſublime altare tuum: in cõſpectu diuinę maieſtatis tuę. Ut quotquot, oſculatur altare, ex hac altaris participatione, ſacroſanctum filij tui, ſignat ſemel ſuper hoſtiã, ⁊ ſemel ſuper calicẽ, Cor ✠ pus ⁊ ſan ✠ guinẽ ſumpſerimus, ſeipſum ſignat, omni benedictione cęleſti, ⁊ gratia repleamur. Per eundẽ Chriſtũ dominum noſtrum. Amen.

Cõmemoratio ꝓ defunctis.

Memento etiam Domine famulorum famularumq; tuarum: qui nos pręceſſerunt cũ ſigno fidei: ⁊ dormiunt in ſomno pacis. N. iungit man⁹, orat aliquãtulũ pro ijs defunctis, pro quibus orare intendit: deinde extẽſis manibus proſequitur. Ipſis domine, ⁊ omnibus in Chriſto quieſcentibus, locũ refrigerij, lucis, ⁊ pacis, vt indulgeas, deprecamur. Per eundẽ Chriſtum dñm noſtrum. Amen.

Percutit pectus elata parum voce dicens.

Nobis quoque peccatorib⁹ famulis tuis de multitudine miſerationum tuaruz ſperantibus, partem aliquam ⁊ ſocietatem donare digneris cum tuis ſanctis apoſtolis ⁊ martyribus: cum Johanne, Stephano, Matthia, Barnaba, Ignatio, Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agnete, Cęcilia, Anaſtaſia: ⁊ omnibus ſanctis tuis. Intra quorum nos conſortium nõ ęſtimator meriti, ſed venię, quęſumus, largitor admitte. Per Chriſtum dñm noſtruz.

Per quez hęc omnia domine ſemp bona creas: ſignat ter ſuper hoſtiam ⁊ calicem ſimul, dicẽs. San ✠ ctificas: viui ✠ ficas: bene ✠ dicis,

cis, ⁊ pꝛeſtas nobis, diſcooperit calicem, genuflectit, accipit ſacramentū dextera, tenēs ſiniſtra calicē ſignat cū hoſtia ter a labio ad labium calicis, dicens. Per ip ✠ ſum, ⁊ cum ip ✠ ſo, ⁊ in ip ✠ ſo, bis ſignat inter pectus, ⁊ calicem eſt tibi Deo patri, ✠ omnipotenti, in vnitate ſpiritus ✠ ſancti, eleuans parum calicem cum hoſtia, dicit omnis honoꝛ ⁊ gloria, reponit hoſtiā, cooperit calicē, genuflectit, ſurgit, ⁊ dicit.

¶ Sequens cantus dicitur in Feſtis Duplicibus: ⁊ in Officio Defunctorum, cum ſolenniter agitur.




Per omnia ſecula ſeculoꝛum.



℟. Amen.

Jungit manus.



Oremus. Pꝛæceptis ſalutari-




bus moniti: ⁊ diuina inſtitu-



tione foꝛmati: audem⁹ dicere.

Extendit manus.



Pater noſter, qui es in cę-



lis: Sanctificetur nomen tuū.



Adueniat regnū tuū. Fiat vo-



luntas tua: ſicut in cęlo ⁊ in ter-



ra. Panē noſtrū quotidianū:



da nobis hodie. Et dimitte



nobis debita noſtra, ſicut ⁊



nos dimittimus debitoꝛibus



noſtris. Et ne nos inducas



in tentationem.

℟.

℟. Sed libera nos a malo.
Sacerdos ſecreto reſpõdet Amē.

¶ Sequens cantus dicitur in diebus Dominicis: ⁊ in Feſtis Semiduplicibus, ⁊ infra Octauas.

Per omnia ſęcula ſęculoꝛum.

Oremus. Pꝛęceptis ſalutaribus moniti: ⁊ diuina inſtitutione foꝛmati: audem⁹ dicere.

Pater noſter, qui es in cęlis: Sanctificetur nomen tuũ. Adueniat regnũ tuũ. Fiat voluntas tua: ſicut in cęlo ⁊ in terra. Panẽ noſtrũ quotidianũ: da nobis hodie. Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut ⁊ nos dimittimus debitoꝛibus noſtris. Et ne nos inducas in tentationem. Amen.

Sequens cantus dicitur in feſtis Simplicibus, ⁊ in Vigilijs.

Per omnia ſęcula ſęculoꝛum.

Oremus. Pꝛęceptis ſalutaribus moniti: ⁊ diuina inſtitutione foꝛmati: audem⁹ dicere.

Pater





¶ Sequēs cantus dicitur in diebus Ferialibus, ⁊ in Litanijs, ⁊ in miſſis Defunctoꝛum.




nobis



nobis debita noſtra, ſicut ⁊



nos dimittimus debitoribus



noſtris. Et ne nos inducas



in tentationem.



℟. Sed libera nos a malo.

Sacerdos ſubmiſſa voce dicit,

Amen.

Deinde accipit patenam inter indicem ⁊ medium digitos, ⁊ dicit,

Libera nos, quęſumus, Domine, ab omnibus malis, pręteritis, pręſentibus, ⁊ futuris: ⁊ intercedente beata ⁊ glorioſa ſemper virgine Dei genitrice Maria, cum beatis Apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atque Andrea, ⁊ omnibus ſanctis: ſignat ſe cum patenā a fronte ad pectus. Da propitius pacem in diebus noſtris: vt ope miſericordię tuę adiuti, ⁊ a peccato ſimus ſemper liberi, ⁊ ab omni perturbatione ſecuri.

Submittit patenam hoſtię, diſcooperit calicem, genuflectit, ſurgit, accipit hoſtiam, frangit eam ſuper calicem per medium dicēs.

Per eundem dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum.

Partem quę in dextera eſt, ponit ſuper patenam. Deinde ex parte, quę in ſiniſtra remanſerat, frangit particulam dicens.

Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus.

Aliam mediam partem cum ipſa ſiniſtra ponit ſuper patenā, ⁊ dextera tenens particulam paruā ſuper Calice, ſiniſtra Calicem, dicit,




Per omnia ſecula ſeculorum.



℟. Amen.

Cum ipſa particula ſignat ter ſuper Calicem, dicens.



Pax ✠ Domini, ſit ✠ ſem-



per vobiſ ✠ cum. ℟. Et



cum ſpiritu tuo.

Particu-

Particulã ipſaꝫ imponit in Calicem, dicens ſecrete.

Hæc commiſtio ꝛ conſecratio corporis ꝛ ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti, fiat accipientibus nobis in vitã ęternã. Amen.

Cooperit Calicem, genuflectit, ſurgit, ꝛ inclinatus ſacramento, iũctis manibus, ꝛ ter pectus percutiens dicit.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miſerere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miſerere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.

¶ In miſſis pro defunctis omiſſo miſerere nobis dicitur dona eis requiem. ꝛ tertio additur. ſempiternam.

¶ Deinde iunctis manibus inclinatus dicit ſequentes orationẽ

Domine Ieſu Chriſte, qui dixiſti apoſtolis tuis, Pacem relinquo vobis: pacem meam do vobis: ne reſpicias peccata mea, ſed fidem Eccleſię tuę, eamque ſecundum voluntatem tuam pacificare, ꝛ coadunare digneris. Qui viuis, ꝛ regnas Deus, Per omnia ſęcula ſeculorum. Amen.

Ꝺ: adiit qui pacẽ recipiat, oſculat altare, ꝛ dans pacem dicit. Pax tecũ. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

¶ In miſſis defunctorum non datur pax, neqꝫ dicit pręcedẽs Orõ.

Domine Ieſu Chriſte, fili Dei viui, qui ex voluntate patris, cooperãte ſpiritu ſancto, per mortem tuam mundum viuificaſti: libera me per hoc ſacroſanctuꝫ corpus, ꝛ ſanguinem tuum, ab omnibus iniquitatibus meis, ꝛ vniuerſis malis: ꝛ fac me tuis ſemper inhęrere mandatis, ꝛ a te nunquã ſeparari permittas. Qui cum eodem Deo patre, ꝛ ſpiritu ſancto, viuis ꝛ regnas Deus in ſęcula ſęculorum. Amen.

Perceptio corporis tui domine Ieſu Chriſte, quod ego indignus ſumere pręſumo, non mihi proueniat in iudicium ꝛ condemnationem: ſed pro tua pietate, proſit mihi ad tutamentum mẽtis ꝛ corporis, ꝛ ad medelam percipiendam. Qui viuis ꝛ regnas cum Deo patre, in vnitate ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſęcula ſęculorum. Amen.

Genuflectit, ꝛ ſurgit, ꝛ dicit.

Panem cęleſtem accipiam, ꝛ nomen domini inuocabo.

Accipit ambas partes hoſtię inter pollicem, ꝛ indicem ſiniſtrę manus, ꝛ patenam inter eundem indicem ꝛ medium, ꝛ dextera percutiens pectus, dicit ter.

Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum: ſed tantum dic verbo, ꝛ ſanabitur anima mea.

Poſtea dextera ſe ſignans cum hoſtia ſuper patena dicit.

Corpus domini noſtri Ieſu Chriſti, cuſtodiat animã meã in vitam eternam. Amen.

¶ Sumit ambas partes hoſtię; iungit manus, ꝛ quieſcit aliquantulum: deinde diſcooperit Calicem,

rem; genuflecterit, extergit patenaʒ ſuper illum, ꝛ dicit.

Quid retribuam domino pro omnibus, que retribuit mihi: Calicem ſalutaris accipiam, ꝛ nomen Domini inuocabo. Laudans inuocabo dominuʒ, ꝛ ab inimicis meis ſaluus ero.

Accipit caliceʒ, ꝛ eo ſe ſignās dicit.

Sanguis Domini noſtri Jeſu Chriſti, cuſtodiat animam meam in vitam eternam. Amen.

Sumit totuʒ ſanguinem cum particula. Quo ſumpto, ſi qui ſunt cōmunicandi, eos communicet, antequam ſe purificet. Poſtea dicit.

Quod ore ſumpſimus, domine, pura mente capiamus: ꝛ de munere temporali, fiat nobis remedium ſempiternum.

Interim porrigit Caliceʒ miniſtro, qui infundit ei paruū vini, quō ſe purificat: Deinde proſequitur.

Corpus tuuʒ, Domine, quod ſumpſi, ꝛ ſanguis quem potaui, adhereat viſceribus meis, ꝛ preſta: vt in me non remaneat vlla ſceleruʒ macula: quem tam pura, ꝛ ſancta refecerunt ſacramenta. Qui viuis ꝛ regnas in ſecula ſeculorum. Amen.

Sumit ablutionem, extergit, ꝛ operit calicem more ſolito, ꝛ proſequit̄ miſſam, Dicto Ite miſſa eſt, vel Benedicamus domino.

Inclinat ſe ante medium altaris, ꝛ dicit.

Placeat tibi, ſancta Trinitas, obſequium ſeruitutis mee, ꝛ preſta: vt ſacrificium quod oculis tue maieſtatis indignus obtuli, tibi ſit acceptabile, mihique, ꝛ omnibus, pro quibus illud obtuli, ſit te miſerante propitiabile. Per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

Deinde benedicit populum.

Benedicat vos omnipotens Deus, pa ✠ ter, ꝛ fi ✠ lius: ꝛ Spiritus ✠ ſanctus.

Legit euangelium ſm Johānē.

In principio erat verbum.

Finito euang. S. Johannis diſcedens, pro gratiarum actione dicit Añaʒ, ꝛ que ſequūtur: que Aña in duplicibꝰ duplicat̄ in principio.

Aña. Trium puerorum cātemus hymnum, quem cantabāt in camino ignis, benedicentes dñm. Cāt. Benedicite omnia opera domini dño. ps. Laudate dñm in ſanctis eius: in fine Gloria pa. deinde repetit̄ Aña. Triuʒ puerorū. poſtea dr̄ Kyrie el. Chriſte el. Kyrie el. Pr noſter. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera. ℣. Confiteant̄ tibi dñe omnia opera tua. ℟. Et ſancti tui benedicāt tibi. ℣. Exultabunt ſancti in glia. ℟. Letabuntur in cubilibus ſuis. ℣. Non nobis domine nō nobis. ℟. Sed nomini tuo da gloriam. ℣. Dñe exaudi orationem meaʒ. ℣. Dñs vobiſcū. Oremus. Oro.

Deus, qui tribus pueris mitigaſti flammas ignium, concede ꝓpitius, vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum.

Da nobis, queſumus dñe, vitiorum noſtrorum flammas extinguere, qui beato Laurentio martyri

martyri tuo tribuiſti tormentorũ ſuorum incendia ſuperare.

Actiones noſtras, quęſumus Domine, aſpirando pręueni, & adiuuando proſequere, vt cuncta noſtra oratio & operatio a te ſemper incipiat, & per te cępta finiatur. Per Chriſtum dominum noſtrum.

## IN DIE RESVRRECTIONIS & duobus diebus ſequentibus.







## FERIA QVARTA.












## FERIA QVINTA.









## FERIA SEXTA.







## SABBATHO








In tertia miſſa Natiuitat. Domini, In Epiphania, Aſcenſione, Pentecoſtes, Sancta Trinitate, & in feſto Corporis Chriſti.



¶ In feſtiuitatibus maioribus beatiſſimę virginis Marię.



I te



miſ ſa eſt.

¶ In Feſtiuitatibus minoribus beatę Marię.




I te miſ



ſa eſt.

¶ In Sabbathis cum dicitur de beata Virgine.




I te




miſſa eſt.

¶ In eiſdem Sabbathis cum dicitur de beata Maria.



I te miſ ſa eſt.

In Feſtis Angelorum.




I te




miſſa eſt.

¶ In Natiuitate & Decollatione S. Iohannis Baptiſtę.




I te




miſſa eſt.

¶ In Duplicib⁹ maioribus Sanctorum, & in vigilia Pentecoſtes.




I te



miſſa eſt.

¶ In Duplicibus minoribus, dominicis diebus, quando dicitur, Gloria, in Semiduplicibus & infra octauas, Ite miſſa eſt, dicitur ſecundum tonum Introitus.

Primus Tonus.



I te miſſa eſt.


Secundus Tonus.



I te miſſa eſt.


Ter-

### Tertius Tonus.




I te miſ ſa eſt.

### Quartus Tonus.




I te miſſa eſt.

### Quintus Tonus.




I te miſſa eſt.

### Sextus Tonus.



I te miſ ſa eſt.


### Septimus Tonus.



I te miſſa eſt.

M.R.N.

### Octauus Tonus.




I te miſ ſa eſt.

¶ In feſtis Simplicibus.



I te miſſa eſt.

¶ In eiſdem Simplicibus.




I te miſſa eſt.

¶ In diebus Ferialibꝰ inter Paſcha ⁊ Pentecoſten, ⁊ in Vigilia Aſcenſionis.




I te miſſa eſt.

¶ In eiſdem Ferialibus inter Paſcha ⁊ Pentecoſtes.




I te miſſa eſt.

¶ In Vigilia Natiuitatis Domini, ⁊ in feſto Innocentium.



B enedicamus do mino.

¶ Dominicis in Septuageſima, Sexageſima, Quinquageſi ma tantum.




Be ne di ca mus



Do mi no.

¶ Dominicis diebus in Quadra geſima ꝛ Aduentu.



Benedicamꝰ domi no.

¶ In Uigilijs.



Benedicamus domi no.

¶ In diebus Ferialibus per annum.




Benedicamus domino.

¶ In eiſdem Ferialibus.



Benedicanius do mino.

¶ In eiſdem Ferialibus per an num, ꝛ in pꝛimo die Litaniarum.



Benedicamus do mino.

¶ In miſſis Defunctoꝛum.



℣. R equie ſcant in pa ce.



℟. Amen.

Diaconus.



F lectamus genu a.

Subdiaconus.



Leuate.



F lectamus genu a.




℟. Le ua te.



F lectamus genua.



℟. Le ua te.



Flectamus genua.


℟.







Super populum in Qua- dragesima.



# DOMINICA RESVRRECTIONIS DOMINI.



Statio ad S. Mariam maiorem.

Introitus.

Reſurrexi, & adhuc tecum ſum, haleluiah: poſuiſti ſuper me manum tuam, haleluiah: mirabilis facta eſt ſciẽtia tua, haleluiah, haleluiah. ps. Domine, probaſti me, & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam, & reſurrectionem meã. ℣. Gloria patri, & filio. Reſurrexi. Oremus.

Deus, qui hodierna die, per vnigenitum tuũ, eternitatis nobis aditũ deuicta morte reſeraſti: vota nr̃a, que preueniendo aſpiras, etiã adiuuãdo proſequere. Per eũ.

Lcõ eplẽ beati Pauli apli ad Cor.

ca.5. Fratres: Expurgate vetus fermentum, vt ſitis noua conſperſio, ſicut eſtis azymi. Etenim paſcha noſtrũ immolatus eſt Chriſtus. Itaq; epulemur, non in fermẽto veteri, neq; in fermento malitie & nequitie: ſed in azymis ſynceritatis & veritatis. Graduale.

Hec dies quã fecit dñs, exultemus & letemur in ea. ℣. Confitemini domino, quoniam bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Haleluiah, halaħ. ℣. Paſcha noſtrũ immolatus eſt Chriſtus. Sequẽtia. Ps. 117

Victime paſchali laudes immolent Chriſtiani.

Agnus redemit oues: Chriſtus innocẽs, patri reconciliauit peccatores.

Mors, & vita, duello conflixere mirando: dux vite mortuus regnat viuus.

Dic nobis Maria, quid vidiſti in via?

Sepulcrum Chriſti viuentis; & gloriam vidi reſurgentis.

Angelicos teſtes, ſudarium, & veſtes.

Surrexit Chriſtus ſpes mea: precedet vos in Galileam.

Scimus Chriſtũ ſurrexiſſe a mortuis vere: tu nobis victor Rex miſerere. Amẽ. Halaħ.

¶ Supradicta Sequentia dicitur vſq; ad ſabbathum in albis incluſiue.

Sequẽtia ſcti euãg. ſm Marcum.



In illo tẽpore Maria Magdalene & Maria Jacobi, & Salome emerunt aromata: vt veniẽtes vngerẽt Jeſum. Et valde mane vna ſabbathorum veniunt ad monumentum ca.16

tum orto iam ſole. Et dicebant ad inuicem. Quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti? Et reſpicientes, viderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. Et introeuntes in monumentum, viderunt iuuenem ſedentem in dextris, coopertum ſtola candida: ꝛ obſtupuerunt. Qui dixit illis. Nolite expaueſcere. Jeſum quęritis Nazarenum, crucifixum: ſurrexit, non eſt hic: ecce locus, vbi poſuerũt eũ. Sed ite, dicite diſcipulis eius, ꝛ Petro: q̄a pręcedet vos in Galilęam. Ibi cum videbitis, ſicut dixit vobis. Credo.

Offertorium.

Terra tremuit, ꝛ quieuit, dum reſurgeret in iudicio Deus, Haleluiah. Secreta.

SUſcipe, quęſumus domine, preces populi tui cum oblationibus hoſtiarũ: vt paſchalibus initiatę myſterijs ad ęternitatis nobis medelã te operante ꝓficiãt. p. Pręfatio. Te quidem domine. ꝛ Communicantes. ꝛ Hanc igitur. folio 107. Communio.

Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus, haleluiah: itaq; epulemur in azymis ſinceritatis, ꝛ veritatis, Haleluiah, haleluiah, haleluiah. Poſtcommunio.

SPiritum nobis domine tuę charitatis infunde: vt quos ſacramentis paſchalibus ſatiaſti: tua facias pietate cõcordes. Per dominum. in vnitate eiuſdem. poſt Dominus vobiſcum. dicitur Ite miſſa eſt, haleluiah, haleluiah. ℟. Deo gratias, haleluiah, haleluiah. Sic d̄r vſq; ad ſabbathũ in albis incluſiue.

¶ Infra octauam paſchę non fit de aliquo feſto duplici vel ſemiduplici, ſed poſt octauam celebratur. De ſimplici autem fit tantum commemoratio poſt triduum.

## FERIA SECVNDA.

Statio ad S. Petrum. Introitus.

INtroduxit vos dominus in terram fluẽtem lac, ꝛ mel, haleluiah: ꝛ vt lex domini ſemper ſit in ore veſtro, haleluiah, haleluiah. Ps. 104 Ps. Confitemini dñ̃o, ꝛ inuocate nomen eius: annunciate inter gẽtes opera ei⁹. ℣. Gloria. Orem⁹.

DEus qui ſolẽnitate paſchali mundo remedia cõtuliſti, populum tuum, quęſumus, cęleſti dono proſequere: vt ꝛ perfectam libertatem conſequi mereatur, ꝛ ad vitam proficiat ſempiternã. p.

Lectio Actuum Apoſtolorum.

IN diebus illis: Stans Petrus in medio plebis, dixit. ca. 10. Uiri fratres, vos ſcitis quod factũ eſt verbũ per vniuerſam Judęam: incipiẽs eni; a Galilęa, poſt baptiſmu; quod prędicauit Johannes, Jeſum a Nazareth: quomodo vnxit eum Deus ſpiritu ſancto, ꝛ virtute: qui pertrãſijt benefaciẽdo, ꝛ ſanando oẽs oppreſſos a diabolo: q̄ñ De⁹ erat cũ illo. Et nos teſtes ſumus omniũ, quę fecit in regione Judęorum ꝛ Jeruſalẽ: quem occiderunt ſuſpẽdentes in ligno. Hũc Deus ſuſcitauit tertia die: ꝛ dedit eum manifeſtũ fieri, non omni populo: ſed teſtibus prę ordinatis a Deo, nobis, q̄ mãducauimus ꝛ bibimus cũ illo, poſtquã ſurrexit a mortuis. Et p̄cepit nobis p̄dicare popu-

populo, ⁊ teſtificari: quia ipſe eſt, qui conſtitutus eſt a Deo iudex viuorum ⁊ mortuorum. Huic omnes prophetę teſtimonium perhibent, remiſſionem peccatorum accipere per nomen eius omnes, qui credunt in eum.

ps.117 Graduale. Hęc dies, quam fecit dominus: exultemus, ⁊ lętemur in ea. ℣. Dicat nunc Iſrael, quoniam bonus: quoniã mat.28 in ſęculum miſericordia eius. Haleluiah, haleluiah. ℣. Angelus domini deſcendit de cęlo: ⁊ accedens reuoluit lapidem, ⁊ ſedebat ſuper eum. Sequentia.

Victimę paſch. 124. cum Halah. in fine.

Sequentia ſcti euang. ſm Lucam.

cap.24 In illo tempore: Duo ex diſcipulis Ieſu ibant ipſa die in caſtellum, quod erat in ſpatio ſtadiorum ſexaginta ab Ieruſalem, nomine Emmaus. Et ipſi loquebantur ad inuicem de his omnibus, quę acciderant. Et factum eſt: dum fabularentur ⁊ ſecũ quęrerẽt, ⁊ ipſe Ieſus appropinquãs ibat cum illis. Oculi autem eorum tenebantur, ne eum agnoſcerent. Et ait ad illos. Qui ſunt hi ſermones, quos confertis ad inuicẽ ambulantes, ⁊ eſtis triſtes? Et reſpõdens vnus cui nomen Cleophas, dixit ei. Tu ſolus peregrinus es in Ieruſalẽ, ⁊ non cognouiſti quę facta ſunt in illa, his diebus? Quibus ille dixit. Quę? Et dixerunt, De Ieſu Nazareno, qui fuit vir propheta, potens in opere ⁊ ſermone, coram Deo ⁊ omni populo. Et quomodo tradiderunt eum ſummi ſacerdotes ⁊ principes noſtri in damnationẽ mortis: ⁊ crucifixerunt eum. Nos autem ſperabamus, quia ipſe eſſet redempturus Iſrael. Et nunc ſuper hęc omnia, tertia dies eſt hodie, ꝙ hęc facta ſunt. Sed ⁊ mulieres quędam ex noſtris terruerunt nos, quę ante lucem fuerunt ad monumentũ: ⁊ non inuento corpore eius, venerunt, dicentes ſe etiam viſionẽ angelorum vidiſſe, qui dicunt eum viuere. Et abierunt quidam ex noſtris ad monumentum: ⁊ ita inuenerunt, ſicut mulieres dixerunt: ipſum vero non inuenerunt. Et ipſe dixit ad eos. O ſtulti, ⁊ tardi corde ad credendũ in omnibus quę locuti ſunt prophetę. Nonne hęc oportuit pati Chriſtum, ⁊ ita intrare in gloriam ſuam? Et incipiens a Moyſe ⁊ omnibus prophetis: interpretabatur illis in omnibus ſcripturis, quę de ipſo erãt. Et appropinquauerunt Caſtello quo ibant: ⁊ ipſe finxit ſe longius ire. Et coegerunt illum dicentes: Mane nobiſcũ, quoniã adueſperaſcit, ⁊ inclinata eſt iã dies. Et intrauit cũ illis. Et factũ eſt, dũ recumberet cũ illis, accepit panẽ, ⁊ benedixit, ac fregit, ⁊ porrigebat illis. Et aperti ſunt oculi eorum, ⁊ cognouerunt eum: ⁊ ipſe euanuit ex oculis eorũ. Et dixerũt ad inuicẽ. None cor noſtrũ ardẽs erat in nobis, dũ loqueret in via, ⁊ aperiret nobis ſcripturas? Et ſurgẽtes eadẽ hora, regreſſi ſunt i Ieruſalẽ: ⁊ inuenerunt congregatos vndecim, ⁊ eos qui cum ipſis erant, dicẽtes: quia ſurrexit dñs vere, ⁊ apparuit Simoni. Et ipſi narrabant q̃ geſta erant

erãt in via: ⁊ quomodo cognoue-
rũt eũ in fractione panis. Credo.
Offertorium. Angelus domini deſcẽ-
dit de cęlo, ⁊ dixit mulieribus: quem queri-
tis, ſurrexit, ſicut dixit, Alleluiah. Secre.
Suſcipe, q̃s dñe, preces populi
tui cum oblationibus hoſtia
rum: vt paſchalibus initiatę myſte
rijs, ad ęternitatis nobis medelã
te operante proficiant. Per domi.
Lu.24. Communio. Surrexit dominus, ⁊ ap
paruit Petro, Alleluiah. Poſtcomm.
Spiritũ nobis dñe tuę chari-
tatis infunde: vt quos ſacra-
mẽtis paſchalib⁹ ſatiaſti, tua facias
pietate cõcordes. Per. in vni. eiuſ.

FERIA TERTIA.

Statio ad ſanctũ Paulũ. Introit.
Num. 20. eccl.15 Aqua ſapientię pota-
uit eos halleluiah: fir-
mabitur in illis, ⁊ non
flectetur, halleluiah: ⁊
exaltabit eos in ęter-
nũ, halleluiah, hallah.
ps.104 ps. Cõfitemini dño,
⁊ inuocate nomen eius: annũciate inter gẽ-
tes opera eius. ℣. Gloria. Oremus.
Deus, q ecclesiã tuã nouo ſem-
per fętu multiplicas: cõcede fa
mulis tuis: vt ſacramẽtũ viuẽdo te
neant, quod fide perceperũt. Per.
Lectio Actuum Apoſtolorum.
ca.13 In diebus illis. Surgẽs Pau
lus, ⁊ manu ſilentium indi-
cens, ait. Viri fratres, filij generis
Abrahã, ⁊ q in vobis timent Deũ:
vobis verbũ ſalutis huius miſſum
eſt. Qui enim habitant Jeruſalem,
⁊ principes eius, ignorãtes Jeſum,
⁊ voces pphetarũ, quę per omne
ſabbathũ leguntur, iudicantes im
pleuerunt: ⁊ nullam cauſam mor-
tis inuenientes i eo, petierũt a Pila
to, vt interficerẽt eũ. Cũq̃ cõſum
maſſent omnia quę de eo ſcripta
erãt, deponẽtes eũ de ligno, poſue
rũt in monumento. Deus autẽ ſu-
ſcitauit eum a mortuis tertia die.
Qui viſus eſt p dies multos his, q
aſcẽderãt ſimul cũ eo de Galilęa in
Jeruſalẽ, qui vſq̃ nunc ſunt teſtes
eius ad plebẽ. Et nos vobis annũ
ciamus eã, quę ad patres noſtros
repromiſſio facta eſt: quã hãc De⁹
adimpleuit filijs veſtris, reſuſcitãs
Jeſum Chriſtum dominũ noſtrũ.
Grad. Hęc dies quam fecit dñs exul- ps.117
temus ⁊ lętemur in ea. ℣. Dicãt nunc qui
redempti ſunt a dño: quos redemit de ma
nu inimici: ⁊ de regionibus cõgregauit
eos. Halah, halleluiah. ℣. Surrexit dñs
de ſepulcro, qui pro nobis pepẽdit in ligno.
Sequentia. Victimę Paſchali laudes.
vt in Dominica Paſchę. folio 124.
Sequẽtia ſancti euãg. ſm Lucam.
In illo tempore. Stetit Jeſus ca.24.
in medio diſcipulorũ ſuorũ,
⁊ dixit eis. Pax vobis. Ego ſum:
nolite timere. Conturbati vero ⁊
conterriti, exiſtimabant ſe ſpiritũ
videre. Et dixit eis. Quid turbati
eſtis, ⁊ cogitationes aſcendunt in
corda veſtra? Videte manus meas
⁊ pedes meos: q̃a ego ipſe ſũ. Pal
pate ⁊ videte: q̃a ſpiritus carnẽ ⁊
oſſa nõ habet, ſicut me videtis ha-
bere. Et cũ hoc dixiſſet, oſtẽdit eis
man⁹ ⁊ pedes. Adhuc autẽ illis nõ
credentibus, ⁊ mirãtib⁹ prę gau-
dio, dixit: Habetis hic aliqd quod
mãducet? At illi obtulerũt ei par-
tẽ piſcis aſſi, ⁊ fauũ mellis. Et cũ
mandu-

mãducaſſet corã eis, ſumẽs reliqas
dedit eis. Et dixit ad eos. Hęc ſunt
verba quę locutus ſum ad vos cũ
adhuc eſſem vobiſcu; : qñ neceſſe
eſt impleri omnia quę ſcripta ſunt
in lege Moyſi, ⁊ ꝓphetis, ⁊ pſal-
mis de me. Tũc aperuit illis ſenſũ,
vt intelligerẽt ſcripturas. Et dixit
eis. Qñ ſic ſcriptũ eſt, ⁊ ſic oporte-
bat Chr̄m pati, ⁊ reſurgere a mor
tuis die tertia, ⁊ prędicari in nomi
ne eius pęnitentiã, ⁊ remiſſionem
peccatorũ in oẽs gentes. Credo.
ps. 17 **Offertorium.** Intonuit de cęlo do-
minus, ⁊ altiſſimus dedit vocẽ ſuã: ⁊ appa-
ruerunt fontes aquarum, Haleluiah. **Sec.**
SUſcipe dñe fideliũ preces cũ
oblationib⁹ hoſtiarũ, vt per
hęc pię deuotionis officia, ad cęle-
ſtem gloriam tranſeamus. Per d.
Col. 3. **Communio.** Si conſurrexiſtis cum
Chriſto, quę ſurſum ſunt quęrite: vbi Chri-
ſtus eſt in dextera Dei ſedens, haleluiah,
quę ſurſum ſunt ſapite, Haleluiah. **Poſtc.**
COncede quęſumus omnipo
tens Deus: vt paſchalis per-
ceptio ſacramenti, continua in no-
ſtris mentibus perſeuerẽt. Per d.

## FERIA QVARTA.

**Statio ad ſanctum Laurentiũ ex tra muros. Introitus.**



mat. 25 VEnite benedicti
patris mei: perci
pite regnu;, haleluiah,
quod vobis paratu; eſt
ab origine mundi, Ha-
leluiah, haleluiah, hale-
ps. 95 luiah. **ps.** Cantate do
mino canticum nouu;
cantate domino omnis terra. **℣.** Gloria
patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto. Oremus.

DEus q nos Reſurrectionis
Dñicę annua ſolẽnitate lęti-
ficas, cõcede ꝓpitius: vt p tẽporalia
feſta quę agimus, ꝑuenire ad gau
dia ęterna mereamur. Per eundẽ.

*Ab hac die vſq; ad oct. poſt orationẽ dici dr̄ et vna ſequentibus orationibus tantum.*

**Contra perſec. Eccleſię. Oratio.**

ECcleſię tuę q̄s dñe, preces pla
catus admitte: vt, deſtructis
aduerſitatib⁹ ⁊ erroribus vniuer-
ſis, ſecura tibi ſeruiat libertate. p.

**Vel pro Papa.**

DEus omnium fideliũ paſtor,
⁊ rector, famulum tuum N.
quem paſtorem Eccleſię tuę prę-
eſſe voluiſti ꝓpitius reſpice: da ei
quęſumus, verbo ⁊ exemplo, qui-
bus pręeſt, ꝓficere: vt ad vita;, vna
cum grege ſibi credito, perueniat
ſempiternam. Per dominum no.

**Lectio Actuum Apoſtolorum.**

IN diebus illis. Aperiẽs Pe- ca. 3
trus os ſuum, dixit. Viri Iſ-
raelitę, ⁊ qui timetis Deũ, audite.
Deus Abraham, Deus Iſaac, ⁊
Deus Iacob, Deus patrũ noſtro
rum glorificauit filium ſuũ Ieſu;,
quẽ vos quidẽ tradidiſtis ⁊ nega-
ſtis ante faciẽ Pilati, iudicãte illo
dimitti. Vos autẽ ſanctũ ⁊ iuſtum
negaſtis, ⁊ petijſtis virum homici
dam donari vobis: authore; vero
vitę interfeciſtis, quem Deus ſuſci
tauit a mortuis, cui⁹ nos teſtes ſu-
mus. Et nũc fratres ſcio quia per
ignorantiam feciſtis, ſicut ⁊ prin-
cipes veſtri. Deus autem, qui prę-
nunciauit per os omniu; prophe-
tarum pati Chriſtum ſuum, imple
uit ſic. Pęnitemini igitur, ⁊ cõuer-
timini:

timini:vt deleātur peccata veſtra.

ps. 107 Grad. Hęc dies,quam fecit dñs:exulte mus, ⁊ letemur in ea. ℣. Dextera domini fecit virtutem, dextera dñi exaltauit me:dextera dñi fecit virtutem. Alleluia,haleluiah. ℣. Surrexit dominꝰ vere: ⁊ apparuit Petro. Sequentia. Victimę paſchali laud. 124.

ca.21. Sequētia ſancti euāg. ſm Johānē.

In illo tpe: Manifeſtauit ſe iterum Jeſus diſcipulis ſuis ad mare Tiberiadis. Manifeſtauit autē ſic. Erant ſimul Simō Petrꝰ, ⁊ Thomas qui dicitur Dydimus, ⁊ Nathanael,qui erat a Cana Galileę, ⁊ filij Zebedęi, ⁊ alij ex diſcipulis eius duo. Dicit eis Simon Petrꝰ. Uado piſcari. Dicūt ei, Uenimus ⁊ nos tecum. Et exierūt, ⁊ aſcenderunt in nauim: ⁊ illa nocte nihil prēdiderūt. Manc autē facto ſtetit Jeſus in litore: non tamē cognouerūt diſcipuli quia Jeſus eſt. Dicit ergo eis Jeſꝰ. Pueri,nunqd pulmētariū habetis? Reſpōderūt ei: Nō. Et dixit eis. Mittite in dexterā nauigij, rete: ⁊ inuenietis. Miſerunt ergo: ⁊ iam non valebant illud trahere p̄ multitudine piſcium. Dicit ergo diſcipulus ille,quez diligebat Jeſus, Petro. Dñs eſt. Simō ergo Petrꝰ cū audiſſet qa dñs eſt: tunica ſuccinxit ſe, (erat enim nudus) ⁊ miſit ſe in mare. Alij autē diſcipuli nauigio venerunt (non eniz longe erant a terra, ſed quaſi cubitis ducētis) trahentes rete piſciū. Ut ergo deſcenderūt in terrā, viderūt prunas poſitas, ⁊ piſcem ſuperpoſitum, ⁊ panē. Dicit eis Jeſus. Afferte de piſcibꝰ quos prēdidiſtis nūc. Aſcēdit Simō Petrus, ⁊ traxit rete i terrā plenū magnis piſcibus, centuz quinquaginta tribus. Et cū tāti eſſent, nō eſt ſciſſuz rete. Dicit eis Jeſus. Uenite, prādēte. Et nemo audebat diſcumbētiū interrogare eum, Tu quis es? ſciētes quia dñs eſt. Et venit Jeſus, ⁊ accepit panem, ⁊ dabat eis: ⁊ piſcē ſimiliter. Hoc iam tertio manifeſtatꝰ eſt Jeſus diſcipulis ſuis cū reſurrexiſſet a mortuis. Credo.

Offertorium. Portas celi aperuit dominus: ⁊ pluit illis manna vt ederent: panē celi dedit eis, panem angelorum manducauit homo. Haleluiah. ps. 77

Secreta.

Sacrificia dñe paſchalibꝰ gaudijs immolamus: quibus Eccleſia tua mirabiliter paſcitur ⁊ nutritur. Per domi.

Alia ſecreta.

Protege nos domine tuis myſterijs ſeruientes: vt, diuinis rebus inhęrentes, ⁊ corpore tibi famulemur, ⁊ mente. Per domi.

Uel pro Papa.

Oblatis,qs dñe, placare muneribus: ⁊ famulum tuum N. quem paſtorem Eccleſię tuę pręeſſe voluiſti, aſſidua protectione guberna. Per dominum noſtruz.

Cōmu. Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur, haleluiah: mors illi vltra non dominabitur, Halah, halah. roñ.6.

Poſtc. Ab omni nos, qs dñe vetuſtate purgatos, ſacramenti tui veneranda perceptio in nouam transferat creaturam. Qui viuis.

Alia poſtcommunio.

Queſumus dñe Deus noſter: vt, quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non ſinas ſubiacēre periculis. Per do.

Uel

Uel pro Papa.

HÆc nos queſumus dñe, diui-ni ſacramenti perceptio pro-tegat: ⁊ famulum tuũ. N. quem paſtorez Eccleſie tue preeſſe voluiſti, vna cum cõmiſſo ſibi grege, ſaluet ſemper ⁊ muniat. Per dominum.

FERIA QVINTA.

Statio ad ſanctos duodeciz Apoſtolos. Introitus.

ſap.10 Victricem manum tuã domine laudauerunt pariter, haleluiah: quia ſapientia aperuit os mutũ, ⁊ linguas infantiũ fecit diſertas, Haleluiah, halah. Pſ. Cã-

pſ.97. tate domino canticum nouum: quia mirabilia fecit. V. Gloria patri. Oremus.

DEus, qui diuerſitatez gentiũ in cõfeſſione tui nominis adunaſti: da, vt renatis fonte baptiſmatis, vna ſit fides mentium, ⁊ pietas actionum. Per dominum noſtrũ. vel Eccleſie. vel Deus om. 126.

Lectio Actuum Apoſtolorum.

IN diebus illis: Angelus domini locutus eſt ad Philippum, dicens. Surge, ⁊ vade contra meridianum, ad viam que deſcendit ab Jeruſalem in Gazam: hec eſt deſerta. Et ſurgens abijt. Et ecce vir Æthiops eunuchus, potens Candacis regine Ethiopũ, qui erat ſup omnes gazas eius, venerat adorare in Jeruſalẽ, ⁊ reuertebatur ſedens ſuper currũ ſuũ, legẽſq; Jſaiaz prophetã. Dixit autem ſpiritus Philippo. Accede, ⁊ adiũge te ad currũ iſtũ. Accurrẽs autẽ Philippus, audiuit illũ legẽtẽ Jſaiã pphetã: ⁊ dixit. Putaſne intelligis q̃ legis? Qui ait: Et quo modo poſſum: ſi nõ aliqs oſtẽderit mihi? Rogauitq; Philippum, vt aſcẽderet, ⁊ ſederet ſecũ. Locus autẽ ſcripture, quẽ legebat, hic erat:

Tãquã ouis ad occiſionẽ ductus 53.cap.

eſt: ⁊ ſicut agnus, corã tõdẽte ſe, ſine voce, ſic nõ aperuit os ſuuz. In humilitate iudiciũ eius ſublatuz eſt. Generationẽ eius quis enarrabit? Qm̃ tolletur de terra vita eius. Reſpondens autẽ eunuchus Philippo, dixit. Obſecro te, de quo propheta dicit hoc: de ſe, an de alio aliquo? Aperiens autẽ Philippus os ſuũ, ⁊ incipiẽs a ſcriptura iſta, euãgelizauit illi Jeſum. Et dũ irent per viam, venerunt ad quãdã aquam: ⁊ ait eunuchus. Ecce aqua, qs prohibet me baptizari? Dixit autem Philippus. Si credis ex toto corde licet. Et reſpõdẽs, ait. Credo filiũ Dei eſſe Jeſum Chriſtũ. Et iuſſit ſtare currũ: ⁊ deſcẽderũt vterq; in aquã, Philippus ⁊ eunuchus: ⁊ baptizauit eũ. Cũ autez aſcendiſſent de aqua, Spiritus dñi rapuit Philippũ, ⁊ amplius nõ vidit eũ eunuchus. Jbat aũt p viã ſuã gaudens. Philippus aũt inuẽtus eſt in Azoto. Et ptrãſiens euãgelizabat ciuitatibus cũctis, donec veniret Ceſaream, nomen dñi Jeſu Chriſti.

Grad. Hec dies quam fecit dñs: exulte- pſ.117

mus ⁊ letemur in ea. V. Lapidez quem re- pſ.21.

probauerunt edificantes, hic factus eſt in caput anguli: a domino factum eſt iſtud, ⁊ eſt mirabile in oculis noſtris. Halah, halah. V. Surrexit Chriſtus, qui creauit oia, ⁊ m ſertus eſt humano generi. Sequentia.

Victime

Victime Paſchali. ſolio 124.
Sequētia ſancti euāg. ſm Johānē.
cap.20 IN illo tēpore. Maria ſtabat
ad monumentum foris plo/
rans. Dum ergo fleret, inclinauit
ſe, ⁊ proſpexit in monumentū. Et
vidit duos angelos in albis, ſedē/
tes, vnum ad caput, ⁊ vnum ad pe
des, vbi poſitū fuerat corpus Je
ſu. Dicunt ei illi. Mulier, quid plo/
ras? Dicit eis. Quia tulerunt do/
minum meum: ⁊ neſcio vbi poſue
runt eum. Hec cū dixiſſet, conuer/
ſa eſt retrorſum, ⁊ vidit Jeſum ſtā/
tē: ⁊ nō ſciebat quia Jeſus eſt. Di/
cit ei Jeſus. Mulier quid ploras?
Quē queris? Jlla exiſtimans qa
hortulanus eſſet: dicit ei. Domine,
ſi tu ſuſtuliſti eum, dicito mihi vbi
poſuiſti eum, ⁊ ego eum tollā. Di
cit ei Jeſus. Maria. Cōuerſa illa,
dicit ei. Rabboni, quod dicit ma/
giſter. Dicit ei Jeſus: Noli me tāge
re. Nondū enim aſcendi ad patrē
meū. Uade autē ad fratres meos, ⁊
dic eis. Aſcēdo ad patrem meum,
⁊ patrē veſtrum, Deum meum, ⁊
Deū veſtrū. Uenit Maria Mag/
dalene annūcians diſcipulis, qa vi
di dn̄m, ⁊ hec dixit mihi. Credo.
exo.13. Offertorium. In die ſolennitatis ve
ſtre dicit dominus, inducam vos in terram
fluentem lac ⁊ mel, Haleluiah. Secreta.
SUſcipe queſum⁹ domine, mu
nera populorum tuorū ꝓpi/
tius: vt confeſſione tui nominis, ⁊
baptiſmate renouati, ſempiternā
beatitudinem cōſequamur. Per.
vel Protege nos. vel Oblat. 127.
I.pet.2. Cōm. Populus acqſitionis annūciate
virtutes ei⁹, halah: q vos de tenebris voca
uit i admirabile lumē ſuū, Halah. Poſtc.
EXaudi dn̄e preces noſtras: vt
redēptionis noſtre ſacroſan
cta commercia, ⁊ vite nobis con/
ferant preſentis auxilium, ⁊ gau/
dia ſempiterna concilient. Per d.
vel Queſumus dn̄e. vel Hec. 127.

FERIA SEXTA.

Statio ad S. Mariā rotūdā. Int.
EDuxit eos dominus
in ſpe, haleluiah: ⁊ ini
micos eorum operuit
mare, haleluiah, ha/
leluiah, haleluiah. Ps.
Attēdite popule me⁹
legem meam: inclina/
te aurem veſtram in verba oris mei. ℣.
Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiri. Oremus.
OMnipotēs ſempiterne De⁹,
qui paſchale ſacramētum in
recōciliationis humane federe cō
tuliſti: da mētibus noſtris, vt quod
profeſſione celebramus, imitemur
effectu. Per dominum noſtrum.
vel Eccleſie. vel Deus omni. 126.
Lectio epl'e beati Petri Apoſtoli.
CHariſſimi: Chriſtus ſemel p 1.ca.3.
peccatis noſtris mortu⁹ eſt,
iuſtus pro iniuſtis: vt nos offerret
Deo, mortificatos quidem carne,
viuificatos autē ſpiritu. Jn quo,
⁊ his qui in carcere erant ſpiriti/
bus, veniens predicauit: qui in/
creduli fuerant aliquando, quan
do expectabant Dei patientiā in
dieb⁹ Noe, cum fabricaret arca: in
qua pauci, id eſt octo anime ſalue
facte ſunt per aquā. Quod ⁊ vos
nūc ſimilis forme ſaluos facit ba/
ptiſma: nō carnis depoſitio ſordiū,
ſed conſcientie bone interrogatio

in

in Deū, p reſurrectionē Jeſu Chriſti dñi noſtri, q eſt in dextera Dei.

Ps. 117 Grad. Hęc dies quam fecit dñs, exultemus ⁊ lętemur in ea. ℣. Benedictus qui venit in nomine domini: Deus dominus ⁊ illuxit nobis. Halāh, halāh. ℣. Dicite in gētibus. Quia dominus regnauit a ligno. Sequēt. Victimę paſchali laudes. 124.

Sequētia ſcti euāg. ſm Mattheū.

ca. 28. IN illo tempore. Undecim diſcipuli abierunt in Galilęam, in montem, vbi conſtituerat illis Jeſus. Et videntes eum adorauerunt, quidā autē dubitauerūt. Et accedēs Jeſus locut⁹ eſt eis, dicēs. Data eſt mihi omnis poteſtas in cęlo ⁊ in terra. Euntes ergo, docete oēs gentes, baptizantes eos, in nomine patris, ⁊ filij, ⁊ ſpiritus ſancti, docētes eos ſeruare omnia q̄cunq̄ mādaui vobis. Et ecce ego vobiſcū ſum omnibus diebus, vſq̄ ad cōſummationē ſęculi. Credo.

leui. 23 Offert. Erit vobis hęc dies memorialis, halāh: ⁊ diem feſtum celebrabitis ſolēnē dño in progenies veſtras, legitimū, ſempiternū diem, halāh, halāh, halāh. Secre.

HOſtias, q̄s dñe, placatus aſſume: quas ⁊ pro renatorū expiatione peccati deferimus: ⁊ pro acceleratione cęleſtis auxilij. Per. vel Protege nos. vel Oblat. 127.

Communio. Data eſt mihi omnis poteſtas
mat. 28 in cęlo ⁊ in terra, halāh: eūtes docete oēs gētes baptizātes eos, in nomine patris, ⁊ filij, ⁊ ſpiritus ſancti, halāh. Poſtcōm.

REſpice, quęſum⁹ domine populum tuum: ⁊, quē ęternis dignatus es renouare myſterijs: a temporalibus culpis dignanter abſolue. Per dominum noſtrū.

vel Quęſumus dñe. vel Hęc. 127.

## SABBATHO in Albis.

### Statio ad ſanctum Johannem in Laterano. Introitus.

EDuxit dñs populum ſuum in exultatione, Ps. 104.
halleluiah: ⁊ electos ſuos, in lętitia, halāh halāh. Ps. Cōfitemini domino, ⁊ inuocate nomen eius: annūciate inter gentes, opera eius. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto. Oremus.

COncede, quęſumus omnipotens Deus: vt, q feſta paſchalia venerando egimus, per hęc contingere ad gaudia ęterna mereamur. Per dominum noſtrum. vel Eccleſię. vel Deus omni. 126.

Lectio ep̄lę beati Petri Apoſtoli.

CHariſſimi: Deponentes omnem malitiam, ⁊ omnem dolum, 1. Pet. 2.
⁊ ſimulationes, ⁊ inuidias, ⁊ omnes detractiones, ſicut modo geniti infantes, rationabiles, ſine dolo, lac concupiſcite: vt in eo creſcatis in ſalutem: ſi tamē guſtatis, q̄m dulcis eſt dñs. Ad quem accedentes, lapidē viuum, ab hominibus quidē reprobatū, a Deo autē electum ⁊ honorificatum, ⁊ ipſi tāquā lapides viui ſuperędificamini, domus ſpiritualis, ſacerdotiū ſanctum, offerre ſpirituales hoſtias, acceptabiles Deo per Jeſum Chriſtum. Propter quod continet ſcriptura. Ecce ponam in Sion lapidem ſummum, angularem, probatum, electū, pretioſum. Et qui crediderit in illū, nō cōfundetur. Vobis

bis igitur honor credétibus. Nõ
Pe. 2. credétib⁹ autē, lapis quē reprobauerunt ędificantes, hic factus est in caput anguli: ⁊ lapis offensionis, ⁊ petra ſcandali, his qui offendūt verbo, nec credunt, in quo ⁊ poſiti ſunt. Uos autē gen⁹ electū, regale ſacerdotiū, gēs ſancta, populus acqſitionis, vt virtutes eius annūcietis: q de tenebris vos vocauit in admirabile lumen ſuū. Qui aliquādo non populus: nūc autē popul⁹ Dei. Qui non conſecuti miſericordiā: nūc autē miſericordiā ꝯſecuti.

Ab hac die vſq; ad Octauā Pentecoſtes, tam in officio de tempore, quā de ſanctis, nō dr̄ Graduale: ſed eius loco dicūtur duo verſus cum quatuor Haleluiah. ordine infraſcripto: pręterquam in miſſis Rogationum, ⁊ vigilię Pentecoſtes, in quibus dr̄ vnum Haleluiah, cum vno verſu: ſimiliter ⁊ poſt quamlibet prophetiam in ſabbatho Quatuor tēporum poſt Pentecoſten. Alio tēpore vſq; ad Septuageſimā, quando dicitur Graduale, dicuntur tria Haleluiah. poſt Graduale, bis ante verſū, ⁊ ſemel poſt verſum. Cum autem dr̄ Sequētia: Haleluiah, quod dicendum eſſet poſt verſum, dicitur poſt Sequentiā. Haleluiah,
Ps. 117 haleluiah. V. Hęc dies quam fecit dominus: exultemus ⁊ lętemur in ea. Haleluiah.
Ps. 102 V. Laudate pueri dominum: laudate nomen domini. Sequentia. Uictimę Paſchali. folio 124. ⁊ in fine Haleluiah.

Sequētia ſcti euāg. ſm Johannē.

Jo. 20. IN illo tempore. Una ſabbathi, Maria Magdalene venit mane cū adhuc tenebrę eſſent, ad monumentum: ⁊ vidit lapidē ſublatum a monumēto. Cucurrit ergo, ⁊ venit ad Simonē Petrū, ⁊ ad alium diſcipulum, quem diligebat Jeſus: ⁊ dicit eis: Tulerunt dominum de monumento: ⁊ neſcimus vbi poſuerunt eum. Exijt ergo Petrus, ⁊ ille ali⁹ diſcipulus: ⁊ venerunt ad monumentū. Currebāt autē duo ſimul: ⁊ ille alius diſcipulus pręcucurrit citi⁹ Petro, ⁊ venit primus ad monumentum. Et cū ſe inclinaſſet, vidit linteamina poſita: non tamē introiuit. Uenit ergo Simō Petrus ſequēs eū, ⁊ introiuit in monumentum: ⁊ vidit linteamina poſita, ⁊ ſudarium quod fuerat ſup caput eius: non cū linteaminibus poſitum, ſed ſeparatim inuolutū in vnum locū. Tunc ergo introiuit ⁊ ille diſcipul⁹ qui venerat primus ad monumētum: ⁊ vidit, ⁊ credidit. Nondum enim ſciebāt ſcripturas, quia oportebat eū a mortuis reſurgere. Credo.

Offertorium. Benedictus qui venit Ps. 117
in nomine domini: benediximus vobis de domo domini: Deus dominus, ⁊ illuxit nobis, Haleluiah, haleluiah. Secreta.

COncede, quęſumus domine ſemper nos per hęc ſacra myſteria paſchalia gratulari: vt cōtinua noſtrę redēptionis operatio, perpetuę nobis fiat cauſa lętitię. Per dominum noſtrū Jeſum. vel Protege. vel Oblatis qs. 127.

Cōmu. Oēs qui in Chriſto baptizati eſtis, Chrm̄ induiſtis, Haleluiah. Poſtc.

REdemptionis noſtrę munere vegetati, quęſumus domine: vt hoc perpetuę ſalutis auxilio, fides ſemper vera proficiat. Per dominum noſtrum Jeſum. vel Quęſum⁹ d. vel Nec nos. 127.

D O M I N I C A
in octaua Paſchę.
Statio ad S. Pancratium. Jntr.



j.pet.2. Quaſi modo geniti infantes, haleluiah, rationabiles ſine dolo, lac concupiſcite. Haleluiah, haleluiah. ps. ps.80 Exultate Deo adiutori noſtro: iubilate Deo Jacob. ℣. Gloria patri; ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto. Oremus.

Preſta, queſumus omnipotẽs Deꝰ: vt qui paſchalia feſta peregimus: hęc te largiẽte moribus ⁊ vita teneamus. Per dominum.

Lectio eplę beati Johannis apli.

1.Jo.5. Chariſſimi: Omne quod natũ eſt ex Deo, vincit mundum. Et hęc eſt victoria quę vincit mũdum: fides noſtra. Quis eſt autẽ; qui vincit mundũ: niſi qui credit, quoniã Jeſus eſt filiꝰ Dei: Hic eſt, qui venit per aquã ⁊ ſanguinem Jeſus Chriſtus. Nõ in aqua ſolũ: ſed in aqua, ⁊ ſanguine. Et ſpiritꝰ eſt, qui teſtificatur, qm̃ Chriſtus eſt veritas. Quõ tres ſunt qui teſtimonium dant in cęlo: pater, verbum, ⁊ ſpiritus ſanctus: ⁊ hi tres, vnum ſunt. Et tres ſunt, q teſtimonium dant in terra: ſpiritus, aqua, ⁊ ſanguis: ⁊ hi tres, vnum ſunt. Si teſtimonium hominum accipimꝰ: teſtimonium Dei maius eſt. Quoniam hoc eſt teſtimonium Dei qđ maius eſt: quia teſtificatus eſt de filio ſuo: Qui credit in filium Dei, habet teſtimonium Dei in ſe.

mat.28 Haleluiah, haleluiah. ℣. Jn die reſurrectionis meę, dicit dñs, pręcedã vos in Galileam. Halah. ℣. Poſt dies octo, ianuis Jo.20. clauſis, ſtetit Jeſus in medio diſcipulorum ſuorum, ⁊ dixit: Pax vobis. Haleluiah.

Sequẽtia ſcti euãg. ſm Johannẽ.

ca.20 Jn illo tẽpore. Cum eſſet ſero die illa, vna ſabbathorum, ⁊ fores eſſent clauſę, vbi erant diſcipuli congregati propter metum Judęorum: venit Jeſus, ⁊ ſtetit in medio eorum, ⁊ dixit eis. Pax vobis. Et cum hoc dixiſſet, oſtendit eis manꝰ, ⁊ latus. Gauiſi ſunt ergo diſcipuli viſo dño. Dixit ergo eis iterũ. Pax vobis. Sicut miſit me pater, ⁊ ego mitto vos. Hęc cũ dixiſſet, inſufflauit, ⁊ dicit eis. Accipite ſpiritũ ſanctũ: Quorũ remiſeritis peccata, remittuntur eis: ⁊ quorũ retinueritis, retenta ſunt. Thomas autẽ vnꝰ de duodecim, q dicitur Didymus, nõ erat cũ eis, quãdo venit Jeſus. Dixerũt ergo ei alij diſcipuli. Vidimus dñm. Jlle autẽ dixit eis. Niſi videro in manibus ciꝰ fixurã clauorũ, ⁊ mittã digitum meũ in locum clauorum, ⁊ mittam manum meã in latus eius: non credã. Et poſt dies octo, iterum erant diſcipuli eius intus, ⁊ Thomas cũ eis. Venit Jeſus ianuis clauſis, ⁊ ſtetit in medio, ⁊ dixit. Pax vobis. Deinde dicit Thomę. Jnfer digitũ tuum huc, ⁊ vide manus meas, ⁊ affer manũ tuã, ⁊ mitte in latus meũ: ⁊ noli eſſe incredulꝰ, ſed fidelis. Reſpõdit Thomas, ⁊ dixit ei. Dñs meus, ⁊ Deus meꝰ. Dicit ei Jeſꝰ. Quia vidiſti me Thoma, credidiſti: Beati qui non viderũt, ⁊ crediderũt. Multa quidem ⁊ alia ſigna fecit Jeſus in conſpectu

ſpectu diſcipulorũ ſuorũ, quę non ſunt ſcripta in libro hoc. Hęc autẽ ſcripta ſunt, vt credatis quia Jeſus eſt fili⁹ Dei: ⁊ vt credẽtes, vitã habeatis in nomine eius. Credo.

mat.28 Offertorium. Angelus domini, deſcendit de cęlo, ⁊ dixit mulieribus: quẽ quęritis, ſurrexit, ſicut dixit, Halleluiah. Secr.

SUſcipe munera, q̃ſumus dñe, exultãtis eccleſię: ⁊ cui cauſaʒ tãti gaudij prę́ſtitiſti, perpetuę fructuʒ concede lętitię. Per dominũ.

Jo.20. Cõm. Mitte manũ tuã, ⁊ cognoſce loca clauorum, halleluiah, ⁊ noli eſſe incredulus, ſed fidelis, hal'ah, hal'ah. Poſtcommu.

QUęſumus domine Deus noſter: vt ſacroſancta myſteria, quę pro reparationis noſtrę munimine contuliſti, ⁊ pręſens nobis remedium eſſe facias, ⁊ futurum. Per dominum noſtrum Jeſum.

¶ A feria ſecunda poſt oct. Paſchę, vſqʒ ad Aſcenſionẽ, poſt orationẽ diei dicuntur orationes ſequẽtes, ſi non eſt feſtũ duplex.

De beata virgine. Oratio.

COncede nos famulos tuos, quęſumus dñe Deus, perpetua mẽtis ⁊ corporis ſanitate gaudere: ⁊ glorioſa beatę Marię ſemper virginis interceſſione, a pręſenti liberari triſtitia; ⁊ ęterna perfrui lętitia. Per domi.

Contra perſecutores Eccleſię.

ECcleſię tuę, q̃s dñe, preces placatus admitte: vt, deſtructis aduerſitatib⁹ ⁊ erroribus vniuerſis, ſecura tibi ſeruiat libertate. p. d.

Vel pro Papa.

DEus omnium fideliũ paſtor, ⁊ rector, famulum tuum N. quem paſtorem Eccleſię tuę pręeſſe voluiſti, propiti⁹ reſpice: da ei quęſumus, verbo ⁊ exemplo, quibus pręeſt, proficere: vt ad vitam, vna cum grege ſibi credito, perueniat ſempiternam. Per dominuʒ.

De beata Virgine. Secreta.

TUa domine propitiatione ⁊ beatę Marię ſemper virginis interceſſione, ad ꝑpetuã atqʒ pręſenteʒ hęc oblatio nobis proficiat proſperitatẽ ⁊ paceʒ.

Contra ꝑſecutores Eccleſię. Sec.

PRotege nos domine, tuis myſterijs ſeruientes: vt, diuinis rebus inhęrentes, ⁊ corpore tibi famulemur, ⁊ mente. Per domi.

Vel pro Papa.

OBlatis, q̃s dñe, placare muneribus: ⁊ famulum tuum N. quem paſtorem Eccleſię tuę pręeſſe voluiſti, aſſidua protectione guberna. Per dominum noſtruʒ.

De beata virgine. Poſtcõmunio.

SUmptis domine ſalutis noſtrę ſubſidijs, da quęſum⁹, beatę Marię ſemper virginis patrocinijs nos vbiqʒ protegi: in cuius veneratione, hęc tuę obtulimus maieſtati.

Cõtra ꝑſecut. Eccleſię. Poſtcõm.

QUęſumus dñe Deus noſter: vt, quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non ſinas ſubiacere periculis. Per do.

Vel pro Papa.

HAEc nos quęſumus dñe, diuini ſacramenti perceptio protegat: ⁊ famulum tuũ N. quem paſtoreʒ Eccleſię tuę pręeſſe voluiſti, vna cum cõmiſſo ſibi grege, ſaluet ſemper ⁊ muniat. Per dominum.

DOMINICA SECVNDA
poſt Paſcha. Introitus.



ps 32. MIſericordia do-
mini plena eſt ter
ra, haleluiah: verbo do-
mini cęli firmati ſunt, ha
leluiah, halah. ps. Exul
tate iuſti in dn̄o: rectos
decet collaudatio. ℣.
Gloria p. Oremus.
DEus, q in filij tui humilitate,
iacentem mundum erexiſti:
fidelibus tuis perpetuam cōcede
lętitiam: vt quos perpetuę mortiſ
eripuiſti caſib⁹, gaudijs facias ſem
piternis perfrui. Per eundem do.
Alię orationes. Concede nos famu.
⁊ Ecclesię tuę. vel Deus oium. 130.
Lcō epiſtolę beati Petri apoſtoli.
1. ca. 2 CHariſſimi: Chriſtus paſſus
eſt ꝑ nobis, vobis relinquēſ
exemplum: vt ſequamini veſtigia
eius. Qui peccatum non fecit, nec
inuētus eſt dolus in ore eius. Qui
cū maledicerēt: nō maledicebat.
Cum pateretur, non comminaba
tur. Tradebat autem iudicanti ſe
iniuſte. Qui peccata noſtra ipſe ꝑ-
tulit in corpore ſuo ſuper lignum:
vt peccatis mortui, iuſtitię viua-
mus. Cui⁹ liuore ſanati eſtis. Era-
tis enim ſicut oues errantes, ſed
conuerſi eſtis nunc ad paſtorem,
⁊ epiſcopum animarum veſtrarū.
Lu. 24. Halah, halah. ℣. Cognouerunt diſcipu-
li dominū Jeſum in fractione panis. Halelu
iah. ℣. Ego ſum paſtor bonus, ⁊ cognoſco
Jo. 10. oues meas, ⁊ cognoſcunt me meę. Halah.
Sequētia ſctī euāg. ſm̄ Johānem.
cap. 10 IN illo tempore: Dixit Jeſus
phariſęis. Ego ſum paſtor bo
nus. Bonus paſtor animam ſuam
dat pro ouibus ſuis. Mercenari⁹
autē, ⁊ q non eſt paſtor: cuius non
ſunt oueſ ꝓprię, videt lupū veniē-
tē, ⁊ dimittit oues, ⁊ fugit: ⁊ lupus
rapit, ⁊ diſpgit oues. Mercenari⁹
autē fugit, qa mercenari⁹ eſt: ⁊ nō
ꝑtinet ad eū de ouib⁹. Ego ſum pa-
ſtor bon⁹, ⁊ cognoſco oues meas,
⁊ cognoſcūt me meę. Sicut nouit
me pater, ⁊ ego agnoſco patrē: ⁊
animā meā pono ꝑ ouib⁹ meiſ. Et
alias oueſ habeo, q̄ nō ſunt ex hoc
ouili: ⁊ illas oportet me addúcere,
⁊ vocem meā audient: ⁊ fiet vnum
ouile ⁊ vnus paſtor. Credo.
Offertorium. Deus Deus meus ad ps. 62
te de luce vigilo: ⁊ in nomine tuo leuabo
manus meas, Haleluiah. Secreta.
BEnedictionem nobis dn̄e cō
ferat ſalutarem ſacra ſemper
oblatio: vt quod agit myſterio, vir
tute perficiat. Per dominum no.
Tua dn̄e. Protege. vel Obl. 130.
Commu. Ego ſum paſtor bon⁹, halah Jo. 10.
⁊ cognoſco oues meas, ⁊ cognoſcunt me
meę, haleluiah, haleluiah. Poſtcōmu.
PReſta nobis, q̄s omnipotēs
De⁹: vt viuificationiſ tuę gra
tiam conſequentes, in tuo ſemper
munere glorıemur. Per dominū.
Sūptiſ. Quęſu. vel Hęc n. 130.

DOMINICA TERTIA
poſt Paſcha. Intr.



IUbilate Deo ois ps. 65.
terra, halah: pſal-
mū dicite nomini ei⁹ ha-
leluiah, date gloriā laudi
eius, haleuiah, halah.
ps. Dicite Deo, quā ter
ribilia ſunt opa tua dn̄e
in

in multitudine virtutis tuę mentientur tibi inimici tui. ℣. Gloria patri. Oremus.

Deus, qui errātib⁹, vt in viā poſſint redire iuſtitię, veritatis tuę lumē oſtēdis: da cūctis, qui Chriſtiana pfeſſione cenſentur, ⁊ illa reſpuere, q̄ huic inimica ſunt nomini, ⁊ ea q̄ ſunt apta ſectari. Per d.

Alię orationes. Concede nos famu. Eccleſię tuę. vel Deus omn. 130.

Lectio eple beati Petri Apoſtoli.

1.ca.2 Chariſſimi: Obſecro vos tanquā aduenas, ⁊ peregrinos abſtinere vos a carnalibus deſiderijs, quę militant aduerſus animā: conuerſationem veſtram inter gētes habentes bonam: vt in eo qđ detrectant de vobis, tanquaꝫ de malefactoribus: ex bonis operib⁹ vos conſiderantes, glorificēt Deū in die viſitationis. Subiecti igitur eſtote omni humanę creaturę propter Deuꝫ: ſiue Regi, quaſi pręcellenti: ſiue ducib⁹, tāquā ab eo miſſis, ad vindictam malefactorū, laudem vero bonorū: quia ſic eſt volūtas Dei, vt benefaciētes obmuteſcere faciatis imprudentium hominū ignorantiā. Quaſi liberi, ⁊ non quaſi velamen habentes malitię libertatē, ſed ſicut ſerui Dei. Oēs honorate. Fraternitatē diligite. Deū timete. Regē honorificate. Serui, ſubditi eſtote in omni timore dominis, nō tātū bonis ⁊ modeſtis, ſed etiā dyſcolis. Hęc eſt enim gratia: in Chriſto Jeſu domino noſtro.

Ps.110 Haleluiah, haleluiah. ℣. Redemptionē miſit dominus populo ſuo. Haleluiah. ℣.

Luc.4. Oportebat pati Chriſtū, ⁊ reſurgere a mortuis: ⁊ ita intrare in gloriā ſuā. Haleluiah.

M. R. R.

Sequētia ſcti euāg. ſm Johannē.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Modicum, ⁊ iam non videbitis me: ⁊ iterū, modicum, ⁊ videbitis me: quia vado ad patrem. Dixerunt ergo ex diſcipulis eius ad inuicem. Quid eſt hoc quod dicit nobis: Modicū, ⁊ non videbitis me, ⁊ iterum modicum, ⁊ videbitis me, ⁊ quia vado ad patrē? Dicebāt ergo. Quid eſt hoc quod dicit nobis, Modicum? Neſcimus qđ loquitur. Cognouit autē Jeſus quia volebāt eum interrogare: ⁊ dixit eis. De hoc quęritis inter vos: quia dixi, Modicum, ⁊ nō videbitis me: ⁊ iterum modicuꝫ, ⁊ videbitis me. Amen amen dico vobis, quia plorabitis ⁊ flebitis vos, mūd⁹ autē gaudebit, vos vero cōtriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudiū. Mulier cuꝫ parit, triſtitiā habet, quia venit hora eius: cū autē peperit puerū, iā non meminit preſſurę propter gaudium, quia natus eſt homo in mundū. Et vos igitur nūc quidē triſtitiam habetis. Iterū autem videbo vos, ⁊ gaudebit cor veſtrū: ⁊ gaudiū veſtrū nemo tollet a vobis. Credo. c.16

Offertorium.

Lauda anima mea dominum: laudabo dominum in vita mea: pſallam Deo meo quandiu ero, Haleluiah. Secreta. Ps.145

His nobis domine myſterijs conferatur, quo terrena deſideria mitigātes, diſcamus amare cęleſtia. Per dominum noſtrū Jeſum Chriſtum filium tuum. ⁊c.

Tua domine. Protege nos do. vel Oblatis, quęſumus do. 130.

## Communio.

Jo.16 Modicum ⁊ non videbitis me, halleluiah: iterū modicum, ⁊ videbitis me, quia vado ad patrē, halleluiah, hallā. **Poſtcōmu.**

Sacramenta que ſumpſimus, queſum⁹ domine ⁊ ſpiritualibus nos inſtaurent alimentis, ⁊ corporalibus tueantur auxilijs. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum: qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus, p omnia ſec. ſec. Amē.

Sumptis domine ſalutis noſtre.
Queſumus domine Deus noſt.
vel Hec nos, q̄s domine. fol. 130.

## DOMINICA QVARTA poſt Paſcha. Introitus.

ps.97.  Cantate domino canticum nouū halleluiah: quia mirabilia fecit dominus, halleluiah: ante conſpectū gentium reuelauit iuſtitiam ſuā, halleluiah, halleluiah, halleluiah.

ps. Saluauit ſibi dextera eius, ⁊ brachiū ſanctum eius. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto. Sicut erat. **Oremus.**

Deus, qui fideliū mētes vni⁹ efficis volūtatis: da populis tuis id amare quod precipis, id deſiderare quod promittis: vt inter mūdanas varietates, ibi nr̄a fixa ſint corda, vbi vera ſunt gaudia. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuū. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus: per omnia ſcl'a ſcl'orū. Amē.

Alie orationes. Concede nos famu.
Eccleſie tue queſumus domine.
vel Deus omnium fidelium. 130.

## Lectio ep'le b'ti Jacobi Apoſtoli.

Chariſſimi. Omne datū opti ca.1.
mum, ⁊ omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens a patre luminum, apud quem non eſt transmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio. Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis; vt ſimus initium aliquod creature eius. Scitis fratres mei dilectiſſimi. Sit autē omnis homo velox ad audiendū, tardus autē ad loquendum, ⁊ tardus ad irā. Ira enim viri iuſtitiam Dei non operatur. Propter quod abijcientes oēm immūditiā, ⁊ abundantiam malitie, in māſuetudine ſuſcipite inſitum verbum, qd̄ poteſt ſaluare animas veſtras.

Halleluiah, halleluiah. ℣. Dextera dn̄i fe ps.117
cit virtutem: dextera domini exaltauit me: dextera domini fecit virtutem, halleluiah.
℣. Chriſtus reſurgens ex mortuis, iā non moritur: mors illi vltra non dn̄abit, hallā.

## Sequētia ſcti euāg. ſm Johannē.

In illo tēpore. Dixit Jeſus di cap.16
ſcipulis ſuis. Vado ad eū, qui miſit me: ⁊ nemo ex vobis interrogat me, quo vadis? Sed, quia hec locutus ſum vobis: triſtitia impleuit cor veſtrum. Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis, vt ego vadā. Si enim non abiero, paraclit⁹ non veniet ad vos. Si autē abiero, mittam eum ad vos. Et cū venerit ille, arguet mūdū de peccato, ⁊ de iuſtitia, ⁊ de iudicio. De peccato quidem: quia nō crediderunt in me. De iuſtitia vero: qa ad patrem vado, ⁊ iam non videbitis me. De iudicio aūt, quia princeps huius mundi iam iudicatus eſt.

Adhuc habeo multa vobis dicere: ſed nõ poteſtis portare modo. Cũ autẽ venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnẽ veritatẽ. Nõ enĩ loquetur a ſemetipſo: ſed quecunq; audiet, loquetur: ⁊ que ventura ſunt annũciabit vobis. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet, ⁊ annũciabit vobis. Credo.

Ps. 65. Offertorium. Iubilate Deo omnis terra, iubilate Deo vniuerſa terra: pſalmuȝ dicite nomini eius: venite, ⁊ audite, ⁊ narrabo vobis omnes qui timetis Deũ, quanta fecit dñs anime mee, halleluiah. Secr.

Deus, q nos per huius ſacrificij veneranda commercia, vnius, ſummeq; diuinitatis participes eſſe feciſti: preſta queſumus: vt ſicut tuam cognouimus veritatem, ſic eam dignis moribus aſſequamur. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuũ. Qui. Sua domine propitiatione. ⁊c. Protege nos domine, tuis myſt. vel Oblatis, queſumus dñe. 130.

Communio.

Jo. 16. Cum venerit paraclitus ſpiritus veritatis, ille arguet mundum de peccato, ⁊ de iuſtitia, ⁊ de iudicio, halleluiah, halleluiah.

Poſtcommunio.

Preſto nobis domine Deus noſter: vt per hec, que fideliter ſumpſimus, ⁊ purgemur a vitijs, ⁊ a periculis omnibus eruamur. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſecu. Sumptis domine ſalutis noſtre. Queſumus domine Deus noſt. vel Hec nos, q̃s domine. fol. 130.



DOMINICA QVINTA poſt Paſcha. Introitus.



Vocem iucunditatis annunciate: ⁊ audiatur halleluiah: annunciate vſque ad extremum terre: liberauit dominus populum ſuũ, halleluiah, halleluiah. Ps. Iubilate Deo omnis terra, pſalmum dicite, nomini eius, date gloriam laudi eius. V. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto. ps. 65

Oremus.

Deus, a quo bona cuncta procedunt: largire ſupplicibus tuis: vt cogitemus te inſpirante que recta ſunt: ⁊ te gubernante, eadem faciamus. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filiuȝ tuũ Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnit. Alie orationes. Concede nos fam. ⁊ Eccleſie tue queſumus domine. vel Deus omnium fidelium. 130.

Lectõ epiſtole bti Iacobi apoſtoli.

Chariſſimi: Eſtote factores verbi, ⁊ non auditores tantum, fallentes voſmetipſos. Quia ſiquis auditor eſt verbi, ⁊ non factor: hic comparabitur viro conſideranti vultuȝ natiuitatis ſue in ſpeculo. Conſiderauit enim ſe, ⁊ abijt, ⁊ ſtatim oblitus eſt qualis fuerit. Qui autẽ perſpexerit in lege perfecte libertatis, ⁊ permanſerit in ea, non auditor obliuioſus factus, ſed factor operis: hic beatus in facto ſuo erit. Siquis autẽ putat ſe religioſum eſſe, non refrenans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum: huius vana eſt religio. Religio munda ⁊ immacula- ca. 1

ta apud Deum, ⁊ patrem hęc eſt. Viſitare pupillos ⁊ viduas in tribulatione eorum: ⁊ immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſęculo.

Haleluiah, haleluiah. ℣. Surrexit Chriſtus, ⁊ illuxit nobis, quos redemit ſanguine ſuo. Haleluiah. ℣. Exiui a patre, ⁊ veni in mundum: iterum relinquo mundum, ⁊ vado ad patrem, Haleluiah.

Sequẽtia ſcti euãg. ſm Johannẽ.

Jo.16. In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Amen amen dico vobis: ſiquid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Vſq; modo non petiſtis quicquã in nomine meo. Petite, ⁊ accipietis: vt gaudium veſtrum ſit plenum. Hęc in prouerbijs locutus ſum vobis. Venit hora, cum iam non in prouerbijs loquar vobis, ſed palam de Patre annunciabo vobis. Jllo die in nomine meo petetis. Et non dico vobis, quia ego rogabo patrem de vobis, Jpſe enim pater amat vos, quia vos me amaſtis, ⁊ credidiſtis, quia a Deo exiui. Exiui a patre, ⁊ veni in mundum, iterum relinquo mundum, ⁊ vado ad patrem. Dicunt ei diſcipuli eius. Ecce nunc palam loqueris, ⁊ prouerbium nullum dicis. Nunc ſcimus quia ſcis omnia, ⁊ non eſt opus tibi, vt quis te interroget. Jn hoc credimus, quia a Deo exiſti. Credo in vnum.

Offertorium.

Ps.65 Benedicite gentes dominum Deum noſtrum, ⁊ obaudite vocem laudis eius: qui poſuit animam meam ad vitam, ⁊ non dedit commoueri pedes meos. Benedictus dominus, qui non amouit deprecationem meam, ⁊ miſericordiam ſuam a me, haleluiah.

Secreta.

Suſcipe domine fidelium preces cum oblationibus hoſtiarum: vt per hęc pię deuotionis officia, ad cęleſtem gloriam transeamus. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum. Qui. [illegible]ua dñe. ⁊ Protege nos domi. vel Oblatis, quęſumus dñe. 130.

Communio.

Cantate domino, haleluiah: cantate domino, ⁊ benedicite nomini eius: bene nunciate de die in diem ſalutare eius, haleluiah, haleluiah. Ps.95

Poſtcommunio.

Tribue nobis domine cęleſtis menſę virtute ſatiatis, ⁊ deſiderare quę recta ſunt, ⁊ deſiderata percipere. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium. Sumptis domine. Quęſum⁹ d. vel Hęc nos. 130.

IN LITANIIS MAIORIBVS in feſto Sancti Marci. Statio ad Sanctum Petrum. Et in minoribus ante Aſcenſionem, Feria ij. Rogationum, Statio ad ſanctam Mariam Maiorem. Feria iij. ad ſanctum Johannem in Laterano. Feria iiij. ad S. Petrum. Introit⁹.

Exaudiuit de templo ſancto ſuo vocẽ meã, haleluiah: ⁊ clamor meus in conſpectu eius introiuit in aures eius, haleluiah, haleluiah. Ps.17 Ps. Diligam te domine fortitudo mea: dominus firmamentum meum ⁊ refugium meum, ⁊ liberator meus. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſan. Jn hac Miſſa non di. Gloria in excelſis.

fis. neqʒ C redo. O remus.

**P**Reſta, queſumus, omnipotẽs Deus: vt, qui in afflictione noſtra de tua pietate confidimꝰ, contra aduerſa omnia, tua ſemper protectione muniamur. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viu.

Alie orationes. C onccde nos famu. ⁊ E ccleſie tue. vel D euſ om. 130.

Lectio ep̃le bti Jacobi Apoſtoli.

ca. 5. **C**Hariſſimi: Confitemini alterutrum peccata veſtra, ⁊ orate pro inuicem vt ſaluemini. Multuʒ enim valet deprecatio iuſti aſſi-
3. Re. cap. 17. dua. Elias homo erat ſimilis nobis paſſibilis, ⁊ oratione orauit vt non plueret ſuper terram: ⁊ non pluit annos tres ⁊ menſes ſex. Et rurſum orauit: ⁊ celum dedit pluuiam, ⁊ terra dedit fructum ſuuʒ. Fratres mei, ſiquis ex vobis errauerit a veritate, ⁊ cõuerterit quis eum: ſcire debet, quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore vie ſue, ſaluabit animã eiꝰ a morte, ⁊ operiet multitudinẽ peccatorũ.

H aleluiah. ℣. Cõfitemini domino, quoniã bonus: qm̃ in ſeculũ miſericordia eiꝰ.

Sequẽtia ſancti euãg. ſm Lucam.

ca. 2. **I**N illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Quis veſtruʒ habebit amicum, ⁊ ibit ad illũ media nocte, ⁊ dicet illi, Amice, accõmoda mihi tres panes: quoniam amicus meus venit de via ad me, ⁊ non habeo quod ponam ante illum. Et ille deintus reſpondens dicat, Noli mihi moleſtus eſſe: iaʒ oſtium clauſuʒ eſt, ⁊ pueri mei mecum ſunt in cubili: non poſſuʒ ſurgere, ⁊ dare tibi. Et, ſi ille perſeuerauerit pulſans: dico vobis, etſi nõ dabit illi ſurgens eo ꝙ amicus eiꝰ ſit, propter improbitatem tamen eius ſurget, ⁊ dabit illi quotquot habet neceſſarios. Et ego dico vobis: Petite, ⁊ dabit̃ vobis: querite, ⁊ inuenietis: pulſate, ⁊ aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: ⁊ q̄ querit inuenit: ⁊ pulſanti aperietur. Quis auteʒ ex vobis patrem petit paneʒ, nunquid lapidem dabit illi? Aut piſcem nũquid pro piſce ſerpentem dabit illi? Aut ſi petierit ouum: nunquid porriget ei ſcorpionem? Si ergo vos cum ſitis mali, noſtis bona data dare filijs veſtris: quanto magis, pater veſter de celo, dabit ſpiritum bonum petentibus ſe?

Offertorium.

C onfitebor domino nimis in ore meo: ⁊ in medio multorum laudabo eum, qui aſtitit a dextris pauperis, vt ſaluam faceret a perſequentibus animam meam, haleluiah. ps. 108

Secreta.

**H**Ec munera, queſumus domine, ⁊ vincula noſtre prauitatis abſoluant, ⁊ tue nobis miſericordie dona concilient. Per dñm.

T ua d. P rotege. vel O bla. 130.

Communio. P etite, ⁊ accipietis: querite, ⁊ inuenietis, pulſate, ⁊ aperietur vobis: omnis eniʒ q̄ petit, accipit, ⁊ qui querit, inuenit, ⁊ pulſanti aperiet̃, hal'ah. Lu. 11

Poſtcõ.

**V**Ota noſtra, queſumus dñe, pio fauore proſequere: vt dũ dona tua in tribulatione percipimus: de cõſolatione noſtra, in tuo amore creſcamus. Per dominuʒ.

S ũptis. Q ueſu. vel H ec n. 130.

IN VIGIL. ASCENSIONIS.
Si hodie occurrat feſtuȝ ſimplex, fit de ipſo tantũ cõmem. in Miſſa. Si occurrat feſtum duplex vel ſemiduplex, Miſſa dicitur de feſto cum commemora. vigilię. Sed in Eccleſijs collegiatis dicuntur duę Miſſę; vna de feſto, alia de vigilia. Introitus.

Iſa.48 
VOcem iucunditatis annunciate, ⁊ audiatur, haleluiah: annunciate vſqȝ ad extremum terrę, liberauit dominus populuȝ ſuum, haleluiah, haleluiah.
Pſ.65 Pſ. Jubilate Deo omnis terra: pſalmum dicite nomini eius, date gloriam laudi eius. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Et dicitur Gloria in excelſis. Oremus

DEus, a quo bona cuncta procedunt, largire ſupplicibus tuis: vt cogitemus te inſpirante, quę recta ſunt, ⁊ te gubernante eadem faciamus. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium.
Secũda oõ de rogatio. Preſta q̃s. vt ſu. tertia de S. Maria. Cõcede nos. 130.

Ubi autem in Eccleſijs collegiatis dicitur alia quoqȝ Miſſa de rogationibus: ſecunda oratio erit de S. Maria: tertia cõtra perſecutores Eccleſię, vel pro Papa: vt ſupra poſt Dñicã in octaua Paſchę.

Lcõ eplę bti Pauli apli ad Ephe.

ca.4. FRatres. Unicuiqȝ noſtrum data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti. Propter quod dicit. Aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitateȝ: dedit dona hominibus. Quod autem aſcendit: quid eſt, niſi quia ⁊ deſcendit primũ in inferiores partes terrę? Qui deſcendit, ipſe eſt ⁊ qui aſcendit ſuper omnes cęlos; vt adimpleret omnia. Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam auteȝ Prophetas, alios vero Euangeliſtas, alios autem paſtores ⁊ doctores, ad conſummationem ſanctorum, in opus miniſterij, in ędificationem corporis Chriſti: donec occurramus omnes in vnitatem fidei, ⁊ agnitionis filij Dei: in virum perfectum, in menſuram ętatis plenitudinis Chriſti.

Haleluiah, haleluiah. ℣. Surrexit Chri- Jo.16.
ſtus, ⁊ illuxit nobis, quos redemit ſanguine ſuo. Haleluiah. ℣. Exiui a patre, ⁊ veni in mundum: iterum relinquo mundum, ⁊ vado ad patrem. Haleluiah.

Sequẽtia ſcti euãg. ſm Johannẽ.

IN illo tempore: Subleuatis ca.16.
Jeſus oculis in cęlum dixit. Pater, venit hora, clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te. Sicut dediſti ei poteſtateȝ omnis carnis, vt omne quod dediſti ei, det eis vitam ęternam. Hęc eſt autem vita ęterna: Ut cognoſcant te ſolũ Deum verum, ⁊ quem miſiſti Jeſum Chriſtum. Ego te clarificaui ſuper terram: opus conſummaui quod dediſti mihi vt faciam. Et nunc clarifica me tu pater apud temetipſum claritate, quam habui, priuſquam mundus fieret, apud te. Manifeſtaui nomen tuum hominibus, quos dediſti mihi de mũdo. Tui erant, ⁊ mihi eos dediſti: ⁊ ſermonem tuum ſeruauerunt. Nunc cognouerunt, quia omnia

quę

q̃ dediſti mihi, abs te ſunt, qa verba q̃ dediſti mihi, dedi eis. Et ipſi acceperunt: ⁊ cognouerunt vere, quia a te exiui: ⁊ crediderũt, quia tu me miſiſti. Ego pro eis rogo. Nõ pro mundo rogo, ſed pro his quos dediſti mihi: quia tui ſunt. Et mea omnia, tua ſunt: ⁊ tua mea ſunt: ⁊ clarificatus ſum in eis. Et iam non ſum in mundo: ⁊ hi in mũdo ſunt: ⁊ ego ad te venio.

Ps. 65. **Offertorium.**

Benedicite gentes dominum Deum noſtrum: ⁊ obaudite vocem laudis eius, qui poſuit animam meam ad vitam: ⁊ non dedit commoueri pedes meos. Benedictus dñs, qui non amouit deprecationẽ meam, ⁊ miſericordiã ſuã a me, haleluiah. **Secr.**

Suſcipe domine fidelium preces cum oblationibus hoſtiarum: vt per hec pie deuotionis officia, ad celeſtem gloriam tranſeamus. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum: Qui tecũ viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſe.

Tua domine propitiatione. ⁊c.
Protege nos domine tuis my. vel
Oblatis q̃ſumus domine. 130.
dicitur Prefatio Paſchalis.

**Communio.**

Ps. 95. Cantate domino: haleluiah: cantate domino, ⁊ benedicite nomini eius: bene nunciate de die in diem ſalutare eius, haleluiah, haleluiah. **Poſtcommunio.**

Tribue domine celeſtis menſe virtute ſatiatis, ⁊ deſiderare que recta ſunt, ⁊ deſiderata percipere. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuũ. Qui.
Sũptis. Queſu. vel Hec. 130.

# IN DIE ASCENSIONIS DOMINI.



**Statio ad S. Petrũ. Introit⁹.** 7.

1. Act. Viri Galilei, quid admiramini aſpicientes in celũ: haleluiah: quẽadmodum vidiſtis eum aſcendentem in celũ, ita veniet: hal̃a, hal̃ah, hal. **Ps.**

Ps. 46. Oẽs gẽtes plaudite manib⁹: iubilate Deo in voce exultationis. **V.** Glo. **O**rem⁹.

Concede, queſumus, omnipotens Deus: vt, qui hodierna die vnigenitum tuum redemptorem noſtrum ad celos aſcendiſſe credimus, ipſi quoq; mente in celeſtibus habitemus. Per eundẽ.

**Lectio Actuum Apoſtolorum.**

ca. 1. Primum quidem ſermonem feci de omnibus, o Theophile, que cepit Ieſus facere, ⁊ docere: vſque in diem, qua precipiens apoſtolis, per ſpiritum ſanctum quos elegit, aſſumptus eſt: quibus ⁊ prebuit ſeipſum viuũ poſt paſſionem ſuã in multis argumentis,

per

p dies quadraginta apparés eis, ⁊ loqués de regno Dei. Et conueſcés, pcepit eis, ab Jeroſolymis ne diſcederét, ſed expectarét promiſſioné patris, quá audiſtis (inquit) p os meű: qa Johánes quidé baptizauit aqua, vos auté baptizabimini Spiritu ſancto nó poſt multos hos dies. Igit q couenerát, interrogabát eű dicétes. Dñe, ſi in tépore hoc, reſtitues regnű Iſrael? Dixit auté eis. Nó eſt veſtrű noſſe tépora, vel momenta, q pater poſuit in ſua poteſtate: ſed accipietis virtuté ſuperueniétis ſpirit⁹ ſancti in vos, ⁊ eritis mihi teſtes in Jeruſalé, ⁊ in omni Judea, ⁊ Samaria, ⁊ vſq; ad vltimű terre. Et cű hoc dixiſſet, vidétibus illis eleuatus eſt: ⁊ nubes ſuſcepit eu ab oculis eorű. Cűq; intuerentur in celum eűté illű, ecce duo viri aſtiterűt iuxta illos in veſtibus albis, qui ⁊ dixerűt. Uiri Galilei, qd ſtatis aſpiciétes in celű? Hic Jeſus q aſſumpt⁹ eſt a vobis in celű, ſic veniet, quemadmodű vidiſtis eű eunté in celu.

ps.46 Halleluiah, halleluiah. ℣. Aſcendit Deus in iubilatione: ⁊ dominus in voce tube. Halleluiah. ℣. Dominus in Sina, in ſancto, aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatem. Halleluiah.

Sequétia ſcti euág. ſm Marcum.

ca.16 In illo tempore: Recumbentibus vndecim diſcipulis, apparuit illis Jeſus: ⁊ exprobrauit incredulitatem eorum, ⁊ duritiam cordis, quia his qui viderát eű reſurrexiſſe; non crediderunt. Et dixit eis. Euntes in mundum vniuerſum, predicate euangeliu omni creature. Qui crediderit, ⁊ baptizatus fuerit, ſalu⁹ erit. Qui vero non crediderit: códemnabitur. Signa autem eos qui crediderint, hec ſequétur. In nomine meo demonia eiicient. Linguis loquétur nouis. Serpétes tollét. Et, ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super egros manus imponét, ⁊ bene habebunt. Et dñs quidem Jeſus, poſtquá locut⁹ eſt eis, aſſumptus eſt in celum, ⁊ ſedet a dextris Dei. Illi auté pfecti, predicauerűt vbiq;: dño cooperante, ⁊ ſermoné cófirmante, ſequentibus ſignis.

¶ Dicto euágelio extinguit cere⁹ paſchalis, nec vlteri⁹ accendit, niſi in Sabbatho Pétec. ad benedictioné fontiű. Credo.

Offert. Aſcendit Deus in iubilatione, ⁊ dominus in voce tube, halleluiah. ps.146 Secr.

Suſcipe dñe munera, que pro filij tui glorioſa Aſcéſione deferimus: ⁊ concede ppiti⁹, vt a preſentibus periculis liberemur, ⁊ ad vitam perueniamus eternam. Per eundem dominum noſtrű Jeſum.

Prefatio. Per Chriſtum dñm noſtrum. Qui poſt reſurrectioné. 109.

Et dicitur vſq; ad vigiliam Pentecoſtes excluſiue. Communicátes, ⁊ diem ſacratiſſimum celebrátes. quo. 109.

Et dicitur per octauam tantum. Cómu. ps.67 Pſallite dño, qui aſcendit ſuper celos celorum ad orientes, halleluiah. Poſtcom.

Preſta nobis, queſum⁹, omnipotens ⁊ miſericors Deus: vt que viſibilibus myſterijs ſumenda percepimus, inuiſibili cóſequamur effectu. Per dominum noſt.

Infra oct. Aſcéſionis quotidie di Miſſa de Aſcé. niſi feſtű duplex vel ſemidu. occurrat.

rat, de quo tunc fit cum commemoratione octauę: de ſimplici autē fit tantum cōmemoratio. Poſt oratione diei dicit̃ ſecunda oratio de S. Maria. Concede nos fam. tertia Eccleſię. vel pro Papa, vt ſupra poſt Dominicaꝫ in octaua Paſchę. 130.

DOMINICA INFRA octauam Aſcenſionis. Introitus.

Ps. 62 Exaudi domine vocē meam, qua clamaui, ad te haleluiah: tibi dixit cor meum, quęſiui vultuꝫ tuum, vultum tuuꝫ domine requiram: ne auertas faciem tuaꝫ a me, haleluiah, haleluiah. Ps. Dominus illuminatio mea, ꝛ ſal⁹ mea: quē timebo? ℣. Gloria patri, ꝛ fi. Oremus.

Omnipotēs ſempiterne De⁹, fac nos tibi ſemper ꝛ deuotam gērere voluntatē, ꝛ maieſtati tuę ſyncēro corde ſeruire. Per do.

Et fit commemora. de Aſcenſione tantum. Concede quęſumus. vt ſupra.

Lcō epiſtolę btī Petri Apoſtoli.

1. cap. 4 Chariſſimi. Eſtote prudētes: ꝛ vigilate in orationibus. Ante omnia autē, mutuā in vobiſmet ipſis charitatē cōtinuā habentes: quia charitas operit multitudinē peccatorum. Hoſpitales inuicem ſine murmuratione. Vnuſquiſqꝫ ſicut accepit gratiā, in alterutrū illā adminiſtrātes: ſicut boni diſpenſatores multiformis gratię Dei. Si quis loquit̃: quaſi ſermones Dei. Si quis miniſtrat, tāquā ex virtute quā adminiſtrat Deus. Vt in omnibus honorificetur Deus, per Jeſum Chriſtum dominum noſtrū.

Ps. 46 Haleluiah, haleluiah. ℣. Regnauit dominus ſuper omnes gentes: Deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam, haleluiah. ℣. Non vos relinquam orphanos: vado, ꝛ venio ad vos, ꝛ gaudebit cor veſtrū, haleluiah. Jo. 14

Sequētia ſcti euāg. ſm Johannē.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Cum venerit paraclitus, quē ego mittā vobis a patre ſpiritū veritatis, q̄ a patre ꝓcedit, ille teſtimoniū perhibebit de me. Et vos teſtimoniū ꝑhibebitis: q̄a ab initio mecū eſtis. Hęc locut⁹ ſuꝫ vobis, vt nō ſcādalizemini. Abſque ſynagogis faciēt vos. Sed venit hora, vt oīs q̄ interficit vos, arbitret̃ obſequiū ſe p̄ſtare Deo. Et hęc faciēt vobis: q̄a nō nouerūt patrē, neqꝫ me. Sed hęc locut⁹ ſū vobis: vt cū venerit hora eorū, reminiſcamini, q̄a ego dixi vobis. Credo C. 15. 16

Offert. Aſcendit Deus in iubilatione: ꝛ dominus in voce tubę, haleluiah. Secr. Ps. 46

Sacrificia nos dñe immaculata purificēt, ꝛ mētib⁹ noſtris supernę gratię dēt vigorē. Per d.

Pro Aſcēſione. Suſcipe dñe mun.

Cōm. Pater cū eſſeꝫ cū eis, ego ſeruabā eos, quos dediſti mihi, hal. ah: nūc autē ad te venio: nō rogo vt tollas eos de mundo, ſed vt ſerues eos a malo, hal. hal. Poſtc. Jo. 17.

Repleti dñe munerib⁹ ſacris, da q̄s, vt in gratiaruꝫ ſemper actione maneamus. Per dominū.

Pro Aſcenſione. Preſta nobis.

¶ In octaua Aſcēſionis dr̄ Miſſa ſicut in die, cum vna tātū oratione. Si feria vj. poſt oct. Aſcenſ. feſtū dup. vel ſemidup. nō fuerit, Miſſa dr̄ de Dñica p̄terita, cū oratione de S. Maria. Cōce. ꝛ Eccleſię. 130. vel pro Papa. De ſimplici fit tantuꝫ commemoratio: ꝛ non dicitur Credo.

In

## IN VIGIL. PENTECOSTES.

Statio ad S. Johãnẽ i Laterano.

Hora cõpetenti dr̃ Nona. Qua finita, ſacerdos ⁊ miniſtri induti veſtimentis violaceis facta reuerentia ante altare in locis ſuis ſedent: poſtea leguntur prophetię ſine titulo. Jn fine prophetiarũ dicunt orationes ſine Flectamꝰ genua.

Prophetia prima. In diebꝰ illis. Tẽtauit deꝰ Abr. vt in Sabbatho ſcõ 91. qua finita ſacerdos dicit Oremus.

Deus, q̄ in Abrahę famuli tui opere, humano generi obediẽtię exẽpla prębuiſti: cõcede nobis, ⁊ noſtrę volũtatis prauitatez frãgere, ⁊ tuorũ pręceptoruz rectitudinez in oibus adimplere. Per.

Prophetia ſecunda. In diebus illis: Factuz eſt in vigilia matutina. vt in Sabbatho Sancto. folio 91.

Exo.15 Tractus. Cãtemus domino, glorioſe enim honorificatus eſt: equum ⁊ aſcenſorez proiecit in mare: adiutor ⁊ protector factus eſt mihi in ſalutẽ. ℣. Hic Deus meꝰ, ⁊ honorificabo eum Deus patris mei; ⁊ exaltabo eum. ℣. Dominus conterens bella: dominus nomẽ eſt illi. Oremus.

Deus, qui in primis tẽporibꝰ impleta miracula noui teſtamenti luce reſeraſti, vt ⁊ mare rubrum forma ſacri fontis exiſteret, ⁊ liberata plebs ab Ægyptiaca ſeruitute, Chriſtiani populi ſacramẽta pferret: da, vt oẽs gẽtes, Jſraelis priuilegiũ merito fidei cõſecutę ſpiritus tui participatione regenerent. Per do. in vnitate eiuſdez.

Prophetia iij. In diebꝰ illis: ſcripſit Moyſes cãticũ. vt in ſabbatho ſcõ. 93.

Deu.32 Tractus. Attende cęlum, ⁊ loquar: audiat terra verba ex ore meo. ℣. Expectetur ſicut pluuia eloquium meum: ⁊ deſcendant ſicut ros verba mea. ℣. Sicut imber ſuper gramen, ⁊ ſicut nix ſuper fęnum: quia nomen domini inuocabo. ℣. Date magnitudinem Deo noſtro: Deus verax: opera eius, ⁊ omnes vię eius iudicia. ℣. Deus fidelis, in quo non eſt iniquitas: iuſtus ⁊ ſanctus dominus. Oremus.

Deus glorificatio fidelium, ⁊ vita iuſtorũ, qui per Moyſen famulum tuum nos quoqꝫ modulatione ſacri carminis erudiſti, vniuerſis gentibus miſericordię tuę munus operare, tribuendo beatitudinem, auferendo terrorem: vt quod pronunciatum eſt ad ſupplicium, in remedium transferatur ęternum. Per dominum noſtruz.

Prophetia iiij. Apprehẽdẽt ſeptez mulieres. vt in Sabbatho ſancto. 93.

Tractus. Vinea facta eſt dilecto meo in cornu in loco vberi. ℣. Et maceriaz circũdedit, ⁊ circunfodit, ⁊ plantauit vineam Sorec, ⁊ ędificauit turrim in medio eius. ℣. Et torcular fodit in ea: vinea enim dñi Sabaoth, domus Jſrael eſt. Oremus. Iſa.5

Omnipotẽs ſempiterne Deꝰ, qui per vnicum filium tuuz, eccleſię tuę demonſtraſti te eſſe cultorem, omnem palmitem, fructum in eodem Chriſto tuo, qui vera vitis eſt, afferentem, clementer excolẽs, vt fructus afferat ampliores: fidelibꝰ tuis, quos velut vineaz ex Ægypto, per fontem baptiſmi trãſtuliſti, nullę peccatoruz ſpinę pręualeãt: vt ſpiritus tui ſanctificatione muniti, perpetua fruge ditentur. Per eundẽ. in vnitate eiuſdẽ.

Prophetia quinta. Audi Jſrael mãdata. vt in ſabbatho ſancto. 92. Oremus.

Deus,

DEus, q nobis p prophetarũ ora p̃cepiſti tẽporalia relinquere, atq; ad ęterna feſtinare: da famulis tuis, vt, q̃ a te iuſſa cognouimus, implere cęleſti inſpiratione valeamus. Per dominũ noſtrũ.

Prophetia ſexta. In diebus illis. Facta eſt ſuper me manus domini. vt in ſabbatho ſancto. 92. Oremus.

DOmine Deus virtutum, qui collapſa reparas, ꝛ reparata cõſeruas, auge populos in tui nominis ſanctificatione renouãdos: vt omnes, qui ſacro baptiſmate diluuntur, tua ſemper inſpiratione dirigantur. Per dominũ noſtrũ.

His expletis deſcẽdendo ad fontes cantat

Ps. 41 Tractus. Sicut ceru' deſiderat ad fontes aquarum: ita deſiderat anima mea ad te Deus. ℣. Sitiuit anima mea ad Deũ fontem viuum: quãdo veniam, ꝛ apparebo ante faciem Dei mei? ℣. Fuerunt mihi lacrymę meę panes die ac nocte, dum dicitur mihi per ſingulos dies: vbi eſt Deus tuus?

Deinde ad fontes, antequam ſacerdos intret ad benedictionem fontium, dicit Dominus vobiſcum. Oremus.

COncede, quęſumus omnipotens Deus: vt, qui ſolennitatem doni ſancti ſpiritus colimus: cęleſtibus deſiderijs accenſi, fontem vitę ſitiamus. Per dominum noſtrum. in vnitate eiuſdem ſpiri.

¶ Deinde proceditur ad benedictionem fontium, vt in Sabbatho ſancto.

¶ Ubi vero non fuerint fontes, Tractus, Sicut ceruus ꝛ oratio ſequens Tractum, ꝛ fontium benedictio prętermittuntur: ſed finita oratione Dñe Deus virtutum. ſacerdos caſula depoſita cum miniſtris ante altare procũbit: ꝛ alijs omnibus genuflexis cãtãtur litanię a duobus cantoribus in medio chori, vtroq; choro idem ſimul reſpondente. Circa finẽ litaniarũ ſacerdos ꝛ miniſtri, ſolenniter induuntur veſtimẽtis rubeis, ꝛ accenduntur luminaria circa altare. Peruẽto autẽ ad Kyrie eleiſon. Litaniarum, Kyrie eleiſon. pro Miſſa a cantoribus ſolenniter incipitur. Quo incepto, ſacerdos cũ miniſtris facit cõfeſſionẽ ꝛ aſcẽdens ad altare finito Kyrie eleiſon. incipit ſolenniter Gloria in excelſis. Et campanę pulſantur. Oratio.

PRęſta, quęſumus, omnipotẽs Deus: vt claritatis tuę ſup nos ſplendor effulgeat: ꝛ lux tuę lucis, corda eorum qui per gratiam tuã renati ſunt, ſancti ſpiritus illuſtratione confirmet. Per dominũ noſtrum. in vnitate eiuſdem ſpiritus.

Lectio Actuum Apoſtolorum. ca. 19.

IN diebus illis. Factuꝫ eſt cũ Apollo eſſet Corinthi, vt Paulus peragratis ſuperioribus partibus veniret Epheſum, ꝛ inueniret quoſdaꝫ de diſcipulis: dixitq; ad eos. Si ſpiritũ ſanctũ accepiſtis credentes? At illi dixerũt ad euꝫ: Sed neq; ſi ſpiritus ſanct' eſt, audiuim'. Ille vero ait. In quo ergo baptizati eſtis? Qui dixerũt. In Johãnis baptiſmate. Dixit autẽ Paul'. Johãnes baptizauit baptiſmo pęnitentię populum dicens, in eum qui venturus eſſet poſt ipſuꝫ vt crederẽt, hoc eſt, in Jeſum. His auditis baptizati ſunt in nomine dñi Jeſu. Et cũ impoſuiſſet illis manus Paulus, venit ſpiritus ſanct' ſup eos, ꝛ loquebantur linguis, ꝛ prophetabãt. Erant autẽ oẽs viri fere duodeciꝫ. Introgreſſus autẽ

Paulus

Paulus in ſynagogam, cū̃ fiducia loquebatur per tres mẽſes diſpũtans & ſuádens de regno Dei.

ps.106 Halleluiah. ℣. Confitemini dño, quoniã bonus: quoniã in ſeculũ miſericordia eius. non repetit Alla'ah, ſed immediate ſequit.

ps.116 Tractus. Laudate dñm oẽs gentes: & collaudate eum omnes populi. ℣. Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius: & veritas domini manet in eternum.

Ad euangelium non portantur luminaria, ſed incenſum tantum.

Sequẽtia ſcti euãg. ſm Johannẽ.

ca.14 IN illo tẽpore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Si diligitis me, mandata mea ſeruate. Et ego rogabo patrẽ, & aliũ paraclitũ dabit vobis, vt maneat vobiſcũ in eternum, Spiritum veritatis, quẽ mũdus non poteſt accipere, quia non videt eum, nec ſcit eũ. Vos autem cognoſcetis eum: quia apud vos manebit, & in vobis erit. Non relinquã vos orphanos: veniã ad vos. Adhuc modicum: & mundus me iam non videt. Vos autẽ videtis me: quia ego viuo, & vos viuetis. In illo die vos cognoſcetis, quia ego ſũ in patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Qui habet mãdata mea, & ſeruat ea: ille eſt qui diligit me. Qui autem diligit me: diligetur a patre meo: & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum.

Non dicitur Credo. Offertorium.

ps.103 Emitte Spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terre: ſit gloria domini in ſecula, halleluiah.

Secreta.

MUnera, queſumus domine, oblata ſanctifica: & corda noſtra Sancti Spiritus illuſtratione emunda. Per dominũ noſtrũ. in vnitate eiuſdem ſpiritus ſancti.

Prefatio. Per Chriſtum dominum noſtrum, Qui aſcendens ſuper omnes celos. folio 109.

Infra actionẽ. Communicãtes, & diem ſacratiſſimũ Pentecoſtes. & Hanc igit oblationẽ ſerui. 110.

Et dicuntur vſque ad ſequens ſabbathum incluſiue.

Communio. Ultimo feſtiuitatis die dicebat Jeſus: Qui in me credit, flumina de ventre eius fluent aque viue: hóc autem dixit de ſpiritu, quem accepturi erãt credẽtes in eum, halleluiah, halleluiah, halleluiah. Joh.7

Poſtcommunio.

SAncti ſpiritus domine corda noſtra mundet infuſio: & ſui roris intima aſperſione fecundet. Per dominum noſtrum. in vnitate eiuſdem ſpiritus ſancti Deus.

¶ In Miſſis priuatis huius vigilie, omiſſis propheciis, orationibus, & Letaniis vt ſupra: Miſſa abſolute incipitur ab Introitu, vt infra.

Introitus.

CUm ſanctificatus fuero in vobis: congregabo vos de vniuerſis terris: & effundam ſuper vos aquam mũdam: & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris: & dabo vobis ſpiritum nouum. Eze.36

Ps. Benedicam dominũ in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo. ps.33

℣. Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto, Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

Deinde dicitur Kyrie eliſon.

Gloria in excelſis Deo.

& alia vt ſupra.

# IN DIE PENTECOSTES



Statio ad Sanctum Petrum.

Introitus.

Sap. 1. Spiritus domini repleuit orbem terrarum, haleluiah: ⁊ hoc, quod continet omnia, ſcientiam habet vocis, haleluiah, haleluiah, haleluiah. Ps. Exurgat Deus, ⁊ diſſipentur inimici eius: ⁊ fugiant qui oderunt eum a facie eius. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui. Oremus.

DEus, qui hodierna die corda fidelium ſancti ſpiritus illuſtratione docuiſti: da nobis, in eodem ſpiritu recta ſapere, ⁊ de eius ſemper cõſolatione gaudere. Per dominum no. in vnitate eiuſdem.

Lectio Actuum Apoſtolorum.

Ca. 2. IN diebus illis. Dum complerentur dies Pẽtecoſtes, erãt omnes diſcipuli pariter in eodem loco. Et factus eſt repente de cęlo ſonus, tanquam aduenientis ſpiritus vehementis, ⁊ repleuit totam domũ vbi erant ſedentes. Et apparuerũt illis diſpertitę linguę tãquã ignis, ſeditq; ſupra ſingulos eorũ. Et repleti ſunt oẽs Spiritu ſancto, ⁊ cęperũt loqui varijs linguis, prout Spiritus ſanctus dabat eloqui illis. Erãt autẽ in Jeruſalẽ habitãtes Judęi viri religioſi ex omni natione, quę ſub cęlo eſt. Facta autem hac voce, conuenit multitudo, ⁊ mente cõfuſa eſt: quoniã audiebat vnuſquiſq; lingua ſua illos loquẽtes. Stupebant autẽ oẽs, ⁊ mirabãtur, dicentes: Nonne, ecce, oẽs iſti qui loquũtur, Galilęi ſunt? Et quomodo nos audiuimus vnuſquiſq; linguã noſtram, in qua nati ſumus? Parthi, ⁊ Medi, ⁊ Ælamitę, ⁊ qui habitant Meſopotamiã: Judęã, ⁊ Cappadociã: Pontum, ⁊ Aſiã: Phrygiam, ⁊ Pamphyliam: Ægyptum, ⁊ partes Lybię quę eſt circa Cyrenẽ: ⁊ aduenę Romani: Judęi quoq;, ⁊ Proſelyti: Cretes ⁊ arabes: audiuimus eos loquentes noſtris linguis magnalia Dei.

Haleluiah, haleluiah. ℣. Emitte ſpiritum tuum, ⁊ creabuntur: ⁊ renouabis faciem terrę. Haleluiah. ℣. Veni Sãcte ſpiritus, reple tuorum corda fidelium, ⁊ tui amoris in eis ignem accende. Sequentia.

VEni ſancte ſpiritus, ⁊ emitte cęlitus lucis tuę radium.

Veni pater pauperum, veni dator munerum, veni lumen cordium.

Cõſolator optime, dulcis hoſpes animę: dulce refrigerium.

In labore requies, in ęſtu tẽperies: in fletu ſolatium.

O lux beatiſſima: reple cordis intima tuorum fidelium.

Sine tuo numine: nihil eſt in homine:

nihil eſt innoxium.
Laua quod eſt ſordidum, riga quod eſt
aridum, ſana quod eſt ſaucium.
Flecte quod eſt rigidū, foue quod eſt fri-
gidum, rege quod eſt deuium.
Da tuis fidelibus, in te confidentibus, ſa
crum ſeptenarium.
Da virtutis meritum, da ſalutis exitum,
da perenne gaudium. Amen. Halleluiah.
¶ Et dicitur quotidie per totam octauam
vſq; ad Sabbathum incluſiue.

Sequētia ſcti euāg. ſm Johannē.

ca.14 IN illo tempore: Dixit Jeſus
diſcipulis ſuis. Siquis dili-
git me, ſermonem meum ſeruabit:
& pater meus diliget eum, & ad eū
veniemus, & manſionem apud eū
faciemus. Qui non diligit me, ſer-
mones meos nō ſeruat. Et ſermo-
nem quem audiſtis, non eſt meus:
ſed eius qui miſit me patris. Hęc
locutus ſum vobis, apud vos ma-
nēs. Paraclitus autē Spirit⁹ ſan
ctus, quem mittet pater in nomine
meo: ille vos docebit omnia, & ſug
geret vobis omnia, quęcūq; dixe
ro vobis. Pacē relinquo vobis: pa
cem meam do vobis. Non quomo
do mūdus dat, ego do vobis. Nō
turbetur cor veſtrum, neq; formi-
det. Audiſtis, qa ego dixi vobis: va
do & venio ad vos. Si diligeretis
me, gauderetis vtiq;, qa vado ad
patrem: qa pater maior me eſt. Et
nūc dixi vobis priuſquā fiat: vt, cū
factū fuerit, credatis. Jā nō multa
loquar vobiſcū. Uenit enim prin-
ceps mundi huius, & in me non ha
bet qcquā. Sed vt cognoſcat mū
dus, qa diligo patrē: &, ſicut māda-
tū dedit mihi pr̄, ſic facio. Credo.

## Offertorium.

Confirma hoc Deus, quod operat⁹ es in ps.67.
nobis a templo tuo, quod eſt in Jeruſalē:
tibi offerent reges munera, hallah. Secr.

MUnera, q̃s dñe, oblata ſancti
fica, & corda noſtra ſancti ſpi-
ritus illuſtratione emunda. Per
dominū. in vnitate eiuſdē ſpirit.
Pręfatio. Qui aſcendens. fo. 110.
& Communicantes, & Hāc igitur.
Quę dicunt̄ vſq; ad ſeq. ſabbathū icluſiue.

## Communio.

Factus eſt repente de cęlo ſonus tanquā Act.2.
aduenientis ſpiritus vehementis, vbi erāt
ſedentes, halleluiah: & repleti ſunt omnes ſpi
ritu ſancto, loquentes magnalia Dei, hal-
leluiah, halleluiah. Poſtcommunio.

SAncti ſpiritus dñe corda no-
ſtra mūdet infuſio: & ſui roris
intima aſperſione fęcundet. Per
dominum. in vnitate eiuſdem ſpi.
¶ Infra oct. Pentec. non fit de aliquo fe-
ſto dup. vel ſemidup. ſed poſt oct. celebran-
tur. de ſimplici fit commem. poſt triduum.

## FERIA SECVNDA

Statio ad S. Petrū ad vin. Int. 2

CIbauit eos ex adipe
frumenti, halleluiah, & ps. 80.
de petra, melle ſatu-
rauit eos, halleluiah,
halleluiah, halleluiah.
Ps. Exultate Deo
adiutori noſtro: iubi-
late Deo Jacob. ℣. Gloria patri, & filio,
& ſpiritui ſancto. Oremus.

DEus, qui apoſtolis tuis ſan-
ctum dediſti ſpiritum: conce
de plebi tuę pię petitionis effectū:
vt, quibus dediſti fidem, largia-
ris & pacem. Per dominum no-
ſtrum. in vnitate eiuſdem ſpiritus.

Lectio

Lectio Actuum apoſtolorum.

ca. 10 In diebus illis: Aperiẽs Petrus os ſuum, dixit. Viri fratres, ⁊ patres: nobis precepit dominus predicare populo, ⁊ teſtificari, quia ipſe eſt q conſtitutus eſt a Deo iudex viuorum ⁊ mortuorum. Huic oẽs prophete teſtimonium perhibent: remiſſionẽ peccatorum accipere p nomen eius, oẽs qui credunt in eum. Adhuc loquẽte Petro verba hec, cecidit ſpiritꝰ ſanctus ſuper oẽs q audiebãt verbum. Et obſtupuerunt ex circũciſione fideles, qui venerant cũ Petro: qa ⁊ in nationes gratia ſpiritꝰ ſancti effuſa eſt. Audiebant enim illos loquentes linguis, ⁊ magnificantes Deũ. Tũc reſpõdit Petrꝰ. Nunquid aquam quis prohibere poteſt, vt non baptizentur, hi, qui ſpiritū ſanctum acceperunt ſicut ⁊ nos? Et iuſſit eos baptizari in nomine Domini Jeſu Chriſti.

Haleluiah, halah. ℣. Loquebãtur varijs linguis apoſtoli magnalia Dei. Halah. ℣. Veni ſancte ſpiritus: reple tuorum corda fidelium: ⁊ tui amoris in eis ignem accẽde.

Sequẽ. Veni ſancte ſpi. in fine Hal. 137.

ca. 3 Sequẽtia ſcti euãg. ſm Johanem.

In illo tempore: Dixit Jeſus Nicodemo. Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret: vt omnis qui credit in ipſum, nõ pereat: ſed habeat vitam eternã. Nõ enim miſit Deus filium ſuum in mundū, vt iudicet mũdũ: ſed vt ſaluetur mũdus per ipſum. Qui credit in eum, nõ iudicatur. Qui autẽ nõ credit, iā iudicatus eſt: quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei. Hoc eſt autē iudicium: quia lux venit in mũdum: ⁊ dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem. Erant enim eorum mala opera. Omnis enim qui male agit, odit lucem, ⁊ non venit ad lucem, vt non arguãtur opera eius. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifeſtent opera eius: quia in Deo ſunt facta. Credo.

Offertorium. Intonuit de celo dominus, ⁊ altiſſimus dedit vocem ſuam: ⁊ apparuerunt fontes aquarũ, haleluiah. ps. 17 Sec.

Propitius, domine queſumꝰ, hec dona ſanctifica: ⁊ hoſtie ſpiritualis oblatione ſuſcepta, noſmetipſos tibi perfice munus eternum. Per dominũ noſtrũ Jeſum.

Communio. Spiritus ſanctus docebit vos, haleluiah, haleluiah, quecũqz dixero vobis, haleluiah, haleluiah. Jo. 14. Poſtcõ.

Adeſto, queſumꝰ domine, populo tuo: ⁊ quem myſterijs celeſtibus imbuiſti, ab hoſtium furore defende. Per dominum no.

FERIA TERTIA.

Statio ad S. Anaſtaſiã. Introit. ps. 17

Accipite iucunditatem glorie veſtre, halah: gratias agentes Deo, haleluiah, qui vos ad celeſtia regna vocauit, haleluiah, haleluiah, haleluiah. ps. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurē veſtram in verba oris mei. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſan. Oremus.

Adſit nobis, queſumus domine, virtus ſpiritus ſancti: que ⁊ corda noſtra clementer expurget:

get: ꝛ ab omnibus tueatur aduerſis. Per dominū. in vnitate eiuſdē.

Lectio Actuum Apoſtolorum.

ca.8. In diebus illis. Cū audiſſent apoſtoli qui erant Jeroſolymis, qa recepiſſet Samaria verbum Dei: miſerunt ad eos Petrū ꝛ Johannē. Qui cū veniſſent, oꝛauerunt pꝛo ipſis, vt acciperēt Spiritum ſanctū. Nondū enim in quē quam illoꝝ venerat, ſed baptiʒati tantum erant in nomine dñi Jeſu. Tunc imponebāt manus ſuper illos, ꝛ accipiebant ſpiritū ſanctuʒ.

Jo.4. Haleluiah, haleluiah. ℣. Spiritus ſanctus docebit vos quecūq; dixero vobis, Haleluiah. ℣. Ueni ſancte ſpūs: reple tuoꝝ coꝛda fideliū: ꝛ tui amoris in eis ignē accēde.

Seq. Ueni ſancte ſpi. vt ſup. in Dñi. 124

Sequētia ſcti euāg. ſm Johannē.

ca.10. In illo tempoꝛe: Dixit Jeſus Phariſeis. Amen amen dico vobis; q nō intrat per oſtiuʒ in ouile ouium, ſed aſcendit aliunde: ille fur eſt ꝛ latro. Qui autē intrat p oſtium: paſtoꝛ eſt ouiū. Huic oſtiarius aperit: ꝛ oues vocem eius audiunt, ꝛ pꝛopꝛias oues vocat nominatim, ꝛ educit eas. Et cuʒ pꝛopꝛias oues emiſerit, ante eas vadit: ꝛ oues illum ſequuntur, quia ſciunt vocem eius. Alienum autē non ſequuntur, ſed fugiunt ab eo: quia non nouerunt vocem alienoꝛum. Hoc pꝛouerbiuʒ dixit eis Jeſus. Jlli autē nō cognouerūt qd loqueretur eis. Dixit ergo eis iterū Jeſus. Amē amē dico vobis, quia ego ſum oſtium ouium. Oēs quotquot venerunt, fures ſunt ꝛ latrones: ſed nō audierūt eos oues. Ego ſum oſtium. Per me ſiquis introierit, ſaluabitur: ꝛ ingredietur, ꝛ egredietur, ꝛ paſcua inueniet. Fur nō venit, niſi vt furetur, ꝛ mactet, ꝛ perdat. Ego veni, vt vitaʒ habeāt: ꝛ abundantius habeant. Credo.

Offertoꝛium.

Poꝛtas celi aperuit dñs: ꝛ pluit illis mānna, vt ederent: panem celi dedit eis: panem angeloꝝ mādu cauit homo, hal. Secre.

Purificet nos, q̄s dñe, muneris pꝛeſentis oblatio: ꝛ dignos ſacra participatione efficiat. Per d.

Communio. Spiritus qui a patre pꝛocedit, haleluiah, ille me clarificabit: haleluiah, haleluiah. Poſtcommunio.

Mentes noſtras, queſumus domine, Spiritus ſanctus diuinis reparet ſacramentis: quia ipſe eſt remiſſio omnium peccatoꝛum. Per dominum. in vnitate eiuſdē.

FERIA QVARTA.

Quatuoꝛ tēpoꝛū poſt Pentec.

Statio ad S. Mariā maio. Jnt. 3.

Deus cum egrederis coꝛam populo tuo, haleluiah, iter faciens eis: habitans in illis, haleluiah: terra mota eſt, celi diſtillauerunt, haleluiah, haleluiah. Ps.67

Ps. Exurgat Deus, ꝛ diſſipentur inimici eius: ꝛ fugiant qui oderunt eum a facie eius.

℣. Gloria patri, ꝛ filio ꝛ ſpiritui ſancto.

dicto Kyrie eleiſon. dicitur Oremus.

Et non dicitur Flectamus genua.

Mentes noſtras, queſumus domine, paraclitus, qui a te pꝛocedit, illuminet: ꝛ inducat in omne, ſicut tuus pꝛomiſit filius, veritatē: Qui tecum. in vnitate eiuſdē.

Lectio

Lectio Actuum Apoſtoloꝛum.

ca.2. In diebus illis. Stãs Petr⁹ cum vndecim, leuauit vocem ſuã, ⁊ locutus eſt eis. Uiri Judei, ⁊ qui habitatis Jeruſalem vniuerſi: hoc vobis notum ſit, ⁊ auribus percipite verba mea. Non enim ſicut vos exiſtimatis, hi ebꝛij ſunt, cum ſit hoꝛa diei tertia: ſed hoc eſt quod dictum eſt per pꝛophetam
ca.2. Joel. Et erit, in nouiſſimis dieb⁹, dicit dominus, effundam de ſpiritu meo ſuper omnẽ carnem, ⁊ pꝛophetabunt filij veſtri ⁊ filie veſtre: iuuenes veſtri viſiones videbunt, ⁊ ſenioꝛes veſtri ſomnia ſomniabũt. Et quidẽ ſuper ſeruos meos, ⁊ ſuper ancillas meas in diebus illis, effundam de ſpiritu meo, ⁊ pꝛophetabunt. Et dabo pꝛodigia in celo ſurſũ, ⁊ ſigna in terra deoꝛſum, ſanguinem, ⁊ ignem, ⁊ vapoꝛem fumi. Sol conuertetur in tenebꝛas, ⁊ luna in ſanguinẽ, antequam veniat dies domini magn⁹ ⁊ manifeſtus. Et erit: Omnis quicunque inuocauerit nomen domini, ſaluus erit.

Halleluiah. ℣. Uerbo domini celi firmati ſunt: ⁊ ſpiritu oꝛis eius oĩs virtus eoꝛum. Hic dr̃ Gloria in excelſis. Poſtea dr̃ Dominus vobiſcum. Oꝛatio.

Preſta, queſumus, omnipotẽs, ⁊ miſericoꝛs Deus: vt ſpirit⁹ ſanctus aduenieus, templum nos glorie tue dignanter inhabitando perficiat. Per dominum noſtrum. in vnitate eiuſdem ſpiritus ſancti.

¶ Ab hac die vſq; ad Dominicam ſequẽtem, poſt oꝛationẽ diei dicitur Eccleſie, vel Deus omnium fidelium. 126.

M R. N.

Lectio Actuum Apoſtoloꝛum.

In diebus illis. Per manus autem apoſtoloꝛum fiebant ſigna ⁊ pꝛodigia multa in plebe. Et erãt vnanimiter omnes in poꝛticu Salomonis. Ceteroꝛum autem nemo audebat ſe coniungere illis: ſed magnificabat eos popul⁹. Magis autẽ augebatur credentiũ in dño multitudo viroꝛum ac mulierum: ita vt in plateas eijcerẽt infirmos, ⁊ ponerẽt in lectulis ⁊ grabatis: vt veniente Petro, ſaltẽ vmbꝛa illius obumbꝛaret quẽquã illoꝛũ, ⁊ liberarentur oẽs ab infirmitatibus ſuis. Cõcurrebat autẽ ⁊ multitudo vicinarũ ciuitatũ Jeruſalẽ, afferẽtes egros ⁊ vexatos a ſpiritib⁹ immũdis: q curabant oẽs. cap.5

Halleluiah, halleluiah. ℣. Ueni ſancte ſpiritus, reple tuoꝛum coꝛda fidelium: ⁊ tui amoꝛis in eis ignem accende. Sequẽt. Ueni ſancte ſpi. 137. vt ſupꝛa in Dñica. Sequẽtia ſcti euãg. ſm Johannẽ.

In illo tempoꝛe. Dixit Jeſus turbis Judeoꝛum. Nemo põteſt venire ad me, niſi pater, qui miſit me, traxerit eum: ⁊ ego reſuſcitabo eũ in nouiſſimo die. Eſt ſcriptum in pꝛophetis. Et erunt omnes docibiles Dei. Omnis q audiuit a patre, ⁊ didicit: venit ad me. Non quia patrem vidit quiſquã, niſi is q eſt a Deo: hic vidit patrẽ. Amen, amẽ dico vobis: q credit in me, habet vitam eternã. Ego ſum panis vite. Patres veſtri mãducauerunt mãna in deſerto: ⁊ moꝛtui ſunt. Hic eſt panis de celo deſcendens: vt ſi quis ex ipſo mãducauerit, nõ moꝛiatur. Ego ſũ panis vi cap.6

nus, q de cęlo deſcẽdi. Siquis mã-
ducauerit ex hoc pane, viuet in
ęternũ. Et panis, quem ego dabo,
caro mea eſt ꝓ mũdi vita. Credo.
Ps.118 Offertorium. Meditabor in mãdatis
tuis quę dilexi valde: ⁊ leuabo manus meas
ad mãdata tua quę dilexi: haleluiah. Sec.

ACcipe, quęſumus dñe, munꝰ
oblatum: ⁊ dignãter opera-
re, vt quod myſterijs agimus, pijs
effectibus celebremus. Per dñm.
vel Protege nos. vel Oblat. 127.
Jo.14 Cõm. Pacẽ relinquo vobis, hal'ah: pa-
cẽ meã do vobis, hal'ah, hal'ah. Poſtcõ.

SUmẽtes dñe cęleſtia ſacramẽ-
ta, q̃s clemẽtiã tuam: vt, quod
temporaliter gerimꝰ, ęternis gau-
dijs conſequamur. Per dominũ.
vel Queſu. dñe. vel Hęc nos. 127.

## FERIA QVINTA.

Statio ad ſanctum Laurentiũ fo-
ris murum. Introitus. 8.

Sap.1 SPiritus dñi repleuit
orbem terrarum, hale-
luiah: ⁊ hoc quod con
tinet omnia, ſcientiam
habet vocis, haleluiah
haleluiah, haleluiah.
Ps.103 Ps. Emitte ſpiritum
tuum, ⁊ creabuntur: ⁊ renouabis faciem ter
rę. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Oremus.

DEus, qui hodierna die corda
fideliũ ſancti ſpiritus illuſtra
tione docuiſti: da nobis in eodem
ſpiritu recta ſapere, ⁊ de eius ſem
per cõſolatione gaudere. Per do
minum noſtrũ. in vnitate eiuſdẽ.
vel Eccleſię. vel Deus omni. 126.
Lectio Actuum Apoſtolorum.

ca.8. IN diebus illis. Philippus
deſcendens in ciuitatem Sa
marię, prędicabat illis Chriſtum.
Intendebant autẽ turbę his quę
dicebant a Philippo: vnanimiter
audientes, ⁊ videntes ſigna quę fa
ciebat. Multi enim eorũ q habebãt
ſpũs immũdos, clamãtes voce ma
gna exibãt. Multi autẽ paralytici
⁊ claudi curati ſunt. Factũ eſt er-
go gaudiũ magnũ in illa ciuitate.
Ps.103 Hal'ah, hal'ah. ℣. Emitte ſpiritũ tuum, ⁊
creabuntur: ⁊ renouabis faciem terrę. Hal'.
℣. Ueni ſancte ſpiritus: reple tuorũ corda
fideliũ: ⁊ tui amoris in eis ignem accende.
Seq. Veni ſancte ſp. vt ſup. in Dñi. 137.
Sequẽtia ſancti euãg. ſm Lucam.

ca.9. IN illo tempore. Conuocatis
Jeſus duodecim apoſtolis,
dedit illis virtutem et poteſtatem
ſuper omnia dęmonia: ⁊ vt lãguo-
res curarent. Et miſit illos prędi-
care regnum Dei: ⁊ ſanare infir-
mos. Et ait ad illos. Nihil tuleri-
tis in via, neq; virgam, neq; perã,
neq; panem, neq; pecuniã, neq;
duas tunicas habeatis. Et in quã
cunq; domũ intraueritis, ibi ma-
nete: ⁊ inde ne exeatis. Et quicũ-
que nõ receperint vos: exeũtes de
ciuitate illa, etiam puluerem pe-
dum veſtrorũ excutite in teſtimo
nium ſupra illos. Egreſſi autem
circuibant per caſtella, euangeli-
zantes, ⁊ curantes vbiq;. Credo.
Offert. Confirma hoc Deus, qd operatus es ĩ nobis a tẽplo tuo, quod eſt in Jeru Ps.67
ſalẽ, tibi offerent reges munera: hal'. Sec.

MUnera q̃s dñe, oblata ſancti
fica: ⁊ corda noſtra ſancti ſpi
ritus illuſtratione emunda. Per
dñm noſtrum. in vnitate eiuſdem.
vel Protege nos. vel Oblat. 127.
Cõmunio.

Act. 2. Communio. Factus eſt repẽte de ce|lo ſon' aduenie͂tis ſpiritus vehemẽtis, vbi erant ſedẽtes, haleluiah: ⁊ repleti ſunt oẽs Spiritu ſancto, loquẽtes magnalia Dei, haleluiah, haleluiah. Poſtcommunio.

Sancti ſpiritus dñe corda noſtra mũdet infuſio: ⁊ ſui roris intima aſperſione fęcundet. Per. dñm noſtrum. in vnitate eiuſdem. vel O. ueſum⁹ dñe. vel H. ęc n. 127.

FERIA SEXTA

quatuor temporum Pentec.

Statio ad ſanctos duodecĩ Apoſtolos. Introitus.

ps. 70. Repleatur os meũ lau de tua, haleluiah: vt poſſim cantare, haleluiah: gaudebũt labia mea, dum cantauero tibi, haleluiah, haleluiah. ps. In te domine ſperaui, non confundar in ęternum: in iuſtitia tua libera me, ⁊ eripe me. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſan. Oremus.

Da, q̃s, eccleſię tuę miſericors De⁹: vt ſpiritu ſancto cõgregata, hoſtili nullatenus incurſione turbet̃. Per do. in vnitate eiuſdẽ. vel Eccleſię. vel Deus omni. 126.

Lectio Joelis prophetę.

Joel. 2. Hæc dicit domin⁹ Deus. Exultate filię Sion, lętamini in domino Deo veſtro: quia dedit vobis doctorem iuſtitię, ⁊ deſcendere faciet ad vos imbres matutinũ, ⁊ ſerotinum, ſicut in principio. Et implebuntur areę frumento, ⁊ redundabũt torcularia vino ⁊ oleo. Et comedetis veſcẽtes, ⁊ ſaturabimini: ⁊ laudabitis nomen dñi Dei veſtri, qui fecit vobiſcũ mirabilia: M.N.R.

⁊ non confundetur populus me⁹ in ſempiternũ. Et ſcietis, q͂a in medio Iſrael ego ſum: ego dñs De⁹ veſter, ⁊ non eſt amplius: ⁊ non cõfundetur populus meus in ęternum: Ait dominus omnipotens. Haleluiah, haleluiah. ℣. O quam bonus ⁊ ſuauis eſt, dñe, ſpiritus tuus in nobis. Haluiah. ps. 2. ℣. Ueni ſancte ſpirit⁹, reple tuorum corda fideliũ, ⁊ tui amoris in eis ignem accende. Sequentia. Ueni ſancte ſpiritus. 137. Sequẽtia ſancti euãg. ſm Lucam.

In illo tempore: Factum eſt in vna dierum, ⁊ Jeſus ſedebat docens. Et erant phariſęi ſedentes ⁊ legis doctores, qui venerãt ex omni caſtello Galilęę, ⁊ Judęę, ⁊ Jeruſalem: ⁊ virtus domini erat ad ſanãdum eos. Et ecce viri portãtes in lecto hominẽ qui erat paralyticus: ⁊ quęrebãt cũ inferre, ⁊ ponere ante illũ. Et nõ inueniẽtes qua parte illũ inferrẽt pre turba, aſcẽderunt ſupra tectum, ⁊ per tegulas ſubmiſerunt illũ cũ lecto in mediũ, ante Jeſum. Quorũ fidẽ vt vidit, dixit. Homo, remittuntur tibi peccata tua. Et cęperũt cogitare ſcribę, ⁊ phariſęi, dicẽtes. Quis eſt hic, qui loquitur blaſphemias? Quis poteſt dimittere peccata, niſi ſol⁹ Deus? At cognouit autẽ Jeſus cogitationes eorũ, reſpõdens dixit ad illos. Quid cogitatis mala in cordib⁹ veſtris? Quid eſt facili⁹ dicere, Dimittunt̃ tibi peccata tua: an dicere, Surge, ⁊ ambula? Ut autẽ ſciatis q͂a fili⁹ hoĩs habet poteſtatẽ in terra dimittẽdi peccata, ait paralytico. Tibi dico, Surge, tolle lectũ tuũ, ⁊ vade in domũ

tuam. Et confeſtim ſurgens coram illis, tulit lectum in quo iacebat, ⁊ abijt in domum ſuam, magnificās Deum. Et ſtupor apprehēdit oēs: ⁊ magnificabant Deum. Et repleti ſunt timore, dicentes: Quia vidimus mirabilia hodie. Credo.

ps.145 Offertorium. Lauda anima mea dominum: laudabo dominum in vita mea: pſallam Deo meo quandiu ero, halleluiah. Secr.

SAcrificia dñe tuis oblata cōſpectibus, ignis ille diuinus aſſumat: qui diſcipulorum Chriſti filij tui per Spiritū ſanctum corda ſuccendit. Per eundem dominū, in vnitate eiuſdem ſpiritus ſancti. vel Protege nos. vel Oblat. 127.

Jo.14 Commu. Non vos relinquam orphanos: veniam ad vos iterum, halleluiah, ⁊ gaudebit cor veſtrum, halleluiah. Poſtcom.

SUmpſimus domine ſacri dona myſterij humiliter deprecantes: vt, q̄ in tui cōmemoratione nos facere præcepiſti, in noſtræ proficiant infirmitatis auxiliū. Qui viuis, ⁊ regnas cū Deo patre in vnit. vel Quæſumus. vel Hæc nos. 127.

SABBATHO

Quatuor tēporum Pentec.

Statio ad ſanctū Petrū. Introit.

CHaritas Dei diffuſa eſt in cordib' noſtris, halleluiah, per inhabitantem ſpiritum ei' in nobis, halleluiah,

ps.102 halleluiah. ps. Benedic anima mea domino: ⁊ omnia quæ intra me ſunt nomini ſancto eius. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto. Orationes ſequentes dicuntur ſine Flectamus genua. Oremus.

MEntibus noſtris, quæſumus dñe, ſpiritum ſanctum benignus infunde: cuius ⁊ ſapiētia cōditi ſumus, ⁊ prouidētia gubernamur. Per dñm. in vnitate eiuſdem.

Lectio Joelis prophetæ.

HÆc dicit dominus Deus. Effundam ſpiritū meum ſuper cap.2. omnem carnem: ⁊ prophetabunt filij veſtri, ⁊ filiæ veſtræ. Senes veſtri ſomnia ſomniabunt: ⁊ iuuenes veſtri viſiones videbunt. Sed ⁊ ſuper ſeruos meos ⁊ ancillas meas, in diebus illis effundam ſpiritum meum. Et dabo prodigia in cælo ſurſum, ⁊ ſigna in terra deorſum, ſanguinem, ⁊ ignem, ⁊ vaporem fumi. Sol cōuertetur in tenebras, ⁊ Luna in ſanguinem: antequam veniat dies domini magnus, ⁊ horribilis. Et erit. Omnis, quicunq; inuocauerit nomē domini, ſaluus erit.

Halleluiah. ℣. Spirit' eſt qui viuificat: ca Jo.6.
ro autem non prodeſt quicquam. Oratio.

ILlo nos igne, q̄s dñe, ſpirit' ſanctus inflāmet: quē dñs noſter Jeſus Chrs miſit i terrā: ⁊ voluit vehementer accēdi. Qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate eiuſdem.

Lectio libri Leuitici.

IN diebus illis. Locutus eſt cap.23. dominus ad Moyſen, dicēs. Loquere filijs Iſrael: ⁊ dices ad eos. Cum ingreſſi fueritis terram quam ego dabo vobis, ⁊ meſſueritis ſegetē: feretis manipulos ſpicarum primitias meſſis veſtræ ad ſacerdotem. Qui eleuabit faſciculum coram dño, vt acceptabile ſit pro vobis altero die ſabbathi: ⁊ ſanctificabit illū. Numerabitis ergo ab ipſo

ipſo die ſabbathi, i quo obtuliſtis manipulos pꝛimitiarū,ſeptē heb domadas plenas, vſq; ad alteraz diē expletionis hebdomadę ſepti mę.Et ſic offeretis ſacrificiū nouū dn̄o ex omnib⁹ habitaculis veſtris panes pꝛimitiarū duos de duab⁹ decimis ſimilę,quos eleuabit ſacer dos coꝛaz dn̄o.Cumq; eleuauerit eos ſacerdos cum panibus pꝛimi-tiarum coꝛam dn̄o, cedēt in vſum eius.Et vocabitis hūc diē celeber rimum,atq; ſanctiſſimum.Omne opus ſeruile non facietis in eo.Le gitimum,ſempiternum erit in cun ctis habitaculis,⁊ generationib⁹ veſtris,dicit dominus omnipotēs.

Job. 26. Halleluiah. ℣. Spiritus eius oꝛnauit cęlos. Oꝛatio.

Deus,qui ad animaruz mede lam ieiunij deuotione caſtiga ri coꝛpoꝛa pꝛęcepiſti: concede nobis pꝛopitius, ⁊ mente ⁊ coꝛpoꝛe tibi ſemper eſſe deuotos. Per d.

Lectio libꝛi Deuteronomij.

Capa 26. In diebus illis: Dixit Moyſes filijs Iſrael. Audi Iſrael quę ego pꝛęcipio tibi hodie.Cum intraueris terram, quam dominus Deus tuus datur⁹ eſt tibi poſ ſidēdā,⁊ obtinueris eā:atq; habitaueris in ea:tolles de cūctis frugi bus tuis pꝛimitias,⁊ pones in car tallo:pergeſq; ad locum, quē dn̄s Deus tuus elegerit,vt ibi inuocet nomē eius.Accedeſq; ad ſacerdotē,qui fuerit in diebus illis,⁊ dices ad eum.Pꝛofiteoꝛ hodie coꝛā dn̄o Deo tuo, qui exaudiuit nos, ⁊ reſpexit humilitatē noſtram,⁊ laborē atq; anguſtias:⁊ eduxit nos de Aegypto in manu foꝛti, ⁊ bꝛachio extēto,in ingenti pauoꝛe, in ſignis atq; poꝛtentis:⁊ introduxit ad lo cum iſtum, ⁊ tradidit nobis terrā lacte,⁊ melle manantem. Et idcirco nūc offero pꝛimitias frugū terrę,quā Dn̄s dedit mihi. Et dimittes eas in conſpectu dn̄i Dei tui. Et adoꝛato domino Deo tuo,epu laberis in omnibus bonis,quę do minus Deus tuus dederit tibi.

Halleluiah. ℣. Dum cōplerentur dies Pētecoſtes,erant oēs pariter ſedentes. Act. 2. Oꝛo.

Preſta,qſ,oīps De⁹:vt ſalutari bus ieiunijs eruditi,ab oibus etiā vitijs abſtinētes,ꝓpitiationē tuam facilius impetremus.Per d.

Lectio libꝛi Leuitici.

In diebus illis:Dixit domin⁹ ad Moyſen. Ca. 26. Loquere filijs Iſrael, ⁊ dices ad eos. Si in pꝛęceptis meis ambulaueritis, ⁊ mādata mea cuſtodieritis, ⁊ feceritis ea,dabo vobis pluuiā tēpoꝛibus ſuis, ⁊ terra gignet germen ſuū:⁊ pomis arboꝛes replebunt. Appꝛehē det meſſiū tritura vindemiā, ⁊ vin demia occupabit ſementē:⁊ come detis panē veſtrū in ſaturitate, ⁊ abſq; pauoꝛe habitabitis in terra veſtra.Dabo pacē in finib⁹ veſtris doꝛmietis,⁊ nō erit qui exterreat. Auferā malas beſtias:⁊ gladi⁹ nō tranſibit terminos veſtros.Perſe quemini inimicos veſtros:⁊ coꝛruēt corā vobis.Perſequent quin que de veſtris cētū alienos ⁊ cētū de vobis decē millia:⁊ cadēt inimi ci veſtri gladio in cōſpectu veſtro. Reſpiciam vos,⁊ creſcere faciam: multiplicabimini, ⁊ firmabo pa-

ctum

ctū meū vobiſcū. Comedetis vetu
ſtiſſima veterū, ⁊ vetera nouis ſu
peruenientib⁹ proijcietis. Ponā ta
bernaculum meū in medio veſtri,
⁊ nō abijciet vos vltra anima mea.
Ambulabo inter vos, ⁊ ero veſter
Deus, voſq; eritis populus me⁹:
dicit dominus omnipotens.

Halleluiah. ℣. Ueni ſancte ſpirit⁹, reple
tuorum corda fidelium: ⁊ tui amoris in eis
ignem accende. Oremus. Oratio.

Preſta, queſumus omnipotēs
Deus, ſic nos ab epulis car
nalibus abſtinere: vt a vitijs irruē
tibus pariter ieiunemus. Per dñs.

Lectio Danielis prophete.

ca.3. In diebus illis. Angelus dñi
deſcēdit cū Azaria ⁊ ſocijs ei⁹
in fornacē: ⁊ excuſſit flāmā ignis de
fornace: ⁊ fecit mediū fornacis qua
ſi vētū roris flātē. Flāma aūt diffu
ſa eſt ſup fornacē, cubitis quadra
gintanouē, ⁊ icēdit quos repperit
iuxta fornacē de Chaldeis mini
ſtros regis, q eā icēdebāt. Illos au
tē omnino non tetigit ignis, neq;
ɔtriſtauit: nec quicquā moleſtie in
tulit. Tūc hi tres, quaſi ex vno ore
laudabāt, ⁊ glorificabāt, ⁊ benedi
cebāt Deum in fornace, dicentes.

Halleluiah. ℣. Benedictus es dñe De⁹
patrum noſtrorum, ⁊ laudabilis in ſecula.
Finito verſu dicit Gloria in excelſis.
Sequitur Dominus vobiſcum. ℟.
Et cum ſpiritu tuo. Oratio.

Deus, qui tribus pueris miti
gaſti flāmas igniū, cōcede p
piti⁹: vt nos famulos tuos nō exu
rat flamma vitiorū. Per dominū.
Pro Papa. Oratio. Deus omniū.
vel Ecclesie tue queſum⁹ do. 126.

Lectio epiſtole b. Pauli apli ad Romā.

Fratres. Juſtificati igitur ex ca.6
fide, pacē habeam⁹ ad Deū
per Jeſum Chriſtum dominū no
ſtrum: per quem ⁊ acceſſum habe
mus per fidē in gratiā iſtā, in qua
ſtamus, ⁊ gloriamur in ſpe glorie
filiorū Dei. Nō ſolū autē: ſed ⁊ glo
riamur in tribulationibus, ſciētes
q tribulatio, patiētiā operatur: pa
tientia autē probationē: probatio
vero ſpem. Spes autē non confun
dit: quia charitas Dei diffuſa eſt
in cordibus noſtris per ſpiritum
ſanctum, qui datus eſt nobis.

Tractus. Laudate dominum omnes ps.116
gētes: ⁊ collaudate eū oēs populi. ℣. Quo
niam confirmata eſt ſuper nos miſericor
dia eius: ⁊ veritas domini manet in eternū.
Sequentia. Ueni ſancte ſpiritus. 137.
vt ſupra in Dñica. ſine Halleluiah. in fine.
Sequētia ſancti euāg. ſm Lucam.

In illo tēpore: Surgēs Jeſus ca.4.
de ſynagoga, introiuit in do
mum Simonis. Socrus autē Si
monis tenebatur magnis febrib⁹: ⁊
rogauerūt illū pro ea. Et ſtās ſup
illā: imperauit febri, ⁊ dimiſit illā.
Et cōtinuo ſurgēs, miniſtrabat il
lis. Cū ſol autē occidiſſet, oēs qui
habebant infirmos varijs lāguori
bus, ducebāt illos ad Jeſum. At il
le ſingulis man⁹ imponēs, curabat
eos. Exibāt aūt demonia a multis,
clamantia ⁊ dicētia. Quia tu es fi
lius Dei. Et increpās nō ſinebat
ea loqui, quia ſciebant ipſum eſſe
Chriſtū. Facta autē die, egreſſus
ibat in deſertum locū, ⁊ turbe re
quirebant eū, ⁊ venerunt vſq; ad
ipſum, ⁊ detinebant illum, ne diſce
deret

deret ab eis. Quibꝰ ille ait. Quia ⁊ alijs ciuitatibus oportet me euã gelizare regnum Dei: quia ideo miſſus ſum. Et erat predicans in ſynagogis Galileę. Credo.

Ps.87 Offert. Domine Deus ſalutis meę, in die clamaui ⁊ nocte coram te: intret oratio mea in cõſpectu tuo dñe, halãh. Secre.

Ut accepta tibi ſint dñe noſtra ieiunia: pſta nobis, quęſumꝰ, huius munere ſacramenti, purificatum tibi pectus offerre. Per d. Altera ſec. vel Oblat. vel Prot. 127.

Ioh.3. Communio. Spiritus, vbi vult, ſpirat: ⁊ vocem eius audis, haleluiah: ſed neſcis vnde veniat, aut quo vadat, haleluiah, haleluiah, haleluiah. Poſtcommunio.

Prębeant nobis domine diuinuz tua ſancta feruorem: quo eorum pariter ⁊ actu delectemur, ⁊ guſtu. Per dominum noſtrum. Altera poſtcõio, vel Hęc nos quęſu. vel Quęſumus domine. folio 127.

## IN FESTO S.Trinitatis. Introitus. 8.

Ex tob. ca.12



Benedicta ſit ſancta Trinitas, atque indiuiſa vnitas, cõfitebimur ei, quia fecit nobiſcum miſericordiã ſuam. Ps. Domine dominus noſter, quã admirabile eſt nomen tuuz in vniuerſa terra. V. Gloria p. Oremus.

Omnipotẽs ſempiterne Deꝰ, qui dediſti famulis tuis in cõfeſſione verę fidei, ęternę Trinitatis gloriã agnoſcere, ⁊ in potentia maieſtatis adorare vnitatem: quęſumus, vt eiuſdem fidei firmitate, ab omnibꝰ ſemper muniamur aduerſis. Per dominum noſtrũ Ie. Deinde fit cõme. de Dñica j. poſt Pẽtec. Oratio. Deus in te ſperantium. vt infra habetur in eius Miſſa.

Lcõ eplę btĩ Pauli aplĩ ad Rom.

Fratres. O altitudo diuitiarum ſapientię, ⁊ ſcientię Dei: quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, ⁊ inueſtigabiles vię eius? Quis enim cognouit ſenſuz domini? Aut quis conſiliarius eiꝰ fuit? Aut quis prior dedit illi, ⁊ retribuetur ei? Quoniam ex ipſo, ⁊ per ipſum, ⁊ in ipſo ſunt omnia. Ipſi honor, ⁊ gloria, in ſęcula ſęculorum. Amen. ca.11

Graduale. Benedictus es, domine, qui intueris abyſſos, ⁊ ſedes ſuper cherubim. V. Benedictus es domine in firmamento cęli, ⁊ laudabilis in ſęcula. Haleluiah, haleluiah. V. Benedictus es dñe Deꝰ patrũ noſtrorũ: ⁊ laudabilis in ſęcula, haleluiah. Dan.3

Sequẽtia ſcti euãg. ſm. Matthęũ.

In illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Data eſt mihi omnis poteſtas in cęlo ⁊ in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizãtes eos, in nomine patris, ⁊ filij, ⁊ ſpiritus ſancti: docentes eos ſeruare omnia quęcunqz mandaui vobis. Et ecce, ego vobiſcum ſum vſqz ad conſummationem ſęculi. Credo. Offertoriuz. ca.28.

Benedictus ſit Deꝰ pater, vnigenituſqz Dei filius, ſanctus quoqz ſpiritus: quia fecit nobiſcum miſericordiã ſuam. Secre.

Sanctifica, quęſumus domine Deꝰ noſter, per tui ſancti nominis inuocationem, huius oblationis hoſtiam: ⁊ per eam noſmet ipſos

ipſos tibi perfice munus ęternuз. Per dominũ noſtrũ Jeſum Chri.

Prefatio. Q ui cũ vnigenito. III.

Cõmmu. B enedicimus Deum cęli, ⁊ corã omnibus viuentibus confitebimur ei: qa fecit nobiſcũ miſericordiã ſuã. Poſtc.

P Roficiat nobis ad ſalutẽ corporis ⁊ animę, domine Deus noſter, huius ſacramẽti ſuſceptio: ⁊ ſempiternę ſanctę Trinitatis, eiuſdemqз indiuiduę vnitatis confeſſio. Per dominum noſtruз Je.

DOMINICA PRIMA poſt Pentecoſten. Introit. 5.



D Omine in tua miſericordia ſperaui, exultauit cor meuз in ſalutari tuo: cantabo domino, qui bona tribuit mihi. Ps. Vſqзquo
ps.12 Dñe obliuiſceris: me in finẽ? vſqзquo auertis faciẽ tuã a me? V. Gloria pa. Oremus.

D Eus in te ſperantiuз fortitudo, adeſto propitius inuocationibus noſtris: ⁊ qa ſine te nihil poteſt mortalis infirmitas, pręſtá auxilium gratię tuę: vt in exequendis mãdatis tuis, ⁊ voluntate tibi, ⁊ actione placeamus. Per domi.

Ad poſcenda ſuffragia SS. Oro.

A Cunctis nos, qs dñe, mẽtis ⁊ corporis defende periculis: ⁊ intercedẽte glorioſa virgine Dei genitrice Maria, cũ beatis apoſtolis tuis Petro, ⁊ Paulo, atqз beato N. ⁊ omnibus ſanctis: ſalutẽ nobis tribue benignus ⁊ pacẽ: vt deſtructis aduerſitatibus ⁊ erroribꝰ vniuerſis, eccleſia tua, ſecura tibi ſeruiat libertate. Per eundẽ dñm.

¶ Et dicitur in Miſſis tam de tempore, quàm de ſancto vſqз ad Aduentum, niſi ſit duplex, vel infra octauam. Tertia vero oratio dicatur ad libitum ſacerdotis.

Lectio eplę beati Johannis aplĩ. j. ca. 4.

C Hariſſimi. Deꝰ charitas eſt. In hoc apparuit charitas Dei in nobis: quoniam filium ſuũ vnigenitum miſit Deus in mundum, vt viuamus per euз. In hoc eſt charitas: nõ quaſi nos dilexerimus Deũ: ſed quoniã ipſe prior dilexit nos, ⁊ miſit filium ſuum propitiationẽ pro peccatis noſtris. Chariſſimi, ſi Deus dilexit nos, ⁊ nos debemus alterutrũ diligere. Deũ nemo vidit vnquã. Si diligimꝰ inuicẽ, Deus in nobis manet, ⁊ charitas eiꝰ in nobis perfecta eſt. In hoc cognoſcimꝰ, quoniã in eo manemus, ⁊ ipſe in nobis: quoniã de ſpiritu ſuo dedit nobis. Et nos vidimus, ⁊ teſtificamur: qñ pater miſit filium ſuum ſaluatorem mundi. Quiſquis ꝯfeſſus fuerit, qñ Jeſus eſt filius Dei: Deus in eo manet, ⁊ ipſe in Deo. Et nos cognouimꝰ, ⁊ credidimus charitati, quaз habet Deus in nobis. Deꝰ charitas eſt: ⁊ qui manet in charitate, in Deo manet, ⁊ Deus in eo. In hoc pfecta eſt charitas Dei nobiſcũ, vt fiduciam habeamus in die iudicii: qa ſicut ille eſt, ⁊ nos ſumus in hoc mundo. Timor non eſt in charitate: ſed perfecta charitas foras mittit timorem: qñ timor pęnam habet. Qui autẽ timet, non eſt perfectus in charitate. Nos ergo diligamus Deũ: quoniã Deꝰ prior dilexit nos. Si quis dixerit quoniam diligo Deum, ⁊ fratrẽ

fratrē ſuū oderit, mendax eſt. Qui
enim non diligit fratrē ſuum, quē
videt: Deum, quē non videt, quo
modo poteſt diligere? Et hoc mā
datū habemus a Deo: vt qui dili
git Deum, diligat ꝛ fratrem ſuū.
Pſ. 40. Graduale. Ego dixi domine, miſerere
mei: ſana animam meam, quia peccaui ti
bi. ℣. Beatus vir, qui intelligit ſuper ege
num, ꝛ pauperem: in die mala liberabit
eum dominus. Haleluiah, haleluiah. ℣.
Pſ. 5. Uerba mea auribus percipe domine: in
tellige clamorem meum, haleluiah.

Sequentia ſcti euang. ſm Lucam.

cap. 6 In illo tempore: Dixit Jeſus
diſcipulis ſuis. Eſtote miſe
ricordes, ſicut ꝛ pater veſter miſe
ricors eſt. Nolite iudicare, ꝛ nō iu
dicabimini. Nolite condemnare,
ꝛ non cōdemnabimini. Dimittite,
ꝛ dimittemini. Date, ꝛ dabitur vo
bis. Menſuram bonam, ꝛ confer
tam, ꝛ coagitatam, ꝛ ſupereffluen
tem dabunt in ſinum veſtrum: ea
dem quippe menſura, qua menſi
fueritis, remetietur vobis. Dice
bat autem illis ꝛ ſimilitudinem.
Nunquid poteſt cęcus cęcum du
cere? Nonne ambo in foueam ca
dunt? Non eſt diſcipul⁹ ſuper ma
giſtrum. Perfectus autem omnis
erit, ſi ſit ſicut magiſter eius. Quid
autem vides feſtucam in oculo fra
tris tui: trabem autem, quę in
oculo tuo eſt, non conſideras? Aut
quomodo potes dicere fratri tuo:
Frater, ſine eijciam feſtucā de ocu
lo tuo: ipſe trabem in oculo tuo
non videns? Hypocrita, eijce pri
mum trabem de oculo tuo: ꝛ tunc
perſpicies vt educas feſtucam de
oculo fratris tui. Credo.

Offertorium.

Intende voci orationis meę, Rex meus, Pſ. 5
ꝛ Deus meus: quoniam ad te orabo do
mine.

Secreta.

Hoſtias noſtras, quęſum⁹ do
mine, tibi dicatas placat⁹ aſ
ſume: ꝛ ad perpetuum nobis tri
bue prouenire ſubſidium. Per do
minum noſtrum Jeſum Chriſtū
filium tuum, qui tecum viuit ꝛ c.

Ad poſcenda ſuffragia ſancto
rum. Secreta.

Exaudi nos De⁹ ſalutaris no
ſter: vt per huius ſacramenti
virtutē, a cunctis nos mētis ꝛ cor
poris hoſtibus tuearis: gratiā tri
buens in preſenti, ꝛ gloriam in fu
turo. Per dominum noſtrum Je
ſum Chriſtum filium tuum. ꝛc.

Communio.

Narrabo omnia mirabilia tua: lętabor, ꝛ Pſ. 9
exultabo in te: pſallam nomini tuo altiſſi
me.

Poſtcommunio.

Tantis domine repleti mune
ribus, preſta, quęſumus: vt ꝛ
ſalutaria dona capiamus, ꝛ a tua
laude nunquam ceſſemus. Per do
minū noſtrum Jeſum Chriſtū. ꝛc.

Ad poſcenda ſuffragia ſancto
rum. Poſtcommunio.

Mundet ꝛ muniat nos, quęſu
mus domine, diuini ſacramē
ti munus oblatum: ꝛ intercedente
beata dei genitrice Maria, cū bea
tis Apoſtolis tuis Petro ꝛ Pau
lo, atque beato N. ꝛ omnibus ſan
ctis: a cūctis nos reddat, ꝛ peruer
ſitatibus expiatos, ꝛ aduerſitati
bus expeditos. Per eundem dnm
noſtrum Jeſum Chriſtū filiū. ꝛc.

Jn

# IN SOLENNITATE SACRATISSIMI CORPORIS CHRISTI.



## Introitus. 2.

ps.80 Cibauit eos ex adipe frumenti, ha
leluiah: ⁊ de petra, melle ſatura-
uit eos, hal'ah, hal'ah, haleluiah.
Ps. Exultate Deo adiutori noſtro: iubilate
Deo Iacob. ℣. Gloria pat. Oremus.
DEus, qui nobis ſub ſacramē
to mirabili paſſionis tuę me
moriā reliquiſti: tribue, q̄s, ita nos
corporis ⁊ ſanguinis tui ſacra my
ſteria venerari: vt redēptionis tuę
fructum in nobis iugiter ſentiam⁹.
Qui viuis ⁊ regnas cum Deo pa-
tre, i vnitate Spiritus ſancti De⁹.
Lcō ēplę b. Pauli apl̄i ad Corint.
1.Co.11 FRatres: Ego enim accepi a
domino quod ⁊ tradidi vo-
bis: quoniam dominus Ieſus in
qua nocte tradebatur, accepit pa-
nem: ⁊ gratias agens, fregit, ⁊ di-
xit. Accipite, ⁊ mãducate: Hoc eſt
corpus meũ, quod pro vobis tra
detur. Hoc facite in meam com-
memorationem. Similiter ⁊ cali-
cem poſtquam cenauit, dicēs: Hic
calix nouum teſtamentum eſt in
meo ſanguine. Hoc facite, quotieſ-
cunq; bibetis, in meã commemo
rationem. Quotieſcunq; enim mã
ducabitis panem hunc, ⁊ calicem
bibetis: mortem domini annuncia
bitis donec veniat. Itaq; quicũq;
manducauerit panem, ⁊ biberit
calicem domini indigne: reus erit
corporis ⁊ ſanguinis dñi. Probet
autē ſeipſum homo: ⁊ ſic de pane
illo edat, ⁊ de calice bibat. Qui
enim manducat ⁊ bibit indigne:
iudicium ſibi manducat, ⁊ bibit,
non dijudicans corpus domini.
Graduale. Oculi omnium in te ſpe- ps.144
rant domine: ⁊ tu das illis eſcam in tem-
pore opportuno. ℣. Aperis tu manum
tuam: ⁊ imples omne animal benedictio-
ne. Haleluiah, haleluiah. ℣. Caro mea
vere eſt cibus, ⁊ ſanguis meus vere eſt po-
tus: qui manducat meam carnem, ⁊ bibit
meum ſanguinē, in me manet, ⁊ ego in eo.

## Sequentia.

LAuda Sion Saluatorē, lauda ducē
⁊ paſtorem, in hymnis, ⁊ canticis.
Quantum potes, tantum aude: quia ma-
ior omni laude, nec laudare ſufficis.
Laudis thema ſpecialis, panis viuus ⁊
vitalis, hodie proponitur.
Quem in ſacrę menſa cęnę, turbę fratrū
duodenę, datum non ambigitur.
Sit laus plena, ſit ſonora, ſit iucunda ſit
decora mentis iubilatio.
Dies enim ſolennis agitur, in qua menſę
prima recolitur huius inſtitutio.

In

In hac menſa noui regis, nouum paſcha nouę legis, phaſe vetus terminat.
Vetuſtatem nouitas, vmbram fugat veritas: noctem lux eliminat.
Quod in Cęna Chriſtus geſſit, faciendũ hoc expreſſit in ſui memoriam.
Docti ſacris inſtitutis, panem, vinum in ſalutis conſecramus hoſtiam.
Dogma datur Chriſtianis, ꝙ in carnem tranſit panis, ⁊ vinum in ſanguinem.
Quod nõ capis, quod non vides, animoſa firmat fides: pręter rerum ordinem.
Sub diuerſis ſpeciebus, ſignis tantũ, ⁊ non rebus, latent res eximię.
Caro cibus, ſanguis potus: manet Chriſtus tamen totus, ſub vtraqz ſpecie.
A ſumente non conciſus, non confractus non diuiſus: integer accipitur.
Sumit vnus, ſumunt mille: quantum iſti, tantum ille, nec ſumptus conſumitur.
Sumunt boni, ſumunt mali, ſorte tamen inęquali, vitę vel interitus.
Mors eſt malis, vita bonis: vide, paris ſumptionis, quam ſit diſpar exitus.
Fracto demum ſacramento, ne vacilles: ſed memento, tantum eſſe ſub fragmento, quantum toto tegitur.
Nulla rei ſit ſciſſura: ſigni tantum ſit fractura: qua, nec ſtatus, nec ſtatura ſignati minuitur.
Ecce panis angelorum, factus cibus viatorum: vere panis filiorum non mittendus canibus.
In figuris pręſignatur, cuz Iſaac immolatur, agnus paſchę deputatur, datur manna patribus.
Bone paſtor, panis vere, Ieſu noſtri miſerere: tu nos paſce, nos tuere: tu nos bona fac videre in terra viuentium.
Tu qui cũcta ſcis ⁊ vales: qui nos paſcis hic mortales: tuos ibi commenſales, coheredes ⁊ ſodales fac ſanctorum ciuium.
Amen. Halelujah.

Sequẽtia ſcti euãg. ſm Iohãnem.

In illo tempore. Dixit Ieſus turbis Iudęorũ. Caro mea, vere eſt cibus: ⁊ ſanguis meus vere eſt potus. Qui manducat meaz carnem, ⁊ bibit meum ſanguinez, in me manet, ⁊ ego i illo. Sicut miſit me viuẽs pater, ⁊ ego viuo propter patrem: ⁊ qui manducat me, ⁊ ipſe viuet propter me. Hic eſt panis qui de cęlo deſcendit. Nõ ſicut mãducauerũt patres veſtri mãna, ⁊ mortui ſunt. Qui mãducat hũc panem, viuet in ęternuz. Credo. ca. 6.

Offert. Sacerdotes dñi incenſuz ⁊ panes offerũt Deo: ⁊ ideo ſancti erunt Deo ſuo, ⁊ non pollucẽt nomẽ eius: halah. Leuit. 21

Sec. Eccleſię tuę, q̃s dñe, vnitatis ⁊ pacis propitius dona ꝯcede: quę ſub oblatis muneribus myſtice deſignantur. Per dominum n.

Pręfatio. Quia per incarnati. Et dicitur per totam octauaz. folio. 104.

Communio. Quotieſcunqz manducabitis panẽ hũc, ⁊ calicem biberis: mortẽ dñi annũciabitis, donec veniat: itaqz quicunqz manducauerit panem, ⁊ biberit calicẽ domini indigne, reus erit corporis, ⁊ ſanguinis domini, halelujah. i. cor. 11

Poſtcommu. Fac nos, q̃s dñe, diuinitatis tuę ſempiterna fruitione repleri: quã p̃tioſi corporis ⁊ ſanguinis tui temporalis perceptio pręfigurat. Qui viuis ⁊ regnas cũ Deo patre, in vnitate eiuſdem ſpiritus.

¶ Infra octauã non fit de aliquo ſancto, niſi fuerit duplex. In die octauę nõ fit niſi de feſto S. Iohannis Baptiſtę, ⁊ ſanctorũ apoſtolorũ Petri ⁊ Pauli, ſi occurrat: ⁊ tunc

tunc fit de feſto cum commemoratione octauę. Secūda oratio infra octauā, de ſancta Maria. Concede nos famulos. tertia Eccleſię tuę. vel ꝓ Papa. 130.

## DOMINICA SECVNDA poſt Pentecoſten,

Que eſt infra octauam Corporis Chriſti.

Introitus. I.

ps.17 

Factus eſt dñs ꝓtector me⁹: ⁊ eduxit me in latitudinem: ſaluum me fecit, quoniā voluit me. ps. Diligam te dñe fortitudo mea: dñs firmamentū meū, ⁊ refugium meū, ⁊ liberator meus. ℣. Gloria. Oremus.

SAncti nominis tui dñe timorē pariter ⁊ amorē fac nos habere ꝑpetuū: qa nūquā tua gubernatione deſtituis, quos in ſoliditate tuę dilectionis inſtituis. Per d.

Deinde fit cōme. de octaua Corporis Chriſti tātum Deus q nobis. vt ſup.

Lectio ep̄le beati Iohannis apli.

1.ca.3. CHariſſimi: Nolite mirari, ſi odit vos mundus. Nos ſcimus, quoniam tranſlati ſumus de morte ad vitam: quoniā diligim⁹ fratres. Qui non diligit: manet in morte. Omnis qui odit fratrē ſuū: homicida eſt. Et ſcitis, qm̄ omnis homicida non habet vitā ęternā in ſe manentē. In hoc cognouim⁹ charitatē Dei, qm̄ ille ꝓ nobis animā ſuam poſuit, ⁊ nos debemus pro fratrib⁹ animas ponere. Qui habuerit ſubſtātiā huius mūdi, ⁊ viderit fratrē ſuū neceſſitatē habere, ⁊ clauſerit viſcera ſua ab eo: quomodo charitas Dei manet in eo? Filioli mei, nō diligam⁹ verbo neq; lingua, ſed opere ⁊ veritate.

Gradua. Ad dñm cum tribularer, clamaui, ⁊ exaudiuit me. ℣. Dñe, libera animā meā a labijs iniquis: ⁊ a lingua doloſa. ps.119

Halleluiah, halleluiah. ℣. Domine De⁹ in te ſperaui: ſaluū me fac ex omnibus perſequentibus me, ⁊ libera me, halleluiah.

Sequētia ſancti euāg. ſm Lucam.

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolā hāc. ca.14 Homo quidam fecit cęnā magnā: ⁊ vocauit multos. Et miſit ſeruū ſuum hora cęnę dicere inuitatis vt venirent: quia iā parata ſunt omnia. Et cęperunt omnes ſimul excuſare. Primus dixit ei. Villā emi: ⁊ neceſſe habeo exire, ⁊ videre illam. Rogo te, habe me excuſatū. Et alter dixit. Iuga boū emi quinque: ⁊ eo probare illa. Rogo te, habe me excuſatum. Et alius dixit. Vxorem duxi: ⁊ ideo non poſſum venire. Et reuerſus ſeruus nunciauit hęc domino ſuo. Tunc irat⁹ paterfamilias, dixit ſeruo ſuo. Exi cito in plateas, ⁊ vicos ciuitatis: ⁊ pauperes ac debiles, cęcos ⁊ claudos introduc huc. Et ait ſeruus. Domine factum eſt, vt imperaſti: ⁊ adhuc locus eſt. Et ait dominus ſeruo. Exi in vias ⁊ ſepes, ⁊ cōpelle intrare, vt impleat domus mea. Dico autem vobis, quod nemo virorum illorum qui vocati ſunt, guſtabit cęnam meam. Credo.


Offertorium.

Dñe conuertere, ⁊ eripe aīam meā: ſaluū me fac ꝓpter miſericordiam tuā. Secre.

OBlatio nos, quęſumus domine, tuo nomini dicanda purificet:

ficet: ⁊ de die in diem ad cęleſtis vi
tę transferat actionem. Per dñm.
ps. 12. Cõmu. Cantabo dño, qui bona tribuit
mihi: ⁊ pſallã nomini dñi altiſſimi. Poſtc.
Sumptis muneribus ſacris,
quęſumus domine: vt cũ fre
quentatione myſterij, creſcat no
ſtrę ſalutis effectus. Per dominũ.

DOMINICA TERTIA
poſt Pentecoſtẽ. Introitus. 3.



ps. 24. Reſpice in me, ⁊
miſerere mei do
mine: quoniã vnicus,
⁊ pauper ſum ego: vi
de humilitatem meã ⁊
laborẽ meũ: ⁊ dimitte
oĩa peccata mea De⁹
meus. ps. Ad te dñe
leuaui animã meã: De⁹ meus in te cõfido,
non erubeſcam. ℣. Gloria. Oremus.
Protector in te ſperãtiũ De⁹,
ſine quo nihil eſt validũ, nihil
ſanctum: multiplica ſuper nos mi
ſericordiã tuã: vt te rectore, te du
ce, ſic trãſeamus p bona tẽporalia,
vt non amittamus ęterna. Per d.
A cũctis nos quęſumus. fol. 142.
Lectio eplę beati Petri Apoſtoli.
j. ca. 5 Chariſſimi: Humiliamini ſub
potẽti manu Dei, vt vos exal
tet in tẽpore viſitationis. Oẽm ſo
licitudinẽ veſtrã proijciẽtes in eũ:
qm̃ ipſi eſt cura de vobis. Sobrij
eſtote, ⁊ vigilate: qa aduerſari⁹ ve
ſter diabol⁹, tãquã leo rugiẽs, cir
cuit q̃rẽs quẽ deuoret. Cui reſiſtite
fortes in fide: ſciẽtes eãdẽ paſſionẽ
ei quę in mũdo eſt, veſtrę fraterni
tati fieri. Deus autẽ omnis gra
tię, q vocauit nos in ęternã ſuã glo
riam in Chriſto Jeſu, modicũ paſ
ſos: ipſe perficiet, confirmabit, ſo
lidabitq;. Ipſi gloria, ⁊ imperium
in ſęcula ſęculorum. Amen.
Graduale. Iacta cogitatum tuum in ps. 54.
domino, ⁊ ipſe te enutriet. ℣. Dum cla
marem ad dominum, exaudiuit vocem meã
ab his, qui appropinquant mihi. Halũ,
halũ. ℣. Deus iuſtus, fortis, ⁊ patiẽs, nũ ps. 7
quid iraſcetur per ſingulos dies: halelulah.
Sequẽtia ſancti euãg. ſm̃. Lucam.
In illo tempore: Erãt appro ca. 15
pinquantes ad Jeſum publi
cani ⁊ peccatores, vt audirent il
lum. Et murmurabant phariſęi ⁊
ſcribę, dicentes. Quia hic peccato
res recipit, ⁊ manducat cum illis.
Et ait ad illos parabolam iſtã, di
cẽs. Quis ex vobis homo q habet
cẽtum oues: ⁊ ſi perdiderit vnã ex
illis, nonne dimittit nonagintano
uẽ in deſerto, ⁊ vadit ad illam quę
perierat, donec inueniat illã? Et cũ
inuenerit eã, imponit in humeros
ſuos gaudens: ⁊ veniens domum,
conuocat amicos ⁊ vicinos, dicẽs
illis. Cõgratulamini mihi, quia in
ueni ouẽ meam, quę perierat. Di
co vobis, q ita gaudiũ erit in cęlo
ſuper vno peccatore pęnitẽtiã agẽ
te, quam ſupra nonagintanouem
iuſtis, qui nõ indigent pęnitentia.
Aut quę mulier habẽs drachmas
decem: ſi perdiderit drachmã vnã,
nonne accendit lucernam, ⁊ euer
rit domum, ⁊ quęrit diligenter do
nec inueniat eam? Et cum inuene
rit, conuocat amicas ⁊ vicinas, di
cens. Congratulamini mihi: quia
inueni drachmam quã perdiderã.
Jta, dico vobis, gaudium erit co
rã angelis Dei, ſuper vno pecca

tore pęnitentiam agente. Credo.
ps.6 Offertorium. Sperent in te omnes,
qui nouerunt nomen tuum domine: quo-
niã non derelinquis quęrentes te: pſallite
domino, qui habitat in Sion: quoniam nõ
eſt oblitus orationem pauperum. Secre.

RESpice, quęſumus dñe, mu-
nera ſupplicantis eccleſię: ⁊
ſaluti credẽtium, perpetua ſanctifi
catione ſumenda concede. Per d.

Exaudi nos. 143. Communio.
Dico vobis, gaudiũ eſt angelis Dei, ſup
vno peccatore penitentiã agẽte. Poſtco.

SAncta tua dñe nos ſumpta vi
uificent: ⁊ miſericordię ſempi
ternę pręparent expiatos. Per d.

Mundet ⁊ muniat nos. fol. 143.

DOMINICA QVARTA
poſt Penteceoſten: Introit. 2



ps.26 DOminus illumi-
natio mea, ⁊ ſa-
lus mea, quem timebo:
Dominus defenſor vi-
tę meę: a quo trepidabo
qui tribulãt me inimici
mei: ipſi infirmati ſunt,
⁊ ceciderũt. Ps. Si cõ
ſiſtant aduerſum me caſtra, non timebit cor
meum. ℣. Gloria patri, ⁊ fi. Oremus.

DA nobis, q̃s dñe: vt ⁊ mundi
curſus pacifice nobis tuo or
dine dirigat, ⁊ eccleſia tua trãquil
la deuotione lętetur. Per domi.

A cunctis nos, quęſumus. fol. 142.

Lectio ep̃lę b. Pauli ap̃li ad Rom.

ca.8. FRatres: Exiſtimo, q̃ nõ ſunt
cõdignę paſſiones huius tẽ
poris ad futurã gloriã, quę reuela
bit in nobis. Nã expectatio creatu
rę, reuelationẽ filiorum Dei expe
ctat. Vanitati enim creatura ſubie
cta eſt, nõ volẽs, ſed propter eum
qui ſubiecit eam in ſpe: quia ⁊ ipſa
creatura liberabit a ſeruitute cor
ruptionis, in libertatẽ glorię filio
rũ Dei. Scim⁹ enim, q̃ omnis crea
tura ingemiſcit, ⁊ parturit vſque
adhuc. Non ſolum autem illa: ſed ⁊
nos ipſi primitias ſpiritus habẽtes
⁊ ipſi intra nos gemim⁹, adoptio
nem filiorum Dei, expectantes, re
demptionem corporis noſtri: In
Chriſto Jeſu domino noſtro.

Graduale. Propitius eſto domine pec ps.78.
catis noſtris: nequando dicant gentes, Ubi
eſt Deus eorum? ℣. Adiuua nos Deus
ſalutaris noſter, ⁊ propter honorem nomi
nis tui domine libera nos. Halleluiah, ha
leluiah. ℣. Deus, qui ſedes ſuper thronũ,
⁊ iudicas ęquitatem, eſto refugium pau
perum in tribulatione, haleluiah.

Sequẽtia ſancti euãg. ſm Lucam.

IN illo tempore. Cum turbę ca.5.
irruerent in Jeſum, vt audi
rent verbum Dei: ⁊ ipſe ſtabat ſe
cus ſtagnum Geneſareth. Et vi
dit duas naues ſtantes ſecus ſta
gnũ. Piſcatores autẽ deſcẽderãt,
⁊ lauabant retia. Aſcendens autẽ
in vnã nauim quę erat Simonis, ro
gauit eũ, a terra reducere puſillũ.
Et ſedẽs docebat de nauicula tur
bas. Ut aũt ceſſauit loqui, dixit ad
Simonẽ. Duc i altũ, ⁊ laxate retia
veſtra in capturam. Et reſpondẽs
Simõ, dixit illi. Pręceptor, per to
tã noctẽ laborantes, nihil cepim⁹:
i verbo aũt tuo laxabo rete. Et cũ
hoc feciſſent, concluſerunt piſcium
multitudinẽ copioſam. Rumpeba
tur autẽ rete eorũ. Et annuerũt ſo
cijs, q erant in alia naui: vt venirẽt,
⁊

⁊ adiuuarent eos. Et venerunt, ⁊
impleuerũt ambas nauiculas: ita
vt pene mergerentur. Quod cum
videret Simõ Petrꝰ, pcidit ad ge
nua Jeſu, dicẽs. Exi a me, quia ho
mo peccator ſũ, dñe. Stupor enim
circundederat eũ, ⁊ omnes qui cũ
illo erãt, in captura piſcium quaꝫ
cẽperãt. Similiter autẽ ⁊ Jacobũ
⁊ Johãnẽ filios Zebedei, qui erãt
ſocij Simonis. Et ait ad Simonẽ
Jeſus. Noli timere: ex hoc iã eris
homines capiẽs. Et ſubductis ad
terram nauibus, relictis omni-
bus ſecuti ſunt eum. Credo.
ps.12. Offertoriũ. Illumina oculos meos,
ne vnquã obdormiã ĩ morte: nequãdo dicat
inimicꝰ meus: preualui aduerſus eũ. Sec.
Oblationibus noſtris, q̃s dñe,
placare ſuſceptis: ⁊ ad te no-
ſtras etiam rebelles compelle pro
pitius voluntates. Per dominuꝫ.
Exaudi nos Deus ſalutaris. 143.
Communio.
ps.17 Dñs firmamentũ meũ, ⁊ refugiũ meum,
⁊ liberator meus, adiutor meus. Poſtcõ.
Myſteria nos dñe, queſumus,
ſumpta purificent: ⁊ ſuo mu
nere tueantur. Per dominum no.
Mundet ⁊ muniat nos. 143.

DOMINICA QVINTA
post Pentecoſtẽ. Introitus. 4.



ps.26. Exaudi dñe vocẽ
meam, qua cla-
maui ad te: adiutor meꝰ
eſto, ne derelinquas me
neqꝫ deſpicias me Deꝰ
ſalutaris meꝰ. Ps. Do
minꝰ illuminatio mea,
⁊ ſalus mea: quem time
bo: ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Oremus.
M.N.R.

Deus, qui diligẽtibꝰ te bona
inuiſibilia preparaſti, infun-
de cordibꝰ noſtris tui amoris affe
ctuꝫ: vt te in omnibus ⁊ ſuper om
nia diligentes, promiſſiones tuas,
que omne deſiderium ſuperãt, cõ-
ſequamur. Per dominum noſtrũ.
A cunctis nos, queſumus. 142.
Lcõ epiſtole beati Petri apoſtoli.
Chariſſimi: Oẽs vnanimes in i.ca.5
oratione eſtote, compatiẽtes,
fraternitatis amatores, miſericor-
des, modeſti, humiles. Non reddẽ
tes malum pro malo, nec male-
dictum pro maledicto, ſed e con-
trario, benedicentes: quia in hoc
vocati eſtis, vt benedictionem he-
reditate poſſideatis. Qui eniꝫ vult
vitam diligere, ⁊ dies videre bo-
nos, coerceat linguã ſuã a malo, ⁊
labia eius ne loquãtur dolum. De ps.32
clinet a malo, ⁊ faciat bonũ, inqui
rat paceꝫ, ⁊ ſequatur eã. Quia ocu
li dñi ſuper iuſtos: ⁊ aures eius in
preces eorũ. Vultus autẽ dñi ſup
faciẽtes mala. Et quis eſt, q vobis
noceat, ſi boni emulatores fueritis?
Sed ⁊ ſiquid patimini propter iu-
ſtitiam, beati. Timorẽ autẽ eorum
ne timueritis, vt nõ cõturbemini.
Dominum autem Jeſum Chriſtũ
ſanctificate in cordibus veſtris.
Graduale. Protector noſter aſpice ps. 83.
Deus, ⁊ reſpice ſup ſeruos tuos. ℣. Domi
ne Deus virtutum exaudi preces ſeruoruꝫ
tuorum. Haleluiah, halah. ℣. Domine ps.20.
in virtute tua letabitur rex: ⁊ ſuper ſaluta-
re tuum exultabit vehementer, haleluiah.
Sequẽtia ſcti euãg. ſm Mattheũ.
In illo tempore: Dixit Jeſus ca.5
diſcipulis ſuis. Amen dico

 vobis:

vobis:niſi abundauerit iuſtitia ve
ſtra pluſquam ſcribarum ⁊ pha-
riſeorum, non intrabitis in regnũ
celorum. Audiſtis, quia dictum eſt
antiquis. Nõ occides: qui autẽ oc-
ciderit, reus erit iudicio. Ego autẽ
dico vobis: quia omnis qui iraſci-
tur fratri ſuo, re⁹ erit iudicio. Qui
autẽ dixerit fratri ſuo, raca: reus
erit cõcilio. Qui autem dixerit, fa-
tue re⁹ erit gehẽne ignis. Si ergo
offers munus tuũ ad altare, ⁊ ibi
recordatus fueris q̃ frater tuus
habet aliq̃d aduerſuꝫ te: relinque
ibi mun⁹ tuum ante altare, ⁊ vade
prius reconciliari fratri tuo: ⁊ tũc
veniẽs offeres mun⁹ tuũ. Credo.

ps.15. Offertorium. Benedicam dominum,
qui tribuit mihi intellectum: prouidebam
Deum in conſpectu meo ſemper, quoniã
a dextris eſt mihi, ne commouear. Secr.

Propitiare domine ſupplica-
tionibus noſtris: ⁊ has obla-
tiones, famulorum, famularumqꝫ
tuarũ benignus aſſume: vt, quod
ſinguli obtulerunt ad honorẽ no
minis tui, cunctis proficiat ad ſa-
lutem. Per dominum noſtrum Je
ſum Chriſtum filium tuum. Qui.
Exaudi nos De⁹ ſalutaris. 143.

ps.26 Communio. Unam petij a domino,
hanc requiram: vt inhabitem in domo do-
mini omnibus diebus vite mee. Poſtcõ.

Quos domine celeſti dono ſa-
tiaſti, preſta queſum⁹: vt a no
ſtris mundemur occultis: ⁊ ab ho
ſtium liberemur inſidijs. Per do-
minum noſtrum Jeſum Chriſtuꝫ
filium tuum, qui tecum viuit ⁊ re-
gnat i vnitate ſpiritus ſancti De⁹.
Mundet ⁊ muniat. folio 143.

DOMINICA SEXTA
poſt Pentecoſten. Introitus.



Dominus fortitu- ps.27
do plebis ſue: ⁊
protector: ſalu-
tariũ Chriſti ſui
eſt: ſaluũ fac po
pulũ tuum Do
mine, ⁊ benedic
hereditati tue, ⁊
rege eos vſque
in ſeculũ. Ps. Ad te domine clamabo: De⁹
meus ne ſileas a me: nequando taceas a me,
⁊ aſſimilabor deſcendentibus in lacum. ℣.
Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui. Oremus.

Deus virtutũ, cuius eſt totũ,
quod eſt optimum, inſere pe
ctoribus noſtris amorẽ tui nomi
nis, ⁊ preſta in nobis religionis
augmentum: vt que ſunt bona nu
tri as: ac pietatis ſtudio, que ſunt
nutrita, cuſtodias. Per dominuꝫ.
A cunctis nos queſumus. 142.
Lcõ eplẽ btĩ Pauli apl̃i ad Rom̃.

Fratres: Quicunqꝫ baptiza ca.6.
ti ſumus in Chriſto Jeſu, in
morte ipſius baptizati ſumus. Cõ
ſepulti enim ſumus cum illo per
baptiſmuꝫ in mortẽ: vt quomodo
ſurrexit Chriſtus a mortuis per
gloriam patris, ita ⁊ nos in noui-
tate vite ambulemus. Si enim cõ
plantati facti ſumus ſimilitudini
mortis ei⁹: ſimul ⁊ reſurrectionis
erimus. Hoc ſciẽtes: q̃ vetus ho-
mo noſter ſimul crucifixus eſt, vt
deſtruatur corp⁹ peccati, vt vltra
non ſeruiamus peccato. Qui enĩ
mortuus eſt, iuſtificatus eſt a pec-
cato. Si autẽ mortui ſum⁹ cũ Chri
ſto:

ſto: credimus quia ſimul etiã viue-
mus cum illo. Scientes, quia Chri
ſtus reſurgens ex mortuis, iã non
moritur: mors illi vltra nõ dominabi
tur. Quod enim mortuus eſt, pecca
to, mortuꝰ eſt ſemel: qđ aũt viuit, vi
uit Deo. Ita ⁊ vos exiſtimate, vos
mortuos qdẽ eſſe peccato: viuẽtes
aũt Deo: i Chro Ieſu dño noſtro.
Ps.89 Graduale. Conuertere domine aliquã
tulum, ⁊ deprecare ſuper ſeruos tuos. ℣.
Domine, refugium factus es nobis, a gene
ratione in generationem. Halleluiah, hal-
Ps.30 leluiah. ℣. In te domine ſperaui, non con
fundar in eternum: in iuſtitia tua libera me,
⁊ eripe me: inclina ad me aurem tuam: ac-
celera, vt eripias me, halleluiah.

Sequẽtia ſcti euãg. ſm Marcum.

ca.8. In illo tempore: Cum turba
multa eſſet cum Ieſu, nec ha-
berent quod manducarent: cõuo-
catis diſcipulis ſuis, ait illis. Mi-
ſereor ſuper turbam: quia ecce iam
triduo ſuſtinent me, nec habẽt qđ
manducent. Et ſi dimiſero eos ie-
iunos in domum ſuam, deficient
in via. Quidam enim ex eis de lon
ge venerunt. Et reſponderunt ei
diſcipuli ſui. Unde iſtos poterit qs
hic ſaturare panibus in ſolitudi-
ne? Et interrogauit eos. Quot pa
nes habetis? Qui dixerũt. Septẽ.
Et precepit turbe diſcumbere ſup
terrã. Et accipiẽs ſeptẽ panes, gra
tias agens, fregit, ⁊ dabat diſcipu
lis ſuis, vt apponerẽt: ⁊ appoſue-
rũt turbe. Et habebant piſciculos
paucos, ⁊ ipſos benedixit, ⁊ iuſſit
apponi. Et mãducauerũt, ⁊ ſatura
ti ſunt. Et ſuſtulerũt qđ ſupauerat
de fragmẽtis, ſeptem ſportas. Erãt
M.R.R.

autem qui mãducauerãt, quaſi qua
tuor millia: ⁊ dimiſit eos. Credo.

Offertorium.

Perfice greſſus meos in ſemitis tuis, vt Ps.16
non moueantur veſtigia mea: inclina aurem
tuã, ⁊ exaudi verba mea: mirifica miſericor
dias tuas, qui ſaluos facis ſperantes in te
domine.


Secreta.

Propitiare dñe ſupplicationi
bus noſtris: ⁊ has populi tui
oblationes benignus aſſume: ⁊ vt
nullius ſit irritum votũ, nulliꝰ va-
cua poſtulatio, preſta qs: vt, quod
fideliter petimus, efficaciter con-
ſequamur. Per dominum noſtrũ.
Exaudi nos Deus ſalutaris. 143.

Communio.

Circuibo, ⁊ immolabo in tabernaculo Ps.26
eius hoſtiam iubilationis: cantabo, ⁊ pſal-
mum dicam domino. Poſtcõmunio.
Repleti ſumus domine mune
ribus tuis: tribue queſumꝰ:
vt eorum mundemur effectu, ⁊ mu
niamur auxilio. Per dominum n.
Mundet ⁊ muniat nos. 143.

DOMINICA SEPTIMA
poſt Pentecoſtẽ. Introitus. 6



Omnes gẽtes plau Ps.46
dite manibus:
iubilate Deo in voce
exultationis. Ps. Quo
niam dñs excelſus, terri
bilis, ⁊ rex magnus ſu-
per omnem terram. ℣.
Gloria. Oremus.
Deus, cuius prouidẽtia in ſui
diſpoſitione non fallitur: te ſup
plices exoramus: vt noxia cuncta
ſubmoueas: ⁊ omnia nobis profu
tura concedas. Per dominum no.
A cunctis nos queſumus. 142.

Lcō ep'le bti Pauli apli ad Rom.

ca.6. Fratres, Humanū dico propter infirmitatem carnis veſtrę. Sicut enim exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immūditię ⁊ iniquitati ad iniquitatem: ita ⁊ nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitię, in ſanctificationem. Cum enim ſerui eſſetis peccati, liberi fuiſtis iuſtitię. Quem ergo fructū habuiſtis tūc in illis, in quibus nunc erubeſcitis? Nam finis illorū, mors eſt. Nunc vero liberati a peccato, ſerui aūt facti Deo, habetis fructū veſtrum in ſanctificationem, finē vero vitā ęternā. Stipendia enim peccati, mors. Gratia autem Dei, vita ęterna: in Chriſto Jeſu dño noſtro.

Ps.33 Graduale. Venite filij, audite me: timorem domini docebo vos. ℣. Accedite ad eum, ⁊ illuminamini: ⁊ facies veſtrę non cōfundētur.
Ps.46 Alleluia, halleluiah. ℣. Omnes gētes plaudite manibus, iubilate Deo in voce exultationis, halleluiah.

Sequētia ſcti euāg. ſm Mattheū.

cap.7 In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Attēdite a falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoſcetis eos. Nunquid cólligūt de ſpinis vuas, aut de tribulis ficꝰ? Sic, omnis arbor bona, bonos fructꝰ facit: mala autē arbor, malos fructus facit. Non poteſt arbor bona, malos fructꝰ facere: neq; arbor mala, fructꝰ bonos facere. Omnis arbor, q̄ nō facit fructū bonū, excidetur, ⁊ in ignem mittetur. Igitur ex fructibꝰ eorum cognoſcetis eos. Non omnis qui dicit mihi, Domine, Dñe, intrabit in regnū cęlorū: ſed qui facit volūtatem patris mei, qui in cęlis eſt, ipſe intrabit in regnū cęlorū. Credo.

Offertorium. Sicut in holocauſtis arietum ⁊ taurorū, ⁊ ſicut in milibus agnorum pinguium: ſic fiat ſacrificium noſtrum in cōſpectu tuo hodie, vt placeat tibi: quia non eſt cōfuſio cōfidētibus in te dñe. Dan.3

Sec. Deus, qui legalium differētiā hoſtiarum vniꝰ ſacrificij perfectione ſanxiſti: accipe ſacrificiū a deuotis tuis famulis: ⁊ pari benedictione, ſicut munera Abel, ſanctifica: vt quod ſinguli obtulerunt ad maieſtatis tuę honorem, cunctis proficiat ad ſalutem. Per do.

Exaudi nos Deus ſaluta. 143. Ps.30

Communio. Inclina aurem tuam, accelera, vt eruas me.

Poſtcōmunio. Tua nos domine medicinalis operatio, ⁊ a noſtris peruerſitatibus clementer expediat, ⁊ ad ea quę ſunt recta pducat. Per do.

Mundet ⁊ muniat. folio 143.

DOMINICA OCTAVA poſt Pentecoſtē. Introitus. I Ps.47



Suſcepimus Deꝰ miſericordiā tuā in medio templi tui, ſecundum nomen tuum Deus, ita ⁊ laus tua in fines terrę: iuſtitia plena eſt dextera tua. Ps. Magnus dñs, ⁊ laudabilis nimis: in ciuitate Dei noſtri, in monte ſancto eius. ℣. Gloria p.

Oremus. Largire nobis, quęſumus domine, ſemper ſpiritum cogitandi quę recta ſunt, propitius ⁊ agendi: vt, qui ſine te eſſe non poſſumus,

ſumus, ſm te viuere valeamus. p.
. H cunctis nos queſumus. 142.
Lcō eplę beati Pauli aliad Rom.
cap. 8. F Ratres. Debitores ſumus,
non carni, vt ſecundum car-
nem viuamus. Si enim ſecundum
carnē vixeritis: moriemini. Si autē
ſpiritu facta carnis mortificaueri-
tis: viuetis. Quicūqz enim ſpiritu
Dei aguntur: hi filij Dei ſunt. Non
enim accepiſtis ſpiritū ſeruitutis
iterum in timore, ſed accepiſtis ſpi
ritū adoptionis filiorū, in quo cla-
mamus, Abba, pater. Ipſe enim ſpi
ritus teſtimonium reddit ſpiritui
noſtro, q ſumus filij Dei. Si autē
filij, ⁊ heredes. Heredes quidem
Dei: coheredes autem Chriſti.
ps. 30 Grad. E ſto mihi in Deū ꝓtectorē, ⁊ in
locū refugij, vt ſaluū me facias. ℣. De in
te ſperaui: dñe non confundar in ęternum.
ps. 47 Hal. hal. ℣. Magn dñs, ⁊ laudabilis val
de, in ciuitate Dei nři, in mōte ſcō ei, hal.
Sequētia ſancti euāg. ſm Lucam.
ca. 16. I N illo tēpore: Dixit Ieſus di
ſcipulis ſuis parabolam hāc.
Homo quidam erat diues, qui ha
bebat villicum: ⁊ hic diffamatus
eſt apud illum, quaſi diſſipaſſet bo
na illius. Et vocauit illū, ⁊ ait illi.
Quid hoc audio de te? Redde ra-
tionē villicationis tuę: iam enim nō
poteris villicare. Ait autē villic in
tra ſe. Quid faciā, qa dñs meus au
fert a me villicationē? Fodere nō
valeo, mēdicare erubeſco. Scio qd
faciā: vt cū amotus fuero a villica-
tione, recipiāt me in domos ſuas.
Cōuocatis itaqz ſingulis debitori
bus dñi ſui, dicebat primo. Quātū
debes dño meo? At ille dixit. Cen



tū cados olei. Dixitqz illi. Accipe
cautionē tuā: ⁊ ſede cito, ⁊ ſcribe
quinquaginta. Deinde alio dixit.
Tu vero quantū debes? Qui ait.
Cētū coros tritici. Ait illi. Accipe
literas tuas, ⁊ ſcribe octogita. Et
laudauit dñs villicū iniquitatis, qa
prudēter feciſſet: qa filij huius ſęcu
li, prudētiores filijs lucis in gene-
ratione ſua ſūt. Et ego dico vobis.
Facite vobis amicos de mamona
iniqtatis: vt cū defeceritis, recipiāt
vos i ęterna tabernacula. Credo.
Offertorium. P opulū humilē ſaluū ps. 17.
facies dñe, ⁊ oculos ſuperborum humilia-
bis: quoniā quis De preter te dñe? Sec.
S Uſcipe, qs dñe, munera: quę ti
bi de tua largitate deferim:
vt hęc ſacroſancta myſteria, gratię
tuę operante virtute, ⁊ pręſentis
vitę nos cōuerſatione ſanctificēt,
⁊ ad gaudia ſempiterna perdu-
cant. Per dominum noſtrum Ie.
E xaudi nos Deus ſalutaris. 143.
Cōmu. G uſtate, ⁊ videte, qm̄ ſuauis eſt ps. 33.
dñs: beatus vir qui ſperat in eo. Poſtcō.
S It nobis dñe reparatio men
tis ⁊ corporis cęleſte myſte-
riū: vt, cuius exequimur cultū, ſen
tiamus effectum. Per dominum.
M undet ⁊ muniat. folio 143.

DOMINICA NONA
poſt Pentecoſtē. Introitus. 6



E Cce Deus adiu ps. 53.
uat me: ⁊ dñs ſu-
ſceptor eſt animę meę:
auerte mala inimicis
meis: ⁊ in veritate tua
diſperde illos: prote-
ctor meus domine. ps.
Deus in nomine tuo
 ſaluum

ſaluum me fac: ⁊ in virtute tua libera me.
℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpi. Oremus.

Pateāt aures miſericordię tuę domine precibus ſupplicātiū: ⁊, vt petentibus deſiderata concedas, fac eos q̄ tibi ſunt placita poſtulare. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuū. Qui. Si cunctis nos quęſumus. 142.

Lcō eplę beati Pauli apli ad Cor.
1.co.10 Fratres: Non ſimus cōcupi-
ſcentes malorum, ſicut ⁊ illi
concupierunt. Neq; idololatrę ef-
ficiamini, ſicut quidā ex ipſis, quē-
admodum ſcriptum eſt: Sedit po
exo.32. pulus manducare ⁊ bibere, ⁊ ſur-
Nu.25. rexerūt lūdere. Neq; fornicemur:
ſicut quidā ex ipſis fornicati ſunt,
⁊ ceciderūt vna die vigititria mil-
exo.17. lia. Neque tentemus Chriſtum: ſi-
cut quidam eorum tentauerunt, ⁊
Nu.21 a ſerpentibus perierunt. Neque
murmuraueritis, ſicut quidā eorū
murmurauerunt, ⁊ perierunt ab exterminatore. Hęc autem omnia in figura contingebant illis: ſcripta ſunt autem ad correptionem noſtram, in quos fines ſeculorum deuenerūt. Itaq; qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat. Tētatio vos nō apprehendat, niſi humana. Fidelis autem Deus eſt, qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis: ſed faciet cum tentatione etiā prouentū, vt poſſitis ſuſtinere.
Graduale. Domine dominus noſter
ps.8. quam admirabile eſt nomen tuum in vni-
uerſa terra. ℣. Quoniā eleuata eſt magni-
ficentia tua ſuper celos. Halāb, halāb.
ps.58. ℣. Eripe me de inimicis meis Deꝰ meus,
⁊ ab inſurgentibus in me libera me, halāb.

Sequētia ſancti euāg. ſm Lucam.
In illo tempore: Cum appro- cap.19.
pinquaret Ieſus Ieruſalē, videns ciuitatem, fleuit ſuper illā, dicēs. Quia ſi cognouiſſes, ⁊ tu: ⁊ quidē in hac die tua, quę ad pacē tibi. Nunc autē abſcōdita ſunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te: ⁊ circundabunt te inimici tui vallo: ⁊ circundabunt te, ⁊ coanguſtabunt te vndiq;: ⁊ ad terrā proſternent te, ⁊ filios tuos qui in te ſunt: ⁊ non relinquēt in te lapidē ſuper lapidē: eo ꝙ nō cognoueris tēpus viſitationis tuę. Et ingreſſus in tēplum cepit eijcere vendentes in il-
lo, ⁊ ementes, dicēs illis. Scriptū 56.Is.
eſt: quia domus mea domus orationis eſt. Vos autē feciſtis illam ſpeluncam latronum. Et erat docens quotidie in templo. Credo.

Offertorium.
Iuſtitię domini rectę, lętificantes corda, 18.ps.
⁊ iudicia eius dulciora ſuper mel, ⁊ fauum: nam ⁊ ſeruus tuus cuſtodit ea. Secreta.

Concede nobis, quęſumꝰ domine, hęc digne frequentare myſteria: quia quoties huius hoſtię cōmemoratio celebratur, opus noſtrę redemptionis exercetur. Per dominum noſtrum Ieſum.

Exaudi nos Deus ſalutaris. 143.

Communio.
Qui manducat meam carnem, ⁊ bibit 6.Jo.
meū ſanguinem, in me manet, ⁊ ego in eo, dicit dominus. Poſtcommunio.

Tui nobis, quęſumus domine, communio ſacramenti, ⁊ purificationem cōferat, ⁊ tribuat vnitatem. Per dominum noſtrū.

Mundet, ⁊ muniat. folio 143.

## DOMINICA DECIMA poſt Pentecoſtẽ. Introitus. 3

ps.54 

DVm clamarẽ ad dominũ, exaudiuit vocẽ meã ab his qui appropinquant mihi: ⁊ humiliauit eos qui eſt ante ſecula, ⁊ manet in eternum: iacta cogitatũ tuuꝫ in dño, ⁊ ipſe te enutriet. Ps. Exaudi Deus orationẽ meã: ⁊ ne deſpexeris deprecationẽ meã: intende mihi, ⁊ exaudi me. ℣. Gl'ia. Oremus.

DEus qui omnipotentiaꝫ tuã parcẽdo maxime ⁊ miſerãdo manifeſtas: multiplica ſuper nos gratiam tuam: vt, ad tua promiſſa currentes, celeſtium bonorum facias eſſe conſortes. Per dominuꝫ. A cunctis nos queſumus. 142.

Lcõ eplẽ b. Pauli apli ad Corint.

co.12. FRatres. Scitis quoniam cuꝫ gentes eſſetis, ad ſimulacra muta prout ducebamini, euntes. Ideo notum vobis facio, ꝙ nemo in ſpiritu Dei loquẽs, dicit anatema Jeſu. Et nemo poteſt dicere, Dñs Jeſus, niſi in Spiritu ſancto. Diuiſiones vero gratiaꝝ ſunt, idẽ autẽ ſpirit⁹. Et diuiſiones miniſtrationũ ſunt, idẽ autem dñs. Et diuiſiones operationũ ſunt: ideꝫ vero Deus, q operat̃ omnia in omnib⁹. Unicuiqꝫ autẽ datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatẽ. Alij quideꝫ ꝑ ſpiritum datur ſermo ſapiẽtie: alij autẽ ſermo ſciẽtie, ſecundum eundem ſpiritum. Alteri fides in eodẽ ſpiritu: alij gratia ſanitatuꝫ in vno ſpiritu: alij operatio virtutum: alij prophetia: alij diſcretio ſpirituuꝫ: alij genera linguaruꝫ: alij interpretatio ſermonum. Hec autem omnia operatur vnus atqꝫ idem ſpiritus, diuidens ſingulis prout vult.

Grad. Cuſtodi me dñe vt pupillã oculi: ſub vmbra alarũ tuarum protege me. ℣. De vultu tuo iudicium meũ prodeat: oculi tui videant equitatẽ. Halab, haleluiah. ps.61
℣. Te decet hymnus Deus in Sion: ⁊ tibi reddetur votum in Jeruſaleꝫ, haleluiah. ps.64

Sequentia ſcti euang. ſm Lucam.

IN illo tempore. Dixit Jeſus ad quoſdã qui in ſe confidebant tanquam iuſti, ⁊ aſpernabantur ceteros, parabolaꝫ iſtam. Duo homines aſcenderunt in templuꝫ vt orarent, vnus Phariſeus, ⁊ alter Publicanus. Phariſeus ſtãs, hec apud ſe orabat. Deus, tibi gratias ago, quia non ſum ſicut ceteri hominũ: raptores, iniuſti, adulteri: velut etiam hic Publicanus. Jeiuno bis in ſabbatho, decimas do omnium que poſſideo. Et Publicanus a longe ſtãs nolebat nec oculos ad celum leuare, ſed percutiebat pectus ſuum, dicens. Deus ꝓpitius eſto mihi peccatori. Amẽ dico vobis: deſcendit hic iuſtificatus in domũ ſuã ab illo. Quia omnis qui ſe exaltat humiliabitur, ⁊ qui ſe humiliat exaltabit̃. Credo. ca.18.

Offert. Ad te dñe leuaui animam meã: Deus me⁹ in te confido, nõ erubeſcã: neqꝫ irrideãt me inimici mei: eteniꝫ vniuerſi, qui te expectant, non confundentur. Secre. ps.24

TIbi domine ſacrificia dicata reddãtur: que ſic ad honorẽ nominis tui deferenda tribuiſti, vt eadeꝫ remedia fieri noſtra preſtares. Per dominum noſtrũ Jeſuꝫ.

Exaudi

Exaudi nos Deus ſalutaris. 143.

ps.50 Communio. Acceptabis ſacrificium iuſtitię, oblationes, ⁊ holocauſta: ſuper altare tuum, domine. Poſtcommunio.

Quęſumus domine Deus noſter: vt quos diuinis reparare non deſinis ſacramentis: tuis nō deſtituas benignus auxiliis. p.

Mundet ⁊ muniat. folio 143.

DOMINICA VNDECIMA poſt Pentecoſtē. Introitus. 5

ps.69 

Deus in loco ſancto ſuo: Deus, qui inhabitare facit vnanimes in domo: ipſe dabit virtutem, ⁊ fortitudinem plebi ſuę. ps. Exurgat Deus, ⁊ diſſipentur inimici eius: ⁊ fugiant, qui oderunt eum, a facie eius. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpirit. Oremus.

Omnipotēs ſempiterne De⁹: qui abundantia pietatis tuę, ⁊ merita ſupplicum excedis, ⁊ vota: effunde ſuper nos miſericordiā tuam: vt dimittas quę conſcientia metuit: ⁊ adiicias quod oratio nō præſumit. Per dominum noſtrū. A cunctis nos quęſumus. 142.

Lcō eplę beati Pauli apli ad Cor.

i.ca.15. Fratres: Notum vobis facio euangelium, quod prędicaui vobis, quod ⁊ accepiſtis, in quo ⁊ ſtatis, per quod ⁊ ſaluamini: qua ratione prędicauerim vobis, ſi tenetis, niſi fruſtra credidiſtis. Tradidi enim vobis in primis, quod ⁊ accepi: quoniam Chriſtus mortu⁹ eſt pro peccatis noſtris ſecundum ſcripturas: ⁊ quia ſepultus eſt: ⁊ quia reſurrexit tertia die ſecundū ſcripturas: ⁊ qa viſus eſt Cephę: ⁊ poſt hoc, vndecim. Deinde viſus eſt pluſquā quingentis fratrib⁹ ſimul: ex quibus multi manēt vſq; adhuc, qdā autē dormierūt. Deinde viſus eſt Jacobo: deinde Apoſtolis omnib⁹. Nouiſſime aūt omniū, tāquā abortiuo, viſus eſt ⁊ mihi. Ego enim ſum minim⁹ apoſtolorū: q non ſum dignus vocari Apoſtolus, qm̄ pſecutus ſū Eccleſiā Dei. Gratia autē Dei, ſum id quod ſū: ⁊ gratia eius in me vacua nō fuit.

Gra. In Deo ſperauit cor meū, ⁊ adiut⁹ ſum: ⁊ refloruit caro mea, ⁊ ex volūtate mea cōfitebor illi. ps.27 ℣. Ad te dn̄e clamaui: Deus me⁹ ne ſileas: ne diſcedas a me. Alleluia. ℣. Exultate Deo adiutori nr̄o: iubilate deo Jacob ſumite pſalmū iucundū cū cithara hal.

Sequētia ſancti euāg. ſcḋm Marcū.

ca.7 In illo tēpore: Exiens Jeſus de finibus Tyri venit per Sidonem ad mare Galilęę, inter medios fines Decapoleos. Et adducunt ei ſurdum ⁊ mutū: ⁊ deprecabant eū, vt imponat illi manū. Et apprehēdēs eū de turba ſeorſum, miſit digitos ſuos in auriculas ei⁹: ⁊ expuēs tetigit linguā eius. Et ſuſpiciens in cęlum, ingemuit: ⁊ ait illi: ephetha, quod eſt, adaperire. Et ſtatim apertę ſunt aures eius: ⁊ ſolutū eſt vinculū linguę ei⁹, ⁊ loquebat recte. Et pręcepit illis, ne cui dicerēt. Quanto autē eis pręcipiebat, tanto magis plus prędicabāt: ⁊ eo amplius admirabantur, dicētes. Bene omnia fecit, ⁊ ſurdos fecit audire, ⁊ mutos loqui. Credo.

Offert. Exaltabo te dn̄e, quoniā ſuſcepiſti me: nec delectaſti inimicos meos ſuper me: ps.29

me:dñe clamaui ad te, ⁊ ſanaſti me. Secr.
R Eſpice, dñe, queſumus, ad no
ſtram propitius ſeruitutem:
vt, quod offerimus, ſit tibi munus
acceptũ: ⁊ ſit noſtrę fragilitati ſub
ſidiu m. Per dominum noſtrũ Je.
E xaudi nos De⁹ ſalutaris. 143.
pu.3. Communio. H onora dominũ de tua
ſubſtantia, ⁊ de primitijs frugum tuarum, ⁊
implebũtur areę tuę ſaturitate, ⁊ vino torcu
laria redundabunt. Poſtcommunio.
S Entiamus, q̃s dñe, tui perce
ptione ſacramenti ſubſidium
mẽtis, ⁊ corporis: vt in vtroq; ſal
uati, cęleſtis remedij plenitudine
glorienur. Per dominũ noſtrũ.
M undet ⁊ muniat. folio 143.

DOMINICA DVODECIMA
poſt Pentecoſtẽ. Introitus. 7

ps.69



D Eus in adiuto
rium meũ intẽ
de: dñe ad adiuuandũ
me feſtina: confundan
tur ⁊ reuereantur ini
mici mei, qui quęrunt
animam meam. ps.
Auertantur retrorſum,
⁊ erubeſcãt, qui volunt mihi mala. ℣. Glo
ria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſan. O remus.
O Mnipotẽs ⁊ miſericors De⁹:
de cuius munere venit, vt ti
bi a fidelibus tuis, digne ⁊ lauda
biliter ſeruiaꝛ: tribue nobis queſu
mus, vt ad promiſſiones tuas, ſine
offenſione curramus. Per domi.
H cunctis nos queſumus. 142.
Lcõ eplę beati Pauli apli ad Cor.
2.cap.3 F Ratres: Fiduciam talem ha
bemus per Chriſtũ ad Deũ:
non q; ſufficientes ſimus cogitare
aliquid a nobis, quaſi ex nobis: ſed
ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Qui
⁊ idoneos nos fecit miniſtros no
ui teſtamenti: non litera, ſed ſpiri
tu. Litera enim occidit: ſpiritus au
tem viuificat. Quod ſi miniſtratio
mortis literis deformata in lapidi
bus, fuit in gloria: ita vt nõ poſſent
intẽdere filij Jſrael in faciẽ Moy
ſi, propter gloriã vultus eius, quę
euacuaꝛ: quomodo nõ magis mi
niſtratio ſpirit⁹ erit in gloria? Naz
ſi miniſtratio damnationis in glo
ria eſt, multo magis abundat mi
niſterium iuſtitię in gloria.
Grad. B enedicaz dñm in omni tẽpore: ps.33.
ſemper la⁹ eius in ore meo. ℣. Jn domino
laudabiꝛ aĩa mea, audiant manſueti, ⁊ lęten
tur. H alla, halla. ℣. Dñe Deus ſalutis ps.87
meę, in die clamaui ⁊ nocte coraz te, halla.
Sequẽtia ſancti euãg. ſm Lucam.
J N illo tempore. Dixit Jeſus
diſcipulis ſuis. Beati oculi, q
vident quę vos videtis. Dico eniz
vobis, q; multi prophetę ⁊ reges
voluerũt videre quę vos videtis,
⁊ non viderunt, ⁊ audire quę au
ditis, ⁊ nõ audierũt. Et ecce, quidã
legiſperit⁹ ſurrexit tẽtans illũ, ⁊ di
cẽs. Magiſter, quid faciẽdo vitam
ęternaz poſſidebo? At ille dixit ad
eũ. Jn lege quid ſcriptuz eſt? Quo
modo legis? Jlle reſpõdẽs, dixit.
Diliges dñm Deũ tuũ ex toto cor deu.6
de tuo, ⁊ ex tota aĩa tua, ⁊ ex omni
bus viribus tuis, ⁊ ex omni mẽte
tua: ⁊ proximuz tuũ ſicut teipſum.
Dixitque illi. Recte reſpondiſti:
hoc fac, ⁊ viues. Jlle autem volens
iuſtificare ſeipſuz, dixit ad Jeſum.
Et quis eſt meus proxim⁹? Suſpi
ciẽs autẽ Jeſus, dixit. Homo qdã
deſcen

deſcédebat ab Jeruſalem in Jeri
cho, ⁊ incidit in latrones, q etiá de
ſpoliauerũt eũ, ⁊ plagis impoſitis
abierũt ſemiuiuo relicto. accidit
auté vt ſacerdos quidá deſcéderet
eádem via: ⁊ viſo illo preterijt. Si
militer ⁊ leuita, cum eſſet ſecus lo
cũ, ⁊ videret eum, pertranſijt. Sa
maritanus auté quidá, iter faciẽs,
venit ſecus eũ: ⁊ videns eum, miſe
ricordia mot⁹ eſt. Et appropiás,
alligauit vulnera eius, infundens
oleum, ⁊ vinũ: ⁊ imponẽs illum in
iumentũ ſuũ, duxit in ſtabulum, ⁊
curá eius egit. Et altera die prótu
lit duos denarios, ⁊ dedit ſtabula
rio, ⁊ ait. Curá illi⁹ habe: ⁊ quod
cũq; ſupererogaueris, ego cũ re
diero, reddá tibi. Quis horũ triũ
videtur tibi proxim⁹ fuiſſe illi, q in
cidit i latrones? At ille dixit. Qui fe
cit miſericordiá i illũ. Et ait illi Jeſus.
Vade, ⁊ tu fac ſimiliter. Credo.

exo.32. Offertorium. Precatus eſt Moyſes
in conſpectu domini Dei ſui, ⁊ dixit: Qua
re domine iraſceris in populo tuo: parce irę
animę tuę: memento Abrahã, Jſaac, ⁊ Ja
cob, quibus iuraſti dare terram fluenté lac
⁊ mel. Et placatus eſt dominus de maligni
tate, quam dixit facere populo ſuo. Secr.

Hoſtias, quęſumus dñe, propi
tius inténde, quas ſacris altari
bus exhibemus: vt nobis indulgẽ
tiam largiendo, tuo nomini dent
honorem. Per dominum noſtrũ.
Exaudi nos Deus ſalutaris. 143.

ps.103 Communio. De fructu operum tuo
rum domine ſatiabitur terra, vt educas pa
nem de terra, ⁊ vinũ lętificet cor hominis:
vt exhilaret faciem in oleo, ⁊ panis cor ho
minis confirmet. Poſtcommunio.

Viuificet nos, quęſumus do
mine huius participatio ſan
cta myſterij: ⁊ pariter nobis expia
tioné tribuat, ⁊ munimen. Per d.
Mundet ⁊ muniat. folio 143.

D O M I N I C A X I I I I.
poſt Pentecoſté. Introitus. 7



Reſpice domine ps.37
in teſtamentum
tuum, ⁊ animas pau
perum tuorum ne dere
linquas in finem: exur
ge domine, ⁊ iudica cau
ſam tuam: ⁊ ne oblivi
ſcaris voces quęrentiũ
te. ps. Vt quid Deus repuliſti in finem:
iratus eſt furor tuus ſuper oues paſcuę tuę?
℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpi. Oremus.

Omnipotés ſempiterne De⁹:
da nobis, fidei, ſpei, ⁊ charita
tis augmentum: ⁊, vt mereamur
aſſequi quod pmittis, fac nos ama
re quod precipis. Per dominum.
A cunctis nos quęſumus. 142.

Lectó epiſtę b. Pauli apli ad Galat.

Fratres: Abrahę dictę ſunt ca.3.
promiſſiones, ⁊ ſemini eius.
Non dicit, Et ſeminibus, quaſi in
multis: ſed quaſi in vno, Et ſemini
tuo, qui eſt Chriſtus. Hoc autem
dico teſtamentum confirmatum a
Deo, quę poſt quadringétos ⁊ tri
ginta annos facta eſt lex, non irri
tum facit ad euacuandam promiſ
ſionem. Nam ſi ex lege hęreditas,
iam non ex promiſſione. Abrahę
autem per repromiſſionem dona
uit Deus. Quid igit̃ lex? Propter
tranſgreſſioné poſita eſt, donec ve
niret ſemen, cui promiſerat: ordina
ta per angelos, in manu mediato
ris.

ris, Mediator autem vnius nō eſt:
Deus autē vnus eſt. Lex ergo ad-
uerſus pmiſſa Dei? Abſit. Si eniз
data eſſet lex quę poſſet viuifica-
re: vere ex lege eſſet iuſtitia. Sed
concluſit ſcriptura, omnia ſub pec
cato, vt pmiſſio ex fide Jeſu Chri-
ſti daretur credentibus.
ps.73 Graduale. Reſpice domine in teſtamē
tum tuum: ⁊ animas pauperum tuorum ne
obliuiſcaris in finem. ℣. Exurge domine,
⁊ iudica cauſam tuam: memor eſto oppro-
brij ſeruorum tuorum. Halleluiah, hallelu-
ps.89 iah. ℣. Domine refugiū factus es nobis,
a generatione in generationem, halleluiah.
Sequētia ſancti euāg. ſm Lucam.
ca.17. IN illo tempore: Duз iret Je-
ſus Jeruſalem, trāſibat per
mediā Samariā, ⁊ Galilęā. Et cū
ingrederetur quoddā caſtellū, oc-
currerūt ei decē viri leproſi. Qui
ſteterūt a longe: ⁊ leuauerunt vo-
cē dicētes: Jeſu pręceptor, miſere-
re noſtri. Quos vt vidit, dixit. Ite,
oſtēdite vos ſacerdotibꝰ. Et factū
eſt: dum irent, mundati ſunt. Unus
autē ex illis, vt vidit quia munda-
tus eſt, regreſſus eſt, cū magna vo
ce magnificans Deū: ⁊ cecidit in fa
cieз ante pedes eius, gratias agēs.
Et hic erat Samaritanus: Reſpō
dens autem Jeſus, dixit. Nōne de
cē mūdati ſunt? ⁊ noueз vbi ſunt?
Non eſt inuentus qui rediret, ⁊ da
ret gloriam Deo, niſi hic alienigē-
na. Et ait illi. Surge, ⁊ vade: quia
fides tua te ſaluum fecit. Credo.
ps.30 Offert. In te ſperaui dn̄e: dixi, tu eз Deꝰ
meus, in manibus tuis tēpora mea. Sec.
PRopitiare, quęſumus domi-
ne, populo tuo, ppitiare mu-
neribus: vt hac oblatione placatꝰ,
⁊ indulgentiam nobis tribuas, ⁊
poſtulata concedas. Per dominū
noſtrum Jeſum Chriſtum filium.
Exaudi nos Deꝰ ſalutaris. 143.
Communio. Panem de cęlo dediſti sap.16.
nobis domine habentem omne delectamē
tū, ⁊ omnē ſaporeз ſuauitatis. Poſtcōm.
SUmptis domine cęleſtibus
ſacramentis, ad redemptio-
nis ęternę, quęſumus, proficiamꝰ
augmentum. Per dominū noſtrū.
Mundet ⁊ muniat. folio 143.

DOMINICA XIIII.
poſt Pentecoſtē. Introitus.



PRotector noſter ps.83.
aſpice Deus, ⁊ re
ſpice in faciem Chriſti
tui: quia melior eſt dies
vna in atrijs tuis ſuper
millia. Ps. Quam dile-
cta tabernacula tua do
mine virtutum: concu-
piſcit, ⁊ deficit anima mea in atria domini.
℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpi. Oremus.
CUſtodi, quęſumꝰ domine, ec-
cleſiaз tuā propitiatione per
petua: ⁊, qa ſine te labitur huma-
na mortalitas, tuis ſemp auxilijs,
⁊ abſtrahatur a noxijs, ⁊ ad ſalu-
taria dirigatur. Per dominuз no.
A cunctis nos quęſumus. 142.
Lcō eplę bti Pauli apli ad Galat.
FRatres: Spiritu ambulate, ca.5
⁊ deſideria carnis non pficie-
tis. Caro enim concupiſcit aduer-
ſus ſpiritum: ſpiritus autem ad-
uerſus carneз. Hęc eniз ſibi inuicē
aduerſantur: vt non quęcūqз vul
tis, illa faciatis. Quod ſi ſpiritu du
cimini, nō eſtis ſub lege. Manifeſta
autem

auté ſunt opera carnis, q̄ ſunt, forni
catio, immunditia, impudicitia, lu
xuria, idolorū ſeruit⁹, veneficia, ini
micitię, cōtentiones, ęmulationes,
irę, rixę, diſſenſiones, ſectę, inuidię,
homicidia, ebrietates, comeſſatio
nes, ⁊ his ſimilia, quę p̄dico vobis,
ſicut p̄dixi: qm̄ q talia agūt, regnū
Dei non conſequentur. Fruct⁹ au
té ſpirit⁹ eſt, charitas, gaudiū, pax,
patiētia, lōganimitas, bonitas, be
nignitas, māſuetudo, fides, mode
ſtia, cōtinentia, caſtitas. Aduerſus
huiuſmodi nō eſt lex. Qui autem
ſunt Chriſti, carné ſuam crucifixe
runt cum vitijs, ⁊ concupiſcentijs.
ps.117 Grad. Bonū eſt cōfidere in dn̄o, quā cō
fidere in homine. ℣. Bonū eſt ſperare in
dn̄o, quā ſperare in principib⁹. Alla, al
ps.94 leluia. ℣. Venite exultemus domino: iu
bilemus Deo ſalutari noſtro, alleluia.
Sequētia ſcti euāg. ſm Matthęū.
ca.6. In illo tempore: Dixit Jeſus
diſcipulis ſuis. Nemo poteſt
duobus dominis ſeruire. Aut enī
vnum odio habebit, ⁊ alterum di
liget: aut vnum ſuſtinebit, ⁊ alterū
contemnet. Non poteſtis Deo ſer
uire, ⁊ mammonę. Ideo dico vo
bis: ne ſoliciti ſitis animę veſtrę qd
manducetis: neq; corpori veſtro
quid induamini. Nōne anima pl⁹
eſt, quā eſca? ⁊ corpus plus, quā ve
ſtimentū? Reſpicite volatilia cęli,
qm̄ non ſerunt, neq; metunt, neq;
congregant in horrea: ⁊ pater ve
ſter cęleſtis paſcit illa. Nonne vos
magis pluris eſtis illis? Quis aūt
veſtrū cogitans, poteſt adijcere ad
ſtaturam ſuam cubitum vnū? Et
de veſtimento quid ſoliciti eſtis?

Conſiderate lilia agri, quomodo
creſcunt: nō laborāt, neq; nent. Di
co autē vobis, qm̄, nec Salomō in
omni gloria ſua coopert⁹ eſt ſicut
vnū ex iſtis. Si autē fenū agri, qd
hodie eſt, ⁊ cras in clibanum mit
titur, Deus ſic veſtit: quāto magis
vos modicę fidei? Nolite ergo ſoli
citi eſſe, dicentes: Quid manduca
bimus? aut quid bibem⁹? aut quo
operiemur? Hęc enim omnia gen
tes inquirūt. Scit enī pater veſter
cęleſtis, quia his omnibus indige
tis. Quęrite ergo primum regnū
Dei ⁊ iuſtitiam eius: ⁊ hęc om
nia adijcientur vobis. Credo.
Offerto. Immittit angelus domini in ps.33
circuitu timētiū eum, ⁊ eripiet eos: guſtate,
⁊ videte, qm̄ ſuauis eſt dominus. Secre.
Concede nobis, q̄s dn̄e, vt hęc
hoſtia ſalutaris, ⁊ noſtrorū
fiat purgatio delictorū, ⁊ tuę pro
pitiatio poteſtatis. Per dominū.
Exaudi nos Deus ſalut. fol. 143.
Cōm. Primum quęrite regnū Dei: ⁊ mat.6
oīa adijcientur vobis, dicit dn̄s. Poſtcō.
Purificent ſemper, ⁊ muniant
tua ſacramenta nos Deus: ⁊
ad perpetuę ducāt ſaluationis ef
fectum. Per dominum noſtrū Je.
Mundet ⁊ muniat. folio 143.

DOMINICA XV.
poſt Pentecoſtē. Introitus.



Inclina domine ps.85
aurem tuam ad
me, ⁊ exaudi me: ſaluū
fac ſeruū tuū De⁹ meus
ſperantem in te: miſere
re mihi dn̄e, quoniam
ad te clamaui tota die.
ps. Letifica animā ſer
ui

ni tui: quia ad te domine animam meam le-
uaui. ℟. Gloria patri, ⁊ filio. Iremu3.

Eccleſiam tuam domine miſe-
ratio continuata mundet, ⁊
muniat: ⁊, quia ſine te non poteſt
ſalua conſiſtere, tuo ſemper mune-
re gubernetur. Per dominu3 no.
A cunctis nos queſumus. 142.

Lectõ ep̄le b. Pauli ap̄li ad Galat.

ca. 5. Fratres: Si ſpiritu viuimus:
26 ſpiritu ⁊ ambulemus. Non
efficiamur inanis glorię cupidi: in-
uicem prouocantes, inuicem inui-
dentes. Fratres, ⁊ ſi preoccupatuſ
fuerit homo i aliquo delicto: vos,
qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi in-
ſtruite in ſpiritu lenitatis: conſide-
rās teipſum, ne ⁊ tu tẽteris. Alter
alterius onera portate: ⁊ ſic adim-
plebitis legẽ Chriſti. Nā ſiquiſ exi-
ſtimat ſe aliquid eſſe, cum nihil ſit;
ipſe ſe ſeducit. Opꝰ autẽ ſuū ꝓbet
vnuſquiſq3: ⁊ ſic in ſemetipſo tan-
tum gloriam habebit, ⁊ nō in alte-
ro. Unuſquiſq3 eni3 onus ſuū por-
tabit. Cōmunicet aūt is, q catechi-
3atur verbo, ei q ſe cathechi3at, in
omnibꝰ boniſ. Nolite errare. Deꝰ
nō irridetur. Quę enim ſeminaue-
rit homo: hęc ⁊ metet. Qm̄ qui ſe-
minat in carne ſua: de carne ⁊ me-
tet corruptionẽ. Qui autẽ ſeminat
i ſpiritu: de ſpiritu metet vitā ęter-
nā. Bonū autẽ faciẽtes, nō deficia-
mus: tẽpore enim ſuo metemuſ, nō
deficiẽtes. Ergo, dū tempus habe-
muſ, operemur bonum ad oẽſ: ma-
xime autem ad domeſticos fidei.

Grad. Bonum eſt confiteri dn̄o: ⁊ pſal-
lere nomini tuo, altiſſime. ℣. Ad annūcian-
dum mane miſericordiam tuam, ⁊ veritatē
tuam per noctem. Halleluiah, halleluiah.
℣. Quoniam Deus magnus dominus, ⁊
rex magnus ſuper omnem terrā, halleluiah.

Sequentia ſcti euang. ſm̄ Lucam.

In illo tempore: Ibat Jeſus 7. ca.
in ciuitatẽ quę vocat̄ Naim:
⁊ ibant cum illo diſcipuli eiꝰ, ⁊ tur-
ba copioſa. Cum autem appropin-
quaret portę ciuitatis: ecce defun-
ctuſ efferebatur, filiuſ vnicꝰ matri
ſuę: ⁊ hęc vidua erat, ⁊ turba ciui-
tatis multa cū illa. Quā cū vidiſſet
dominus, miſericordia motus ſu-
per eam, dixit illi. Noli flere. Et ac-
ceſſit, ⁊ tetigit loculum. Hi autem
qui portabant, ſtetẽrunt. Et ait.
Adoleſcens, tibi dico, ſurge. Et re-
ſedit qui erat mortuus, ⁊ cępit lo-
qui. Et dedit illum matri ſuę. Ac-
cepit autẽ omnes timor: ⁊ magnifi-
cabāt Deū, dicẽtes. Quia prophe-
ta magnus ſurrexit in nobis: ⁊ qa
Deus viſitauit plebẽ ſuā. Credo.

Offertorium.

Expectans expectaui dominum, ⁊ reſpe-
xit me: ⁊ exaudiuit deprecationem meam,
⁊ immiſit in os meum canticum nouum,
hymnum Deo noſtro. Secreta.

Tua nos dn̄e ſacramẽta cuſto-
diant: ⁊ cōtra diabolicoſ ſem-
per tueantur incurſus. Per dn̄m.
Exaudi nos Deus ſalutariſ. 143.

Communio.

Panis, quem ego dedero, caro mea eſt Joh. 6.
pro ſeculi vita. Poſtcommunio.

Menteſ noſtraſ ⁊ corpora poſ-
ſideat, quęſumus domine do-
ni cęleſtis operatio: vt non noſter
ſenſus in nobis, ſed iugiter eiꝰ pręueniat effectus. Per dominu3 no.
Mundet, ⁊ muniat. folio. 143.

Domi-

DOMINICA XVI.
post Pentecoſtē. Introitus. 8

fo. 85. 

Miſerere mei domine: quoniā ad te clamaui tota die: qa tu dn̄e ſuauis ac mitis es, ꝛ copioſus in miſericordia, omnibus inuocantibus te. ps. Inclina domine aurē tuā mihi, ꝛ exaudi me: quoniam inops ꝛ pauper ſum ego. ℣. Gloria patri. Oremus.

Tua nos, queſumus dn̄e, gratia ſemper preueniat, ꝛ ſequatur: ac bonis operibus iugiter preſtet eſſe intentos. Per dominum.

A cunctis nos queſumus. 142.

Lectō epl'e b. Pauli apli ad Ephe.

ca. 3. Fratres: Obſecro vos ne deficiatis i tribulationib⁹ meis pro vobis, que eſt gloria veſtra. Huiꝰ rei gratia, flecto genua mea ad patrē dn̄i noſtri Jeſu Chriſti: ex quo omnis paternitas in celis ꝛ in terra nominatur: vt det vobis ſecundū diuitias glorie ſue, virtutē corroborari per ſpiritū eius in interiori homine: habitare Chriſtū per fidē in cordibus veſtris: in charitate radicati ꝛ fundati, vt poſſitis cōprehendere cū omnib⁹ ſanctis, que ſit latitudo, lōgitudo, ſublimitas, ꝛ profundū: ſcire etiā ſupereminentem ſcientie charitatē Chriſti, vt impleamini in omnem plenitudinē Dei. Ei autē, qui potens eſt omnia facere ſuperabundanter quā petimus aut intelligimus, ſecundū virtutē que operatur in nobis: ipſi gloria in Eccleſia ꝛ in Chriſto Jeſu, in omnes generationes ſeculi ſeculorum. Amen.

Graduale. Timebunt gentes nomen tuum domine: ꝛ omnes reges terre gloriam tuam. ℣. Quoniam edificauit dominus Sion: ꝛ videbitur in maieſtate ſua. fo. 101.

Haleluiah, haleluiah. ℣. Cantate domino canticum nouū: quia mirabilia fecit dominus, haleluiah. fo. 97.

Sequētia ſancti euāg. ſm Lucam.

In illo tēpore. Cum intraret Jeſus in domum cuiuſdam principis phariſeorum ſabbatho manducare panem: ꝛ ipſi obſeruabāt eum. Et ecce, homo quidā hydropicus erat ante illū. Et reſpōdēs Jeſus dixit ad legiſperitos ꝛ phariſeos, dicēs. Si licet ſabbatho curare? At illi tacuerūt. Ipſe vero apprehenſum ſanauit eū: ac dimiſit. Et reſpōdēs ad illos, dixit. Cuius veſtrum aſinus aut bos in puteū cadet: ꝛ non cōtinuo extrahet illum die ſabbathi? Et nō poterāt ad hec reſpōdere illi. Dicebat autē ꝛ ad inuitatos parabolā, intēdēs quomodo primos accubitus eligerēt, dicēs ad illos. Cū inuitatꝰ fueris ad nuptias, nō diſcūbas in primo loco, ne forte honoratior te ſit inuitatꝰ ab illo: ꝛ veniēs, is, qui te, ꝛ illū vocauit, dicat tibi: Da huic locum, ꝛ tūc incipias cum rubore nouiſſimū locum tenēre. Sed cū vocatus fueris, vade ꝛ recumbe in nouiſſimo loco: vt cū venerit, qui te inuitauit, dicat tibi. Amice, aſcēde ſuperius. Tūc erit tibi gloria coram ſimul diſcūbētib⁹. Quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur: ꝛ qui ſe humiliat, exaltabit. Credo. ca. 14.

Offertorium. Domine in auxiliū meū reſpice. fo. 39.

reſpice: cõfundãtur, ⁊ reuereantur qui quę‑
runt animam meam, vt auferant eam: do‑
mine in auxilium meum reſpice. Secre.

Munda nos, q̃s dñe, ſacrificij p̃ſentis effectu: ⁊ pfice miſeratus in nobis, vt eius mercamur eſſe participes. Per dominũ.

Exaudi nos Deus ſalu. fol. 143.

ps.70 Communio. Domine memorabor iuſtitię tuę ſolius: Deus docuiſti me a iuuentute mea: ⁊ vſq̃ in ſenectam ⁊ ſenium, Deus ne derelinquas me. Poſtcommunio.

Purifica, q̃s dñe, mẽtes noſtras benignus, ⁊ renoua cęleſtib⁹ ſacramentis: vt conſequẽter, ⁊ corporum p̃ſens pariter ⁊ futurum capiamus auxilium. Per dominũ.

Mundet ⁊ muniat nos. 143.

DOMINICA XVII.

poſt Pentecoſtẽ. Introitus. I



ps.118 Juſtus es dñe, ⁊ rectum iudiciũ tuũ: fac cum ſeruo tuo ſecũdũ miſericordiam tuã. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulãt in lege domini. ℣. Gloria patri. Oremus.

Da, q̃s dñe populo tuo diabolica vitare contagia: ⁊ te ſolũ Deum pura mente ſectari. Per d.

A cunctis nos quęſumus. 142.

Lcõ eplę bti Pauli apli ad Ephe.

ca.4. Fratres: Obſecro vos ego vinctus in dño: vt digne ambuletis vocatione qua vocati eſtis, cum omni humilitate, ⁊ manſuetudine: cum patientia, ſupportantes inuicem in charitate, ſoliciti ſeruare vnitatẽ ſpiritus in vinculo pacis. Unũ corpus, ⁊ vnus ſpiritus: ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtrę. Unus dñs, vna fides, vnũ baptiſma. Un⁹ Deus ⁊ pater omniũ, q eſt ſup oẽs, ⁊ per omnia, ⁊ in omnibus nobis. Qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

Grad. Beata gens, cuius eſt dñs De⁹ eorum: populus quẽ elegit dñs in hereditatẽ ſibi. ℣. Uerbo domini cęli firmati ſunt, ⁊ ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. ps.32

Halab, halab. ℣. Dñe exaudi orationẽ meam: ⁊ clamor meus ad te perueniat, halab. ps.101

Sequẽtia ſcti euãg. ſm Matthęũ.

In illo tempore. Acceſſerunt ad Jeſum phariſęi: ⁊ interrogauit eũ vnus ex eis legis doctor, tẽtans eũ. Magiſter, quod eſt mãdatũ magnum in lege? Ait illi Jeſus. Diliges dñm Deum tuũ ex toto corde tuo, ⁊ ex tota anima tua, ⁊ ex tota mente tua. Hoc eſt maximum, ⁊ primũ mãdatũ. Secũdum autẽ ſimile eſt huic. Diliges proximũ tuũ ſicut teipſum. In his duobus mandatis vniuerſa lex pẽdet, ⁊ prophetę. Cõgregatis autẽ phariſeis, interrogauit eos Jeſus, dicẽs. Quid vobis videt̃ de Chriſto? Cuius filius eſt? Dicũt ei. Dauid. Ait illis. Quomodo ergo Dauid i ſpiritu vocat eũ dñm: dicens, Dixit dñs domino meo, ſede a dextris meis, donec ponã inimicos tuos ſcabellum pedum tuorũ? Si ergo Dauid vocat eũ dñm, quomodo filius ei⁹ eſt? Et nemo poterat reſpondere ei verbum: neq̃ auſus fuit quiſquam ex illa die eum ampli⁹ interrogare. Credo. Offert.

(margin: ca.22, Deu.6, ps.109)

Oraui dñm Deum meũ ego Daniel, dicẽs: Exaudi domine preces ſerui tui: illumi‑ Dan.9

na faciem tuam ſuper ſanctuarium tuum: et propitius intende populum iſtũ, ſuper quẽ inuocatum eſt nomen tuũ, Deus. Secre.

Maieſtatem tuam dñe ſuppliciter deprecamur: vt hec ſancta que gerimus, et a preteritis delictis nos exuãt, et futuris. Per d.

Exaudi nos De⁹ ſalutaris. 143.

ps.75. Comu. Vouete, et reddite dño Deo veſtro omnes, qui in circuitu ei⁹ affertis munera: terribili, et ei q aufert ſpiritũ principũ, terribili apud oẽs reges terre. Poſtcõ.

Sanctificationibus tuis omnipotẽs De⁹, et vitia noſtra curent, et remedia nobis eterna proueniant. Per dominum noſtrum.

Muniat et muniat nos. 143.

FERIA QVARTA quatuor téporum Septembr.

Statio ad S. Mariã Maio. Intr.



Exultate deo adiutori noſtro, iubilate deo Jacob: ſumite pſalmũ iucundum cum cithara: canite initium menſis tuba, quia preceptum in Iſrael eſt, et iudicium Deo Jacob. Ps. Teſtimonium in Joſeph poſuit illud, cum exiret de terra Egypti: linguam quam non nouerat, audiuit. V. Gloria patri, et filio, et ſpiritui ſancto. dicto Kyrie eleiſon.

ps.80

Dicitur Oremus. Flectamus genua. R. Leuate. Oratio.

Miſericordie tue remedijs, qs dñe, fragilitas noſtra ſubſiſtat: vt, que ſua conditione atterit, tua clemẽtia reparetur. Per dñm.

Lectio Amos prophete.

Hec dicit dominus Deus. Ecce, dies veniunt: et cõprehendet arator meſſorẽ, et calcator vue mittentem ſemen: et ſtillabunt mõtes dulcedinem, et omnes colles culti erunt. Et conuertam captiuitatem populi mei Iſrael: et edificabunt ciuitates deſertas, et inhabitabunt: et plantabunt vineas, et bibent vinum earũ: et facient hortos, et cõmedent fructus eorum. Et plãtabo eos ſuper humũ ſuã: et nõ euellã eos vltra de terra ſua, quã dedi eis, dicit dñs omnipotẽs. cap.9

Graduale. Quis ſicut dñs Deus noſter, qui in altis habitat: et humilia reſpicit in celo et in terra? V. Suſcitans a terra inopem, et de ſtercore erigens pauperem. ps.112

Hic dicitur, Dominus vobiſcum. ſine Flectamus genua. Oratio.

Preſta, queſumus dñe, familie tue ſupplicanti: vt dũ a cibis corporalibus ſe abſtinet, a vitijs quoq; mente ieiunet. Per domi.

A cunctis nos queſumus. 142.

Lectio libri Eſdre.

In diebus illis: Congregat⁹ eſt omnis populus quaſi vir vnus ad plateam, que eſt ante portam Aquarum: et dixerunt Eſdre ſcribe, vt afferret librũ legis Moyſi, quã preceperat dñs Iſraeli. Attulit ergo Eſdras ſacerdos legẽ corã multitudine viroꝝ ac mulierũ, cunctiſq; qui poterãt intelligere, in die prima mẽſis ſeptimi. Et legit in eo aperte in platea q erat ante portã Aquarum de mane vſq; ad mediam diẽ, in cõſpectu viroꝝ ac mulierũ, et ſapientiũ. Et aures omnis Nehe. vel 2. Eſdr. cap.8.

niſ populi erāt erectę ad librū. Stetit autē Eſdras ſcriba ſup gradū ligneū, quem fecerat ad loquēdum: ⁊ ſteterunt leuitę iuxta eū. Et aperuit Eſdras librū corā omni populo. Et benedixit Eſdras dño Deo voce magna. Et reſpondit oīs populus, Amē, amen: eleuans manus ſuas. Et incuruati ſunt: ⁊ adorauerunt Deū proni in terrā. Porro leuitę ſilentiū faciebāt in populo ad audiēdū legē, popul⁹ autē ſtabat in gradu ſuo. Et legerūt i libro legis Dei diſtincte, ⁊ appoſite ad intelligēdū. Dixit autē Nehemias, ⁊ Eſdras ſacerdos ⁊ ſcriba, ⁊ leuitę interpretantes vniuerſo populo. Dies ſanctificat⁹ eſt dño Deo noſtro: nolite lugēre, ⁊ nolite flere. Et dixit eis. Ite, ⁊ comēdite piguia, ⁊ bibite mulſū, ⁊ mittite partes eis q nō prępauerūt ſibi: qa ſanctus dies dñi eſt, ⁊ nolite ↄtriſtari. Gaudiū etenī dñi eſt fortitudo noſtra.

Ps. 32 Grad. Beata gens: cuius eſt dñs, Deus eorū: populus, quem elegit dñs in hereditatem ſibi. ℣. Verbo domini cęli firmati ſunt: ⁊ ſpiritu oris eius omnis virtus eorū.

Sequētia ſcti euāg. ſm Marcum.

ca. 9. In illo tpe: Reſpōdens vnus de turba, dixit ad Ieſū. Magiſter, attuli filium meum ad te, habentem ſpiritum mutum: qui vbicunq cum apprehenderit, allidit eum, ⁊ ſpumat, ⁊ ſtridet dentibus, ⁊ areſcit: ⁊ dixi diſcipulis tuis vt eiicerent illum: ⁊ non potuerunt. Qui reſpondēs eis, dixit. O generatio incredula, quādiu apud vos ero? quandiu vos patiar? afferte illum ad me. Et attulerunt eū. Et cū vidiſſet illum, ſtatim ſpiritus cōturbauit eū: ⁊ eliſus in terram, volutabat ſpumās. Et interrogauit patrē eius. Quantū tēporis eſt, ex quo ei hoc accidit? At ille ait. Ab infantia: ⁊ frequenter eum in ignē ⁊ in aquā miſit, vt eū pērderet, ſed ſiquid potes, adiuua nos miſertus noſtri. Ieſus autem ait illi. Si potes credere, omnia poſſibilia ſunt credenti. Et cōtinuo exclamās pater pueri, cū lacrymis aiebat. Credo dñe: ādiuua incredulitatē meā. Et cum videret Ieſus concurrētē turbā, comminatus eſt ſpiritui immundo, dicens illi. Surde ⁊ mute ſpirit⁹, ego pręcipio tibi, exi ab eo: ⁊ amplius ne introeas in eum. Et exclamās, ⁊ multū diſcerpens eū, exijt ab eo: ⁊ factus eſt ſicut mortuus, ita vt multi dicerēt: quia mortu⁹ eſt. Ieſus autē tenēs manū ei⁹, eleuauit eum: ⁊ ſurrexit. Et cū introiſſet in domū, diſcipuli eius ſecreto iterrogabāt eū. Quare nos non potuimus eijcere illū? Et dixit illis. Hoc gen⁹ in nullo poteſt exire, niſi in oratione, ⁊ ieiunio.

Offertorium. Meditabor in mandatis tuis quę dilexi valde: ⁊ leuabo manus meas ad mandata tua, quę dilexi. Ps. 118.

Secre. Hæc hoſtia, q̄s dñe, emundet noſtra delicta: ⁊ ad ſacrificiū celebrandum, ſubditorum tibi corpora, mēteſq ſanctificet. Per do. Exaudi nos De⁹ ſalutaris. 143.

Communio. Comedite pinguia, ⁊ bibite mulſū, ⁊ mittite partes eis qui nō pręparauerunt ſibi: ſanctus enim dies domini eſt, nolite contriſtari, gaudium etenim domini eſt, fortitudo noſtra. Neh̄e vel 2. Eſdr. ca. 8. Poſtcommu.

Sumentes dñe dona cęleſtia, ſuppliciter depręcamur, vt q̄, ſedula ſeruitute donante te gerimus, dignis ſenſib⁹ tuo munere capiam⁹. Per. Mundet ꝛ mu. 143.

FERIA SEXTA quatuor tēporū Septembr. Statio ad ſanctos duodecim Apoſtolos. Introitus.

ps. 104 Lætetur cor quęrentium dominum: quęrite dominum, ꝛ confirmamini: quęrite faciem eius ſemper. ps. Confitemini domino, ꝛ inuocate nomē eius: annunciate inter gentes opera eius. ℣. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ ſpi. Oremus.

Præſta, q̄s, om̄s Deus: vt, obſeruationes ſacras annua deuotione recolētes, ꝛ corpore tibi placeamus, ꝛ mente. Per dominum. A cunctis nos quęſumus. 142.

Lectio Oſeę prophetę.

ca. 14 Hæc dicit dominus Deus: Cōuertere Iſrael ad dominum Deum tuū, quoniā corruiſti in iniquitate tua. Tollite vobiſcum verba: ꝛ conuertimini ad dñm, ꝛ dicite ei. Omnem aufer iniquitatē, ꝛ accipe bonū: ꝛ reddemus vitulos labiorum noſtrorū. Aſſur non ſaluabit nos, ſuper equos nō aſcēdemus: nec dicemus vltra, dii noſtri opera manuū noſtrarū: quia eius q in te eſt miſereberis pupilli. Sanabo contritiones eorum, diligā eos ſpontaneę: quia auerſus eſt furor me⁹ ab eis. Ero quaſi ros Iſrael: germinabit quaſi lilium: ꝛ erūpet radix eius, vt Libani. Ibūt rami ei⁹, ꝛ erit quaſi oliua gloria ei⁹: ꝛ odor eius, vt Libani. Conuertētur ſedentes in vmbra eius: viuent tritico, ꝛ germinabūt quaſi vinea: memoriale eius ſicut vinum Libani. Ephraim, quid mihi vltra idola? Ego exaudiam, ꝛ dirigam eū, ego vt abietem virentē: ex me fructus tu⁹ inuētus eſt. Quis ſapiēs: ꝛ intelliget iſta: intelligens, ꝛ ſciet hęc? quia rectę vię domini, ꝛ iuſti ambulabunt in eis: pręuaricatores vero corruent in eis.

Graduale. Conuertere domine aliquātulum, ꝛ deprecare ſuper ſeruos tuos. ℣. Domine refugium factus es nobis, a generatione in generationem. ps. 89

Sequētia ſancti euāg. ſm̄ Lucam.

ca. 7 In illo tempore: Rogabat Ieſum quidā phariſęus, vt mācucaret cum illo. Et ingreſſus domū phariſęi, diſcubuit. Et ecce, mulier, q̄ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit, ꝙ Ieſus accubuit in domo phariſęi, attulit alabaſtrū vnguēti: ꝛ ſtans retroſec⁹ pedes ei⁹, lacrymis cępit rigare pedes ei⁹, ꝛ capillis capitis ſui tergebat: ꝛ oſculabat pedes ei⁹: ꝛ vnguento vngebat. Videns autē phariſęus q vocauerat eū, ait intra ſe, dicens. Hic, ſi eſſet ꝓpheta, ſciret vtiq̄, q̄, ꝛ qualis eſt mulier quę tangit eum, quia peccatrix eſt. Et reſpōdēs Ieſus, dixit ad illū. Simō, habeo tibi aliqd dicere. At ille ait. Magiſter, dic. Duo debitores erant cuidam fęneratori: vnus debebat denarios qngentos, ꝛ alius quinquaginta. Nō habētibus illis vnde redderēt, donauit vtriſq̄. Quis ergo eū plus dili-

diligit? Reſpondens Simó, dixit. Æſtimo quia is cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudicaſti. Et cóuerſus ad mulierez, dixit Simoni. Vides hanc mulierez? Intraui in domuz tuá aquá pedibus meis nó dediſti: hec auté lacrymis rigauit pedes meos, ⁊ capillis ſuis terſit. Oſculum mihi non dediſti: hec autez ex quo intraui, non ceſſauit oſculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxiſti: hec auté vnguéto vnxit pedes meos. Propter qđ dico tibi. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam. Remittuntur tibi peccata tua. Et ceperunt qui ſimul accumbebant, dicere intra ſe. Quis eſt hic, qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem. Fides tua te ſaluaz fecit: vade in pace. Offertoriū.

ps.102 Benedic anima mea domino: ⁊ noli obliuiſci omnes retributiones eius: ⁊ renouabitur ſicut aquilę iuuentus tua. Secr.

ACcepta tibi ſint, domine, q̃s, noſtri dona ieiunij: quę ⁊ expiando nos tua gratia dignos efficiant, ⁊ ad ſempiterna promiſſa perducant. Per dominuz noſtrū. Exaudi nos Deꝰ ſalutaris. 143.

ps.118 Cómu. Aufer a me opprobriū ⁊ cōtemptū: quia mādata tua exquiſiui dñe, nam teſtimonia tua meditatio mea eſt. Poſtcō.

QVęſumus oipotés Deus: vt de pceptis muneribus gratias exhibentes, beneficia potiora ſumamus. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filiuz tuū. Mundet ⁊ muniat. folio 143.

M.N.R.

# SABBATHO

## quatuor tépoꝝ Septembr.

Statio ad S. Petrum. Introitus.



VEnite, adoremꝰ Deum, ⁊ procidamus ante dominum: ploremus ante eum, qui fecit nos: qa ipſe eſt dñs Deꝰ noſter. ps.94 Ps. Venite, exultemus dño: iubilemus Deo ſalutari noſtro. Ꝟ. Gloria. dicto Kyrie ele. dr Oremꝰ. Flectamꝰ genua. ꝶ. Leuate. Orō.

OMnipotés ſempiterne Deꝰ: qui per continétiā ſalutaré, ⁊ corporibus mederis ⁊ mētibus: maieſtatem tuam ſupplices exoramus, vt pia ieiunantiū deprecatione placatus, ⁊ pſentia nobis ſubſidia tribuas, ⁊ futura. Per dñm.

Lectio libri Leuitici.

IN diebus illis: Locutus eſt dominus ad Moyſen dicés. ca.23 Decimo die menſis huius ſeptimi, dies expiationuz erit celeberrimus, ⁊ vocabitur ſanctus: affligetiſq; animas veſtras i eo, ⁊ offeretis holocauſtuz dño. Omne opus ſeruile nó facietis in tempore diei huius: quia dies ppitiationis eſt, vt propitietur vobis dñs Deus veſter. Omnis anima quę afflicta non fuerit die hac peribit de populis ſuis: ⁊ quę operis qppiā fecerit, delebo eā de populo ſuo. Nihil ergo operis facietis in eo. Legitimū ſempiternum erit vobis in cūctis generationibus ⁊ habitationibus

veſtris: ſabbathũ requietionis eſt: affligetiſq; animas veſtras die nono menſis: a veſpera vſque ad veſperam celebrabitis ſabbatha veſtra: dicit dominus omnipotens.

Graduale. Propitius eſto domine peccatis noſtris: nequando dicãt gentes, Ubi eſt Deus eorum? ℣. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter: ⁊ propter honorem nominis tui domine libera nos. Oremus. Flectamꝰ genua. ℟. Leuate. Orõ.

DA nobis, quęſumus, omnipotens Deus: vt ieiunando tua gratia ſatiemur, ⁊ abſtinendo cunctis efficiamur hoſtibus fortiores. Per dominum noſtrum Jeſum.

Lectio libri Leuitici.

cap. 23. IN diebus illis: Locutus eſt dominus ad Moyſen, dicẽs. A quintodecimo die menſis ſeptimi, quando congregaueritis omnes fructus terrę veſtrę, celebrabitis ferias dñi ſeptẽ diebus. Die primo, ⁊ die octauo erit ſabbathum, ideſt requies. Sumetiſq; vobis die primo fructꝰ arboris pulcherrimę ſpatulaſq; palmarũ, ⁊ ramos ligni dẽſarum frõdium, ⁊ ſalices de torrente, ⁊ lętabimini coram dño Deo veſtro: celebrabitiſq; ſolẽnitatem eius ſeptẽ diebus per annũ. Legitimũ, ſempiternũ erit i generationibꝰ veſtris. Mẽſe ſeptimo feſta celebrabitis: ⁊ habitabitis in vmbraculis ſeptẽ diebus. Omnis q de genere Iſrael eſt, manebit i tabernaculis: vt diſcant poſteri veſtri, q in tabernaculis habitare fecerim filios Iſrael, cum educerem eos de terra Ægypti. Ego dñs Deus veſter.

ps. 83. Gradua. Protector noſter aſpice Deꝰ: ⁊ reſpice ſuper ſeruos tuos. ℣. Domine Deus virtutum exaudi preces ſeruorum tuorum. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

TUere, q̃s dñe, familiam tuam: vt ſalutis ęternę remedia, q̃ te inſpirante requirimus, te largiẽte conſequamur. Per dominum.

Lectio Michęę prophetę.

DOmine Deus noſter, paſce cap. 7.
populum tuum in virga tua: gregem hęreditatis tuę, habitantes ſolos in ſaltu, iuxta dies antiquos. Uidebunt gentes, ⁊ confundẽtur ſuper omni fortitudine ſua. Quis Deꝰ ſimilis tui, q aufers iniquitatem, ⁊ transfers peccatum reliquiarum hęreditatis tuę? Nõ immittet vltra furorẽ ſuũ, qm̃ volẽs miſericordiã eſt. Reuertetur, ⁊ miſerebit noſtri. Deponet iniquitates noſtras: ⁊ proijciet in profundum maris oia peccata noſtra. Dabis veritatẽ Jacob, miſericordiam Abrahã, q̃ iuraſti patribus noſtris a diebus antiqs: dñe Deus noſter.

Graduale. Conuertere dñe aliquantulum, ⁊ deprecare ſuper ſeruos tuos. ps. 89. ℣. Domine refugium factus es nobis, a generatione in generationem. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

PRęſta, quęſumus domine, ſic nos ab epulis carnalibꝰ abſtinere, vt a vitijs irruentibus pariter ieiunemus. Per dominum no.

Lectio Zacharię prophetę.

IN diebus illis: Factum eſt ca. 8.
verbum domini ad me, dicẽs: Hęc dicit dominus Deus exercituum. Sicut cogitaui vt affligerem vos, cum ad iracundiam me prouo

iſſent

caſſent patres veſtri,⁊ non ſuȝ mi
ſertus:ſic cōuerſuȝ cogitaui in die
bus iſtis,vt benefaciam domui Ju
da ⁊ Jeruſalem: nolite timere.
Hęc ſunt ergo verba quę facietis.
Loquimini veritateȝ vnuſquiſqȝ
cum proximo ſuo. Ueritatem, ⁊
iudicium pacis iudicate in portis
veſtris. Et vnuſquiſque, malum
contra amicum ſuum ne cogitetis
in cordibus veſtris,⁊ iuramentuȝ
mendax ne diligatis. Omnia enim
hęc ſunt, quę odi, dicit dominus.
Et factuȝ eſt verbū dn̄i exercituū
ad me,dicens. Hęc dicit dn̄s exerci
tuum. Ieiunium quarti, ⁊ ieiuniū
quinti, ⁊ ieiunium ſeptimi, ⁊ ieiu-
nium decimi, erit domui Judę in
gaudiū ⁊ lętitiaȝ,⁊ in ſolennitates
pręclaras. Ueritateȝ tantum ⁊ pa
cem diligite,dicit dn̄s exercituuȝ.
fo.140 Graduale. Dirigatur oratio mea,ſicut
incenſum in conſpectu tuo domine. ℣.
Eleuatio manuum mearum ſacrificium ve
ſpertinum. Oremus. Flectamus
genua. ℟. Leuate. Oratio.

Et nobis,domine,tribuis ſo
lenne tibi deferre ieiunium:
ſic nobis, quęſumus indulgentię
pręſta ſubſidium. Per dominum.

Lectio Danielis prophetę.

ca.3. In diebus illis: Angelus dn̄i
deſcendit cum Azaria ⁊ ſo
ciis eius in fornacem. Et excuſſit
flammam ignis de fornace:⁊ fecit
medium fornacis quaſi ventuȝ ro
ris flantem. Flamma autē diffuſa
eſt ſuper fornaceȝ cubitis quadra-
ginta nouem:⁊ incendit quos rep
perit iuxta fornacē de Chaldeis mi
niſtros regis,qui eaȝ incendebāt.
M.R.N.

Illos autem omnino non tētigit
ignis,neqȝ contriſtauit, nec quic
quā moleſtię intulit. Tunc hi tres,
quaſi ex vno ore laudabant, ⁊ glo-
rificabant,⁊ benedicebant Deum
in fornace,dicentes. Hymnus.

Benedictus es domine Deus patrū
noſtrorum. Et laudabilis, ⁊ glorio-
ſus in ſęcula.
Et benedictū nomen glorię tuę, quod eſt
ſanctuȝ. Et laudabile ⁊ glorioſum in ſęcula.
Benedictus es in tēplo ſancto glorię tuę.
Et laudabilis ⁊ glorioſus in ſęcula.
Benedictus es ſup thronuȝ ſanctū regni
tui. Et laudabilis ⁊ glorioſus in ſęcula.
Benedictus es ſuper ſceptrū diuinitatis
tuę. Et laudabilis,⁊ glorioſus in ſęcula.
Bn̄dictus es q ſedes ſup cherubiȝ,intuēs
abyſſos. Et laudabilis, ⁊ glorioſus in ſecl'a.
Benedictus es, qui ambulas ſuper pen-
nas ventorum,⁊ ſuper vndas maris. Et lau
dabilis,⁊ glorioſus in ſęcula.
Benedicant te omnes angeli,⁊ ſancti tui.
Et laudent te,⁊ glorificent in ſęcula.
Benedicant te celi: terra, mare, ⁊ omnia,
quę in eis ſunt. Et laudent te, ⁊ glorificent
in ſęcula.
Gloria patri,⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto.
Et laudabili,⁊ glorioſo in ſęcula.
Sicut erat in principio, ⁊ nunc, ⁊ ſem-
per: ⁊ in ſęcula ſęculorum, Amen. Et lau-
dabili ⁊ glorioſo in ſęcula.
Benedict' es dn̄e Deus patrū noſtrorū.
Et laudabilis ⁊ glorioſus in ſęcula.
Hic dicitur. ℣. Dominus vobiſcum.
ſine Flectamus genua. Oratio.

Deus,q tribus pueris mitiga
ſti flāmas igniū, cōcede, pro-
pitius: vt nos famulos tuos nō exu-
rat flāma vitiorum. Per dominū.
A cunctis nos quęſumus.142.

**Lcō eplę bti Pauli apli ad Hebr.**

ca. 9. FRatres: Tabernaculum fa
ctū eſt pꝛimum: in quo erant
candelabꝛa, ꝛ menſa, ꝛ propoſitio
panū, quę dicit̄ Sancta. Poſt vela
mētuʒ autē ſecundū tabernaculū,
quod dicitur ſancta ſanctoꝛum, au
reum habens thuribulum, ꝛ arcā
teſtamenti, circumtectam ex omni
parte auro, in qua, vrna aurea ha
bēs manna, ꝛ virga Aarō que frō
duerat, ꝛ tabulę teſtamēti, ſuperqʒ
eā erāt cherubim gloꝛię obūbꝛan
tia pꝛopitiatoꝛiuʒ: de quibus non
eſt modo dicēdū per ſingula. His
vero ita cōpoſitis, in pꝛioꝛi quidē
tabernaculo ſemper introibāt ſa
cerdotes ſacrificioꝛuʒ officia con
ſummantes. In ſecūdo vero ſemel
in anno ſolus pontifex, nō ſine ſan
guine: quē offerret ꝓ ſua ꝛ popu
li ignoꝛantia: hoc ſignificante Spi
ritu ſancto, nondū pꝛopalataʒ eſſe
ſanctoꝛum viā, adhuc pꝛioꝛe taber
naculo habente ſtatū, quę parabo
la eſt tēpoꝛis inſtātis: iuxta quā mu
nera ꝛ hoſtię offeruntur, quę non
poſſunt iuxta conſcientiā perfectū
facere ſeruiētē, ſolūmodo in cibis,
ꝛ in potibus, ꝛ in varijs baptiſma
tibus, ꝛ iuſtitijs carnis, vſqʒ ad tē
pus coꝛrectionis impoſitis. Chꝛs
autē aſſiſtēs pōtifex futuroꝝ bono
rū, peramplius ꝛ perfectius taber
naculū, nō manufactū, ideſt nō hu
ius creatiōis, neqʒ ꝑ ſanguinē hir
coꝛum, aut vituloꝛuʒ, ſed per pro
pꝛiū ſanguinē itroiuit ſemel in Sā
cta, ęterna redemptione inuenta.

ps. 116 **Tractus.** Laudate dominū omnes gē
tes: ꝛ collaudate eum omnes populi. ℣.
Quoniā cōfirmata eſt ſuper nos miſericoꝛ
dia eius: ꝛ veritas domini manet in ęternū.

**Sequētia ſancti euāg. ſm Lucam.**

IN illo tēpoꝛe: Dicebat Ieſus 13. ca.
turbis ſimilitudinē hanc. Ar
boꝛē fici habebat quidam planta
tam in vinea ſua, ꝛ venit quęrens
fructū in illa, ꝛ non inuenit. Dixit
autem ad cultoꝛē vineę. Ecce anni
tres ſunt, ex quo venio quęrēs fru
ctum in ficulnea hac: ꝛ nō inuenio.
Succide ergo illam: vt quid etiam
terraʒ occupat? At ille reſpondēs
dicit illi. Domine dimitte illā ꝛ hoc
anno, vſqʒ dum fodiam circa illaʒ,
ꝛ mittam ſtercoꝛa. Et ſi quidem fe
cerit fructū: ſin autē, i futurū ſucci
des eā. Erat autē docēs in ſynago
ga eoꝝ, ſabbathis. Et ecce mulier,
quę habebat ſpirituʒ infirmitatis
annis decē ꝛ octo: ꝛ erat inclinata,
nec omnino poterat ſurſum reſpi
cere. Quaʒ cum videret Ieſus vo
cauit eaʒ ad ſe, ꝛ ait illi. Mulier, di
miſſa es ab infirmitate tua. Et im
poſuit illi manus, ꝛ confeſtim ere
cta eſt, ꝛ gloꝛificabat Deū. Reſpō
dēs autē archiſynagog⁹ indignās
qa ſabbatho curaſſet Ieſus, dice
bat turbę. Sex dies ſunt, in quibus
opoꝛtet operari. In his ergo veni
te: ꝛ curamini: ꝛ nō i die ſabbathi.
Reſpondēs autem illi dn̄s, dixit.
Hipocrytę, vnuſquiſqʒ veſtrū ſab
batho non ſoluit bouem ſuuʒ, aut
aſinuʒ a pręſepio, ꝛ ducit ad aqua
re? Hanc autem filiā Abꝛahę, quā
alligauit ſatanas, ecce, decē ꝛ octo
annis, non opoꝛtuit ſolui a vincu
lo iſto die ſabbathi? Et cum hęc di
ceret, erubeſcebāt oēs aduerſarij
eius:

eius: ⁊ omnis popul⁹ gaudebat in vniuerſis q̄ glorioſe fiebant ab eo. Offertorium. Domine, Deus ſalutis meę, in die clamaui, ⁊ nocte coram te: intret oratio mea in conſpectu tuo dn̄e. Secre. Concede, q̄s, omnipotēs De⁹: vt oculis tuę maieſtatis mun⁹ oblatum, ⁊ gratiam nobis deuotionis obtineat, ⁊ effectum beatę perennitatis acquirat. Per dn̄m. Exaudi nos De⁹ ſalutaris. 143. Communio. Menſe ſeptimo feſta celebrabitis, cum in tabernaculis habitare feceritis filios Iſrael, cum educerē eos de terra Ægypti, ego dn̄s De⁹ veſter. Poſtc. Perficiāt in nobis, dn̄e, q̄s, tua ſacramēta quod continēt: vt, quę nunc ſpe gerimus, rerū veritate capiamus. Per dominum no. Mundet ⁊ muniat. folio 143.

## DOMINICA XVIII. poſt Pentecoſtē. Introitus.



Da pacē dn̄e ſuſtinentibus te: vt prophetę tui fideles inueniantur: exaudi preces ſerui tui, ⁊ plebis tuę Iſrael. Ps. Letatus ſum in his quę dicta ſunt mihi: in domū domini ibimus. ℣. Gloria pa. Oremus. Dirigat corda noſtra, quęſumus domine, tuę miſerationis operatio: quia tibi ſine te placere non poſſumus. Per dominū. A cunctis nos quęſumus. 142. Lcō ep̄lę beati Pauli ap̄li ad Cor.

i. cor. i. Fratres: Gratias ago Deo meo ſemper ꝓ vobis, in gratia Dei quę data eſt vobis, in Chriſto Ieſu. Quia in omnibus diuites facti eſtis in illo, in omni verbo, ⁊ in omni ſcientia, ſicut teſtimonium Chriſti confirmatum eſt in vobis: ita vt nihil vobis deſit in vlla gratia, expectantibus reuelationem domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ⁊ confirmabit vos vſque in finem ſine crimine, in die aduentus domini noſtri Ieſu Chriſti. Graduale. Letatus ſum in his quę dicta ſunt mihi: in domū dn̄i ibimus. ℣. Fiat pax in virtute tua, ⁊ abundantia in turribus tuis. Halleluiah, halleluiah. ℣. Timebunt gentes nomen tuum domine, ⁊ omnes reges terrę gloriam tuam, halleluiah. Sequētia ſcti euāg. ſm Matthēū.

In illo tempore: Aſcendens Ieſus in nauiculam, trāſfretauit, ⁊ venit in ciuitatem ſuam. 9. ca. Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. Videns autem Ieſus fidem illorū, dixit paralytico. Confide fili. Remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidā de ſcribis dixerūt intra ſe. Hic blaſphemat. Et cū vidiſſet Ieſus cogitationes eorum, dixit. Vt quid cogitatis mala in cordibus veſtris? Quid eſt facilius? dicere, Dimittūtur tibi peccata tua: an dicere, Surge ⁊ ambula? Vt autem ſciatis quia filius hominis habet poteſtatē in terra dimittendi peccata: tunc ait paralytico. Surge, tolle lectum tuum, ⁊ vade in domum tuam. Et ſurrexit, ⁊ abijt in domum ſuam. Videntes autem turbę timuerunt, ⁊ glorificauerunt Deum, qui dedit poteſtatem talē hominibus. Credo. Offertorium. Sanctificauit Moyſes altare domino, offerēs ſuper illud holocauſta:

ſta: ꝛ immolans victimas, fecit ſacrificium
veſpertinum in odorem ſuauitatis domino
Deo, in conſpectu filioꝛum Iſrael. Secr.
DEus q̄ nos per huius ſacrifi
cij veneráda cōmercia, vnius
ſummeq; diuinitatis participes ef
ficis: pꝛeſta, q̄s: vt ſicut tuã cogno
ſcimus veritatem, ſic eam dignis
moꝛibus aſſequamur. Per dñm.
Exaudi nos De⁹ ſalutaris. 143.
ps.95. Cōm. Tollite hoſtias, ꝛ introite in atria
ei⁹: adoꝛate dñm ī aula ſancta eius. Poſtc.
GRatias tibi referim⁹ dñe ſa
cro munere vegetati, tuã mi
ſericoꝛdiã depꝛecātes: vt dignos
nos ei⁹ participatione pficias. p d.
Mundet ꝛ muniat. folio 143.

DOMINICA XIX.
poſt Pentecoſtē. Introitus. 4

ps.77.



SAlus populi ego
ſum, dicit dñs: de
quacunq; tribulatione
clamauerit ad me, exau
diam eos: ꝛ ero illoꝛum
dominus in perpetuū.
ps. Attendite popule
meus legem meam: in
clinate aurem veſtram in verba oꝛis mei.
V. Gloꝛia patri, ꝛ filio, ꝛ ſpi. Oremus.
OMnipotēs ꝛ miſericoꝛs De⁹,
vniuerſa nobis aduerſantia
pꝛopitiatus exclude: vt mēte ꝛ coꝛ
poꝛe pariter expediti, q̄ tua ſunt,
liberis mētibus exequamur. Per.
A cunctis nos queſumus. 142.
Lctō eplē b. Pauli apli ad Ephe.
ca.4. FRatres. Renouamini ſpiri
tu mētis veſtrę, ꝛ induite no
uũ hominē, qui ſecūdū Deū crea
tus eſt, in iuſtitia, ꝛ ſanctitate veri
tatis. Pꝛopter quod deponentes
mēdaciū, loquimini veritatē vnuſ
quiſq; cū pꝛimo ſuo: q̄m ſumus
inuicē membꝛa. Iraſcimini, ꝛ noli
te peccare. Sol nō occidat ſup ira
cundiā veſtrā. Nolite locum dare
diabolo. Qui furabatur, iam nō fu
ret, magis autē laboꝛet, operando
manib⁹ ſuis q̄d bonū eſt, vt habeat
vnde tribuat neceſſitatem patiēti.
Gradua. Dirigatur oꝛatio mea, ſicut ps.140
incenſum in cōſpectu tuo domine. V. Ele
uatio manuum mearum ſacrificium veſper
tinum. Haleluiah, haleluiah. V. Confitē ps.104
mini domino, ꝛ inuocate nomen eius: an
nunciate inter gētes opera eius, haleluiah.
Sequētia ſcti euãg. ſm Matthēū.
IN illo tēpoꝛe: Loquebatur ca.22
Ieſus pꝛincipibus ſacerdo
tum, ꝛ phariſeis in parabolis, di
cens. Simile factum eſt regnũ cę
loꝛum homini Regi, qui fecit nu
ptias filio ſuo. Et miſit ſeruos ſuos
vocare inuitatos ad nuptias: ꝛ no
lebant venire. Iterum miſit alios
ſeruos, dicēs. Dicite inuitatis: Ec
ce pꝛandium meum paraui: tauri
mei, ꝛ altilia occiſa ſunt, ꝛ omnia
parata: venite ad nuptias. Illi aūt
neglexerūt: ꝛ abierūt, ali⁹ in villã
ſuam, alius vero ad negociationē
ſuam: reliqui vero tenuerunt ſer
uos eius, ꝛ cōtumelijs affectos oc
ciderūt. Rex autem cum audiſſet,
iratus eſt: ꝛ miſſis exercitib⁹ ſuis,
perdidit homicidas illos: ꝛ ciuita
tem illoꝛum ſuccendit. Tūc ait ſer
uis ſuis. Nuptię q̄dē paratę ſunt,
ſed qui inuitati erant, non fuerunt
digni. Ite ergo ad exitus viarũ: ꝛ
quoſcunq; inueneritis, vocate ad
nuptias. Et egreſſi ſerui ei⁹ ī vias,
con

cōgregauerūt omnes quos inuene
runt, malos ꝛ bonos: ꝛ impletę
ſunt nuptię diſcumbētium. Intra-
uit autē Rex, vt videret diſcumbē-
tes: ꝛ vidit ibi hominē non veſtitū
veſte nuptiali. Et ait illi. Amice,
quomodo huc intraſti nō habēs ve
ſtē nuptialē? At ille obmutuit. Tūc
dixit Rex miniſtris. Ligatis mani
bus ꝛ pedib⁹ eius, mittite eū in te
nebras exteriores. Ibi erit fletus ꝛ
ſtridor dentium. Multi enim ſunt
vocati, pauci vero electi. Credo.
Ps. 137 Offert. Si ambulauero in medio tribu
lationis, viuificabis me domine: ꝛ ſuper irā
inimicorum meorum extendes manū tuā,
ꝛ ſaluum me fecit dextera tua. Secreta.
Hęc munera, qs dñe, quę ocu-
lis tuę maieſtatis offerimus,
ſalutaria nobis eſſe cōcede. Per d.
Exaudi nos De⁹ ſalutaris. 143.
Ps. 118 Commu. Tu mandaſti mandata tua cu
ſtodiri nimis: vtinā dirigantur vię meę, ad
cuſtodiēdas iuſtificationes tuas. Poſtc.
Tua nos domine medicinalis
operatio, ꝛ a noſtris peruerſi
tatibus clementer expediat, ꝛ tuis
ſemp faciat inhęrere mādatis. Per.
Mundet ꝛ muniat. folio 143.

DOMINICA XX
poſt Pentecoſtē. Introitus. 3



Dan. 3 Omnia quę feciſti nobis dñe in ve-
ro iudicio feciſti: quia peccauimus tibi, ꝛ mā-
datis tuis non obediui-
m⁹: ſed da gloriam nomi
ni tuo, ꝛ fac nobiſcum
ſecūdū multitudinē mi
Ps. 118 ſericordię tuę. Ps. Beati immaculati i via,
q ambulāt in lege dñi. ℣. Glia. Orem⁹.

Largire, qs dñe, fidelib⁹ tuis in
dulgētiā placatus ꝛ pacē: vt
pariter ab omnib⁹ mūdent offen-
ſis, ꝛ ſecura tibi mēte deſeruiāt. P.
A cunctis nos quęſumus. 142.
Lectō eplę bti Pauli apli ad Eph.
Fratres: Uidete itaque quo- cap. 5
modo caute ambuletis: non
quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes:
redimētes tēpus, quoniā dies ma
li ſunt. Propterea nolite fieri im-
prudētes: ſed intelligētes, q̄ ſit volū
tas Dei. Et nolite inebriari vino in
quo eſt luxuria, ſed implemini ſpi-
ritu ſcō, loquētes vobiſmetipſis in
pſalmis, ꝛ hymnis, ꝛ cāticis ſpiri-
tualibus, cātantes, ꝛ pſallentes in
cordib⁹ veſtris dño: gratias agētes
ſemp pro omnibus in nomine dñi
noſtri Jeſu Chriſti, Deo, ꝛ Patri.
Subiecti inuicē, in timore Chriſti.
Graduale. Oculi omnium in te ſperāt Ps. 144
dñe: ꝛ tu das illis eſcā in tempore opportu
no. ℣. Aperis tu manū tuā, ꝛ imples om-
ne animal benedictione. Alla, hal. ℣.
Paratum cor meū Deus, paratū cor meū, Ps. 107
cātabo ꝛ pſallam tibi in gloria mea, halla.
Sequētia ſcti euāg. ſm Johannē.
In illo tempore: Erat quidam ca. 4.
regulus, cuius filius infirma
bat Capharnaū. Hic cū audiſſet,
qa Jeſus veniret a Judęa in Ga-
lilęam, abijt ad eum, ꝛ rogabat eū
vt deſcenderet ꝛ ſanaret filiū eius.
Incipiebat enim mori. Dixit ergo
Jeſus ad eum. Niſi ſigna ꝛ prodi-
gia videritis, non creditis. Dicit
ad eum regulus. Domine, deſcēde
priuſquā moriat filius meus. Dicit
ei Jeſus, Uade, filius tu⁹ viuit. Cre
didit homo ſermōi quē dixit ei Je
ſus,

ſus, ⁊ ibat. Iã autẽ eo deſcendẽte, ſerui occurrerunt ei: ⁊ nunciauerunt dicẽtes, quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horaʒ ab eis, in qua melius habuerit. Et dixerũt ei, qa heri hoꝛa ſeptima reliquit eũ febꝛis. Cognouit ergo pater, qa illa hoꝛa erat, in qua dixit ei Ieſus: Filiuſ tuꝰ viuit. Et credidit ipſe, ⁊ domus eius tota. Credo.

**Offertoꝛium.**

ps.136 Sup flumina Babylonis, illic ſedimꝰ, ⁊
fleuimuſ, dũ recoꝛdaremur tui Siõ. Sec.

Cæleſtẽ nobis pꝛębeãt hęc myſteria, q̃s dñe, medicinaʒ: ⁊ vitia noſtri coꝛdis expurgent. Per.

Exaudi nos Deꝰ ſalutaris. 143.

ps.118 Communio. Memẽto verbi tui ſeruo
tuo dñe, in quo mihi ſpeʒ dediſti: hęc me cõſolata eſt in humilitate mea. Poſtcõmu.

Vt ſacriſ dñe reddamur digni muneribus: fac nos q̃s, tuis ſemper obedire mandatiſ. Per d.

Mundet ⁊ muniat. folio 143.

DOMINICA XXI.
poſt Pentecoſtẽ. Introitus. 4



heſt.13 IN voluntate tua domine vniuerſa ſunt poſita: ⁊ non eſt, qui poſſit reſiſtere volũtati tuę: tu enim feciſti omnia, cęluʒ, ⁊ terram, ⁊ vniuerſa quę cęli ambitu continentur: dominus vniuerſoꝛum tu es. Ps. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. ℣. Gloꝛia patri, ⁊ filio. Oremus.

Familiam tuaʒ, quęſumuſ domine continua pietate cuſtodi: vt a cunctis aduerſitatibus, te pꝛotegente, ſit libera: ⁊ in bonis actibꝰ tuo nomini ſit deuota. Per dominum noſtrum Ieſum Chꝛiſtum filium tuum, qui tecuʒ viuit.

A cunctis nos quęſumus. 142.

Lcõ eplę btĩ Pauli aplĩ ad Eph.

FRatreſ: Confoꝛtamini in domino, ⁊ in potentia virtutis ca.6.
eius. Induite vos armaturã Dei: vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli. Quoniã non eſt nobiſ colluctatio aduerſus carneʒ, ⁊ ſanguinem: ſed aduerſus pꝛincipes ⁊ poteſtates, aduerſus mũdi rectoꝛes tenebꝛarum harũ, contra ſpiritualia nequitię, in cęleſtibuſ. Propterea accipite armaturã Dei: vt poſſitis reſiſtere in die malo, ⁊ in omnibus pfecti ſtare. State ergo ſuccincti lũbos veſtros in veritate, ⁊ induti loricã iuſtitię, ⁊ calciati pedes in pꝛęparationem euãgelij pacis. In omnibus ſumentes ſcutuʒ fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere. Et galeam ſalutis aſſumite: ⁊ gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei.

Graduale. Domine refugium factuſ ps.89
es nobis a generatione in generationẽ. ℣. Priuſquam montes fierent, aut foꝛmaretur terra ⁊ oꝛbis: a ſeculo: ⁊ vſque in ſeculum tu es Deus. Haleluiah, haleluiah.
℣. In exitu Iſrael de Ægypto, domus ps.113
Iacob de populo barbaro, haleluiah.

Sequẽtia ſctĩ euãg. ſm Mattheũ.

IN illo tempoꝛe: Dixit Ieſus cap.18.
diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum cęloꝛum homini regi, qui voluit rationem ponere cum ſeruis ſuis. Et cum cępiſſet rationeʒ ponere, oblatus eſt ei vnus, qui debebat ei decem millia

millia talenta. Cum autem non habe‑ret vnde redderet iuſſit eum dominus eius venundari, ⁊ vxorem eius, ⁊ filios, ⁊ omnia quę habebat, ⁊ reddi. Prócidens autem ſeruus ille, rogabat eum, dicens: Patientiam habe in me, ⁊ omnia reddam tibi. Miſertus autē dominus ſerui illius, dimiſit eum, ⁊ debitū dimiſit ei. Egreſſus autem ſeruus ille, inuénit vnū de conſeruis ſuis, qui debebat ei centū denarios: ⁊ tenens ſuffocabat eū dicens. Redde quod debes. Et prócidens conſeruus eius, rogabat eum dícens. Patientiam habe in me, ⁊ omnia reddam tibi. Ille autē noluit: ſed abijt, ⁊ miſit eum in carcerem, donec redderet debitum. Videntes autem conſerui eius, quę fiebant, contriſtati ſunt valde: ⁊ venerūt, ⁊ narrauerūt domino ſuo omnia, quę facta fuerant. Tunc vocauit illū dominus ſuus: ⁊ ait illi. Serue nequam, omne debitum dimiſi tibi quoniam rogaſti me: nonne ergo oportuit ⁊ te miſereri conſerui tui, ſicut ⁊ ego tui miſertus ſū? Et iratus dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoadúſque rédderet vniuerſū debitum. Sic ⁊ pater meus cęleſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis vnuſquiſq; fratri ſuo de cordib[9] veſtris. Credo.

cap.1. Job.6. Offertorium. Vir erat in terra Hus nomine Job, ſimplex, ⁊ rectus, ac timens Deum: quem Satan petijt vt tentaret: ⁊ data eſt ei poteſtas a domino in facultate, ⁊ in carne eius: perdiditq; omnem ſubſtantiam ipſius, ⁊ filios: carnem quoque eius graui vlcere vulnerauit. Secreta.

Suſcipe domine propitius hoſtias, quibus ⁊ te placari voluiſti, ⁊ nobis ſalutem potenti pietate reſtitui. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtū filium tuū. Exaudi nos De[9], 143. Commu.

In ſalutari tuo anima mea, ⁊ in verbum tuū ſperaui: quādo facies de perſequētibus me iudicium: iniqui perſecuti ſunt me, adiuua me dñe Deus meus. Ps.118 Poſtcommu.

Immortalitatis alimoniā cōſecuti, quęſumus domine, vt quod ore percepimus, pura mente ſectemur. Per dominum noſtrū. Mundet ⁊ muniat. folio 143.

DOMINICA XXII. poſt Pentecoſtē. Introitus.



Si iniquitates obſeruaueris dñe, dñe, qs ſuſtinebit: quia apud te propitiatio eſt, Deus Iſrael. Ps.126 Ps. De profundis clamaui ad te domine: dñe exaudi vocem meam. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui. Oremus.

Deus refugium noſtrū, ⁊ virtus: adeſto pijs eccleſię tuę precibus, auctor ipſe pietatis, ⁊ pręſta: vt, quod fideliter petimus, efficaciter conſequamur. Per domi. A cunctis nos quęſumus. 142.

Lcō ep[l]ę b. Pauli ap[l]i ad Philip.

Fratres: Confidimus in domino Jeſu: quia, qui cępit in vobis opus bonum, perficiet vſque in diē Chriſti Jeſu. Sicut eſt mihi iuſtum, hoc ſentire pro omnibus vobis: eo q habeā vos in corde, ⁊ in vinculis meis, ⁊ in defenſione ⁊ confirmatione euangelij, ca.1.

ſocios

ſocios gaudij mei oēs vos eſſe. Teſtis enim mihi eſt Deꝰ, quo modo cupiā omnes vos in viſceribus Ieſu Chriſti. Et hoc oro, vt charitas veſtra magis ac magis abūdet in ſcientia, ⁊ in omni ſenſu: vt probetis potiora, vt ſitis ſynceri, ⁊ ſine offenſa in diem Chriſti, repleti fructu iuſtitię, per Ieſum Chriſtum, in gloriam, ⁊ laudem Dei.

ps.132. Graduale. Ecce quam bonum ⁊ quam iucundum, habitare fratres in vnum. ℣. Sicut vnguentū in capite, quod deſcendit in barbam, barbam Aaron.

ps.11? Halleluiah, halleluiah. ℣. Qui timent dominum, ſperent in eo, adiutor ⁊ protector eorum eſt, halleluiah.

Sequētia ſcti euāg. ſm Matthęū.

ca.22. In illo tempore: Abeuntes phariſęi, conſilium inierunt, vt caperent Ieſuꝫ in ſermone. Et mittunt ei diſcipulos ſuos cū Herodianis, dicentes. Magiſter, ſcimus quia verax es, ⁊ viam Dei in veritate doces, ⁊ non eſt tibi cura de aliquo. Non enim reſpicis perſonam hominum. Dic ergo nobis, quid tibi videtur? Licet cenſuꝫ dari Cęſari, an non? Cognita aūt Ieſus nequitia eorū, ait. Quid me tentatis hypocritę? Oſtendite mihi numiſma cenſus. At illi obtulerūt ei denariū. Et ait illis Ieſus. Cuius eſt imago hęc, ⁊ ſuperſcriptio? Dicūt ei, Cęſaris. Tūc ait illis. Reddite ergo q̄ ſunt Cęſaris, Cęſari: ⁊ quę ſunt Dei, Deo. Credo.

heſt.14 Offertorium. Recordare mei domine omnipotentatui dominans: ⁊ da ſermonem rectū in os meū, vt placeāt verba mea in conſpectu principis. Secreta.

Da miſericors Deus: vt hęc ſalutaris oblatio, ⁊ a proprijs nos reatbꝰ indeſinēter expediat, ⁊ ab omnibus tueatur aduerſis. Per dominum noſtrum Ieſum. Exaudi nos Deꝰ ſalutaris. 143.

Communio. Ego clamaui, quoniam exaudiſti me Deus: inclina aurem tuam, ⁊ exaudi verba mea. ps.16 Poſtcommunio.

Sumpſimꝰ domine ſacri dona myſterij, humiliter deprecantes: vt, quę in tui cōmemoratione nos facere pręcepiſti, in noſtrę proficiant infirmitatis auxilium. Qui viuis ⁊ regnas. in vnitate. ⁊c.

Mundet ⁊ muniat. folio 143.

DOMINICA XXIIII. poſt Pentecoſtē. Introitus. 6



Dicit dñs, Ego cogito cogitationes pacis, ⁊ non afflictionis: inuocabitis me, ⁊ ego exaudiam vos: ⁊ reducam captiuitatem veſtram de cunctis locis. Iere.29 ps. Benedixiſti domine terram tuam, auertiſti captiuitatem Iacob. ℣. Gloria patri, ⁊ ſi. Oremus.

Abſolue, quęſumus dñe, tuorū delicta populorum: vt a peccatorum noſtrorum nexibus, quę ꝑ noſtra fragilitate cōtraximus, tua benignitate liberemur. Per.

Excunctis nos quęſumus. 142.

Lco eplę b. Pauli apli ad Philip.

Fratres: Imitatores mei eſtote: ⁊ obſeruate eos qui ita ambulant, ſicut habetis formam noſtram. Multi enim ambulant, quos ſępe dicebam vobis: (nunc autēꝫ ⁊ flens dico) inimicos ca.3. crucis

crucis Chriſti: quorum finis inte-
ritus: quorum Deus, venter eſt: ⁊
gloria in confuſione ipſorum qui
terrena ſapiũt. Noſtra autẽ côuer-
ſatio in cęlis eſt: vnde etiam ſalua-
torem expectamus dñm noſtrum
Jeſuz Chriſtũ, qui reformabit cor-
pus humilitatis noſtrę, configura-
tum corpori claritatis ſuę, ſecũduz
operationez virtutis ſuę, qua poſ-
ſit etiaz ſubijcere ſibi omnia. Jtaqz
fratres mei cariſſimi, ⁊ deſidera-
tiſſimi: gaudium meum, ⁊ coro-
na mea: ſic ſtate in domino cariſſi-
mi. Euodiam rogo, ⁊ Sintychen
deprecor, idipſum ſapere in domi-
no. Etiaz rogo, ⁊ te germane com-
par, adiuua illas, quę mecum labo-
rauerunt in euangelio, cũ Clemẽ-
te, ⁊ cęteris adiutoribꝰ meis: quo-
rum nomina ſunt in libro vitę.
ps.43. Graduale. Liberaſti nos domine ex af-
fligentibus nos, ⁊ eos qui nos oderunt,
confudiſti. ℣. Jn Deo laudabimur tota
die, ⁊ in nomine tuo confitebimur in ſę-
cula. Haleluiah, haleluiah ℣. De pro-
ps.129 fundis clamaui ad te domine, domine exau-
di orationem meam, haleluiah.
Sequẽtia ſcti euãg. ſm Matthei.
cap.9 In illo tempore: Loquẽte Je-
ſu ad turbas, ecce princeps
vnus acceſſit, ⁊ adorabat eum di-
cens. Domine, filia mea modo de-
functa eſt: ſed veni, impone manuz
tuam ſuper eam, ⁊ viuet. Et ſur-
gens Jeſus ſequebatur eum, ⁊ di-
ſcipuli eiꝰ. Et ecce, mulier, quę ſan-
guinis fluxum patiebatur annis
duodecim acceſſit retro, ⁊ tetigit
fimbriam veſtimẽti eius. Dicebat
enim intra ſe. Si tetigero tantum
veſtimentuz eius: ſalua ero. At Je-
ſus conuerſus ⁊ videns eam, di-
xit. Confide filia, fides tua te ſaluã
fecit. Et ſalua facta eſt mulier ex il-
la hora. Et cũ veniſſet Jeſus in do-
mum principis, ⁊ vidiſſet tibici-
nes, ⁊ turbam tumultuantem di-
cebat. Recedite: non eſt enim mor-
tua puella, ſed dormit. Et deride-
bant eũ. Et cum eiecta eſſet turba:
intrauit, ⁊ tenuit manum eius. Et
ſurrexit puella. Et exijt fama hęc
in vniuerſam terraz illã. Credo.
Offert. De profundis clamaui ad te ps.129
domine, domine exaudi orationem meã: de
profundis clamaui ad te domine. Secre.
Pro noſtrę ſeruitutis augmẽ-
to ſacrificiuz tibi domine lau-
dis offerimus: vt, quod immeritis
côtuliſti, ꝓpitius exequaris. Per.
xaudi nos Deꝰ ſalutaris. 143.
Communio. Amen dico vobis, quic- mat.11
quid orantes, petitis, credite quia accipie-
tis, ⁊ fiet vobis. Poſtcommunio.
Quęſumus omnipotẽs Deus,
vt quos diuina tribuis parti-
cipatione gaudere, humanis non
ſinas ſubiacere periculis. Per do-
minum noſtrum Jeſum Chriſtuz.
undet ⁊ muniat. folio 143.
¶ Si Dominicę poſt Pentecoſten fue-
rint plures vigintiquattuor, tũc poſt vigeſi-
mãtertiam reſumantur (quo ad Orõnes,
Eplãs, ⁊ Euangelia) miſſę Dñicarũ, quę
ſuperfuerunt poſt Epiphaniã hoc ordine.
¶ Si Dñicę fuerint xxv. in Dñica xxiiij.
dicit. Miſſa Dñicę ſextę poſt Epiphaniaz.
¶ Si fuerint xxvj. in Dñica xxiiij. dicitur
Miſſa Dominicę quintę poſt Epipha. ⁊ in
xxv. dicitur Miſſa Dominicę vj.
¶ Si fuerint xxvij. in Dñica xxiiij. dicitur
Miſſa

Miſſa Dñicę quartę poſt Epiphaniam: in vigeſimaquinta, Dominicę quintę, ⁊ in vigeſimaſexta, Dñicę vj. ¶ Si fuerint viginti octo, in Dominica vigeſimaquarta dicitur Miſſa Dominicę tertię poſt Epiphaniam: in vigeſimaquinta, Dñicę quartę, in vigeſimaſexta Dominicę quintę, in vigeſimaſeptima Dominicę ſextę. Et vltimo loco ſemper dicitur Miſſa Dominicę vigeſimęquartę poſt Pentecoſten.

¶ Introitus autē, Graduale, Offertoriū, ⁊ Pōſtcōmunio in predictis Dñicis, ſemper dicuntur vt in Dñica vigeſimatertia.

¶ Dominicę poſt Epiphaniā reſumendę poſt Dñicam xxiiij. poſt Pentecoſtē, ſecundum ſuperiorem rubricam, vt ſequuntur.

## DOMINICA TERTIA poſt Epiphaniā. Introitus. 6



Jer.29 Dicit dominus, Ego cogito cogitationes pacis, ⁊ nō afflictionis: innocabitis me, ⁊ ego exaudiam vos: ⁊ reducam captiuitatem veſtram de cunctis locis. ps. Benedi-

ps.84. xiſti domine terram tuam: auertiſti captiuitatem Jacob. ℣. Gloria pa. Oremus.

Omnipotēs ſempiterne Deꝰ, infirmitatem noſtram propitius reſpice: atq; ad protegendū nos, dexteram tuę maieſtatis extēde. Per dominum noſtrum Jeſū. A cunctis nos queſumus. 142.

Lectō eplę b. Pauli aplī ad Rom.

ca.12. Fratres: Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos. Nulli malum pro malo reddētes. Prouidentes bona, non ſolum coram Deo, ſed etiam corā omnibus hominibus. Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibꝰ pacē habentes. Nō voſmetipſos defendentes, cariſſimi: ſed date locum irę. Scriptum eſt enim. Mihi deu.32. vindictā, ⁊ ego retribuā, dicit dñs. Sed ſi eſurierit inimicus tuꝰ, ciba illū. Si ſitit, potū da illi. Hoc enim faciens, carbones ignis cōngeres ſuper caput eius. Noli vinci a malo: ſed vince in bono malum.

Grad. Liberaſti nos dñe ex affligētibꝰ ps.43 nos: ⁊ eos qui nos oderunt confudiſti. ℣. In Deo laudabimur tota die: ⁊ in nomine tuo cōfitebimur, in ſecula. Haleluiah, haleluiah. ℣. De ꝓfundis clamaui ad te ps.129 domine, dñe exaudi vocem meam. Halah.

Sequētia ſcti euāg. ſm Mattheū.

In illo tempore: Cum deſcen 8.ca. diſſet Jeſus de monte, ſecutę ſunt eum turbę multę. Et ecce, leproſus veniens adorabat eum, dicens. Domine, ſi vis, potes me mūdare. Et extendens manū Jeſus, tetigit eum dicens. Volo. Mundare. Et confeſtim mundata eſt lepra eiꝰ. Et ait illi Jeſus. Vide, nemini dixeris. Sed vade, oſtende te ſacerdoti: ⁊ offer munus quod prę cepit Moyſes, in teſtimoniū illis. Cum autē introiſſet Capharnaū, acceſſit ad eum Centurio, rogans eum, ⁊ dicens. Dñe, puer meus iacet in domo paralyticus, ⁊ male torquet. Et ait illi Jeſus. Ego veniā, ⁊ curabo eum. Et reſpondens Centurio ait. Domine, non ſum dignus, vt intres ſub tectum meū: ſed tantum dic verbo, ⁊ ſanabitur puer meus. Nam ⁊ ego homo ſū ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites: ⁊ dico huic, vade,

⁊

⁊ vadit: ⁊ alio veni, ⁊ venit: ⁊ ſer-
uo meo, fac hoc, ⁊ facit. Audiens
autem Jeſus miratus eſt: ⁊ ſequē
tibus ſe, dixit. Amen dico vobis,
non inueni tantam fidē in Jſrael.
Dico autem vobis, quod multi ab
oriente ⁊ occidente venient: ⁊ re-
cumbent cum Abraham, Jſaac, ⁊
Jacob in regno cęlorum. Filij au-
tem regni eijcientur in tenebras ex-
teriores. Jbi erit flet⁹ ⁊ ſtridor dē-
tiū. Et dixit Jeſus Cēturioni. Ua
de, ⁊ ſicut credidiſti fiat tibi. Et ſa
nat⁹ eſt puer in illa hora. Credo.
Offerto. De profundis clamaui ad te
domine: domine exaudi orationem meam:
de profundis clamaui ad te domine. Sec.

HAec hoſtia, quęſumus domi-
ne, emundet noſtra delicta: ⁊
ad ſacrificium celebrandum, ſub-
ditorū tibi corpora menteſq; ſan
ctificet. Per dominum noſtrum.
Exaudi nos Deus ſalutaris. 143.
Communio. Amen dico vobis, quic-
quid orantes petitis, credite quia accipie-
tis: ⁊ fiet vobis. Poſtcommunio.

QUos tantis dn̄e largiris vti
myſterijs: quęſumus, vt effe
ctibus nos eorum veraciter apta
re digneris. Per dominū noſtrū.
Mundet ⁊ muniat. folio 143.

DOMINICA QVARTA
poſt Epiphaniam. Introitus.



Jer. 29 DJcit dominus,
Ego cogito co-
gitationes pacis, ⁊ nō
afflictionis: inuocabitis
me, ⁊ ego exaudiā vos:
⁊ reducam captiuitatē
veſtram de cunctis lo-
Ps. 84 cis. Ps. Benedixiſti do
M. N. R.
mine terram tuam, auertiſti captiuitatē Ja
cob. V. Gloria patri, ⁊ filio. Oremus.

DEus qui nos in tantis peri-
culis conſtitutos, pro huma
na ſcis fragilitate non poſſe ſubſi-
ſtere: da nobis ſalutem mentis ⁊
corporis: vt ea, quę pro peccatis no
ſtris patimur, te adiuuante vinca-
mus. Per dominum noſtrum Je.
A cunctis nos quęſumus. 142.
Lcō eplę btī Pauli apl̄i ad Rom.

FRatres: Nemini quicquam ca. 13
debeatis: niſi vt inuicē diliga
tis. Qui enim diligit proximū, le-
gem impleuit. Nā, Non adultera-
bis: non occides: nō furaberis: nō
falſum teſtimonium dices: non cō-
cupiſces: ⁊ ſi quod eſt aliud māda-
tum, in hoc verbo inſtauratur: Di
liges proximū tuū ſicut teipſum.
Dilectio pximi malū non operat.
Plenitudo ergo legis eſt dilectio.
Graduale. Liberaſti nos domine ex af- Ps. 43
fligentibus nos, ⁊ eos q nos oderūt, confu-
diſti. V. Jn Deo laudabimur tota die, ⁊
in nomine tuo confitebimur in ſęcula.
Halleluiah, halleluiah. V. De profun- Ps. 129
dis clamaui ad te domine, domine exaudi
vocem meam, halleluiah.
Sequētia ſcti euāg. ſm Matthęū.

JN illo tempore: Aſcendente cap. 8.
Jeſu in nauiculā, ſecuti ſunt
eum diſcipuli eius. Et ecce, motus
magnus factus eſt in mari, ita vt
nauicula operiret fluctibus. Ipſe
vero dormiebat. Et acceſſerunt di
ſcipuli eius: ⁊ ſuſcitauerunt eū, di
cētes. Domine, ſalua nos: perim⁹.
Et dicit eis. Quid timidi eſtis mō
dicę fidei? Tūc ſurgens imperauit
ventis, ⁊ mari: ⁊ facta eſt tranquil

litas magna. Porro homines mi-
rati ſunt, dicẽtes. Qualis eſt hic, q
vẽti ⁊ mare obediunt ei? Credo.
Offerto. De profundis clamaui ad te
domine, domine exaudi orationem meam,
de profundis clamaui ad te domine. Sec.
Concede, queſumus, omnipo-
tens Deus: vt huius ſacrifi-
cij munus oblatum: fragilitatẽ no-
ſtram ab omni malo purget ſem-
per, ⁊ muniat. Per dominum no.
Exaudi nos Deus ſalutaris. 143
Communio. Amen dico vobis, quic-
quid orantes, petitis, credite quia accipie-
tis, ⁊ fiet vobis. Poſtcommunio.
Munera tua nos Deus a dele-
ctationibus terrenis expe-
diant: ⁊ cęleſtibus ſemper inſtau-
rent alimentis. Per dominuz no.
Mundet ⁊ muniat. folio 143.

DOMINICA QVINTA
poſt Epiphaniam. Introitus. 6

Iere.29 

Dicit dominus,
Ego cogito co-
gitationes pacis, ⁊ nõ
afflictionis: inuocabitis
me, ⁊ ego exaudiã vos:
⁊ reducam captiuitatẽ
Ps.84 veſtram de cunctis lo-
cis. Ps. Benedixiſti do-
mine terram tuam, auertiſti captiuitatẽ Ia-
cob. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Oremus.
Familiã tuã, q̃s dñe, continua
pietate cuſtodi: vt quę in ſola
ſpe gratię cęleſtis innitit̃, tua ſem-
per protectione muniatur. Per d.
A cunctis nos queſumus. 142.
Lcõ eplę b. Pauli apli ad Coloſſ.
ca.3. Fratres: Induite vos, ſicut
electi Dei, ſancti, ⁊ dilecti, vi-
ſcera miſericordię, benignitatem,
humilitatem, modeſtiam, patien-
tiam, ſupportantes inuicem: ⁊ do-
nãtes vobiſmetipſis, ſiquis aduer-
ſus aliquem habet querelam. Si-
cut ⁊ dñs donauit vobis: ita ⁊ vos.
Super omnia autẽ hęc, charitatez
habẽtes, qđ eſt vinculũ ꝑfectionis.
Et pax Chriſti exultet in cordibꝰ
veſtris: in qua ⁊ vocati eſtis i vno
corpore: ⁊ grati eſtote. Uerbum
Chriſti habitet in vobis abundan-
ter, in omni ſapientia: docentes ⁊
commonẽtes voſmetipſos in pſal-
mis, hymnis, ⁊ canticis ſpirituali-
bus, in gratia cãtãtes in cordibus
veſtris dño. Omne quodcũq; faci-
tis in verbo aut in opere: omnia in
nomine dñi noſtri Ieſu Chriſti fa-
cite, gratias agẽtes Deo ⁊ patri, ꝑ
Ieſum Chriſtum dominuz noſtrũ.
Graduale. Liberaſti nos domine ex af-
fligentibus nos, ⁊ eos q nos oderũt, confu- Ps.23
diſti. ℣. In Deo laudabimur tota die, ⁊
in nomine tuo confitebimur in ſęcula.
Haleluiah, haleluiah. ℣. De profun- Ps.29
dis clamaui ad te domine, domine exaudi
vocem meam, haleluiah.
Sequẽtia ſcti euãg. ſm Mattheũ.
In illo tempore. Dixit Ieſus ca.13
diſcipulis ſuis parabolã hãc.
Simile factum eſt regnum cęloruz
homini, qui ſeminauit bonum ſe-
men in agro ſuo. Cum autem dor-
mirent homines, venit inimicus
eius, ⁊ ſuperſeminauit zizania in
medio tritici, ⁊ abijt. Cum autẽ cre-
uiſſet herba, ⁊ fructum feciſſet: tũc
apparuerunt ⁊ zizania. Accedẽtes
autez ſerui patriſfamilias, dixerũt
ei. Domine, nonne bonum ſemẽ ſe-
minaſti in agro tuo? vnde ergo ha-
bet

bet zizania? Et ait illis. Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerũt ei. Uis, imus, ⁊ colligimus ea? Et ait. Nõ: ne forte colligẽtes zizania, eradicetis cum eis ſimul ⁊ triticum. Sinite ũtraq; creſcere vſq; ad meſſem: ⁊ in tempore meſſis dicam meſſoribus. Colligite primu; zizania, ⁊ alligate ea in faſciculos ad cõburendũ: triticum autem cõgregate in horreũ meu;. Credo.

pſ.129 Offer. De profundis clamaui ad te domine, domine exaudi orationem meam: de profundis clamaui ad te domine. Secre.

Hoſtias tibi domine placationis offerimus: vt delicta noſtra miſeratus abſoluas, ⁊ nutantia corda tu dirigas. Per dominũ.


Exaudi nos Deus ſalutaris. 143.

mat.17 Communio. Amen dico vobis, quicquid orantes, petitis, credite quia accipietis, ⁊ fiet vobis. Poſtcommunio.

Queſumus omnipotens Deus, vt illius ſalutaris capiamus effectum: cuius per hec myſteria pignus accepimus. Per dominũ.

Mundet ⁊ muniat. folio 143.

DOMINICA SEXTA
poſt Epiphaniam. Introitus. 6.

Jere.29 

Dicit dominus, Ego cogito cogitationes pacis, ⁊ non afflictionis: inuocabitis me, ⁊ ego exaudiam vos: ⁊ reducam captiuitatem veſtram de cunctis locis. pſ.84 Pſ. Benedixiſti domine terra; tuam, auertiſti captiuitatem Jacob. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊c. Oremus.

Preſta, queſumus, omnipotẽs Deus: vt ſemper rationabilia meditantes, q̃ tibi ſunt placita, M. N. R.

⁊ dictis exequamur, ⁊ factis. Per.

A cunctis nos queſumus. 143.

Lcõ eplę bti Pauli apli ad Theſſ.

i.ca.i. Fratres: Gratias agim⁹ Deo ſemper pro omnibus vobis: memoriam veſtri facientes in orationibus noſtris, ſine intermiſſione: memores operis fidei veſtrę, ⁊ laboris, ⁊ charitatis, ⁊ ſuſtinentię ſpei dñi noſtri Jeſu Chriſti ante Deum ⁊ patrem noſtrum. Scientes fratres dilecti a Deo, electionem veſtram: quia euangeliu; noſtrum non fuit ad vos in ſermone tantum, ſed ⁊ in virtute, ⁊ in ſpiritu ſancto, ⁊ in plenitudine multa: ſicut ſcitis quales fuerimus in vobis propter vos. Et vos imitatores noſtri facti eſtis, ⁊ domini: excipientes verbum in tribulatione multa cum gaudio Spiritus ſancti: ita vt facti ſitis forma omnibus credentibus in Macedonia, ⁊ in Achaia. A vobis enim diffamatus eſt ſermo domini, nõ ſolum in Macedonia, ⁊ in Achaia, ſed ⁊ in omni loco fides veſtra, que eſt ad Deu;, profecta eſt: ita vt non ſit nobis neceſſe quicquam loqui. Ipſi enim de nobis annunciant qualem introitum habuerimus ad vos: ⁊ quomodo conuerſi eſtis ad Deu; a ſimulacris, ſeruire Deo viuo ⁊ vero: ⁊ expectare filiũ eius de cęlis (quẽ ſuſcitauit ex mortuis) Jeſum, q eripuit nos ab ira ventura.

Graduale. Liberaſti nos domine ex affligentibus nos, ⁊ eos, qui nos oderunt, confudiſti. ℣. In Deo laudabimur tota die, ⁊ in nomine tuo confitebimur in ſecula. Halleluiah, halleluiah. ℣. De pro- pſ.43 pſ.129

fundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi vocem meam, haleluiah.

Sequētia ſcti euāg. ſm Mattheū.

ca.13. In illo tempore: Dixit Jeſus turbis parabolam hanc, Simile eſt regnum celorum grano ſinapis: quod accipiens homo ſeminauit in agro ſuo: quod minimum quidem eſt omnibus ſeminibus: cum autem creuerit, maius eſt omnibus oleribus: ⁊ fit arbor, ita vt volucres celi veniant, ⁊ habitent in ramis eius. Aliam parabolam locutus eſt eis. Simile eſt regnū celorum fermento: quod acceptū mulier abſcōdit in farine ſatis tribus, donec fermentatum eſt totum. Hec omnia locutus eſt Jeſus in parabolis ad turbas: ⁊ ſine parabolis non loquebatur eis: vt impleretur quod dictum eſt per

ps.77 prophetam dicentē. Aperiā in parabolis os meum: eructabo abſcōdita a cōſtitutione mūdi. Credo.

Offertorium.

ps.129 De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi orationem meam: de profundis clamaui ad te domine. Secreta.

Hec nos oblatio Deus mundet, queſumus, ⁊ rénouet: gubernet, ⁊ protegat. Per dominū. Exaudi nos Deus ſalutaris. 143.

Communio.

mat.11 Amen dicó vobis, quicquid orantes petitis, credite quia accipietis, ⁊ fiet vobis.

Poſtcommunio.

Celeſtibus domine paſti delitijs, queſumus: vt ſemper eadem, per que veraciter viuimus, appetamus. Per dominum noſt. Mundet ⁊ muniat. folio 143.

DOMINICA XXIIII.

poſt Pentecoſten. Introitus.



Dicit dominus: Ego cogito cogitationes pacis, ⁊ non afflictionis: inuocabitis me, ⁊ ego exaudiam vos: ⁊ reducam captiuitatem veſtrā de cunctis locis. Ps. Benedixiſti domine terram tuam: auertiſti captiuitatem Jacob. ℣. Gloria pa. Oremus. Jer.29 ps.43.

Excita, queſum⁹ domine, tuorum fidelium voluntates: vt diuini operis fructum propenſius exequentes, pietatis tue remedia maiora percipiant. Per dominū. A cunctis nos queſumus. 142.

Lcō eple beati Pauli apli ad Col.

Fratres: Non ceſſamus pro vobis orantes ⁊ poſtulātes, vt impleamini agnitione voluntatis Dei, in omni ſapientia ⁊ intellectu ſpirituali: vt ambuletis digne, Deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, ⁊ creſcētes in ſciētia Dei: in omni virtute confortati ſecundū potētiā claritatis eius: in omni patientia ⁊ longanimitate: cū gaudio gratias agētes Deo ⁊ patri, q dignos nos fecit in partē ſortis ſanctorū, in lumine: qui eripuit nos de poteſtate tenebrarū, ⁊ tranſtulit in regnum filij dilectionis ſue: in quo habem⁹ redēptionē, ⁊ remiſſionē peccatorū: In Chriſto Jeſu dño noſtro. ca.1

Grad. Liberaſti nos dñe ex affligētibus nos: ⁊ eos qui nos oderunt confudiſti. ℣. In Deo laudabimur tota die, ⁊ in nomine tuo cōfitebimur in ſecula. Haleluiah, hale-

Ps.129 halleluiah. ℣. De pfũdis clamaui ad te dñe,dñe exaudi orationẽ meam. Halleluiah.
Sequẽtia ſcti euãg. ſm Mattheũ.

Ma.24 IN illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Cum videritis abominationem deſolationis, quę dicta eſt a Daniele propheta, ſtantem in loco ſancto,(qui legit intelligat)tũc qui in Judęa ſunt, fugiant ad montes: ⁊ qui in tecto, nõ deſcẽdat tollere aliquid de domo ſua: ⁊ qui in agro,non reuertatur tollere tunicam ſuam. Uę autẽ pręgnãtibus ⁊ nutriẽtibus in illis diebus. Orate autẽ,vt nõ fiat fuga veſtra hieme, vel ſabbatho. Erit enim tũc tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi vſq; modo,neq; fiet. Et niſi breuiati fuiſſent dies illi,nõ fieret ſalua omnis caro:ſed ꝑpter electos breuiabũtur dies illi. Tũc ſiquis vobis dixerit, Ecce hic eſt Chriſtus,aut illic: nolite credere. Surgẽt enim pſeudochriſti, ⁊ pſeudoprophetę: ⁊ dabunt ſigna magna, ⁊ prodigia, ita vt in errorem inducantur, ſi fieri poteſt,etiã electi. Ecce prędixi vobis. Si ergo dixerint vobis. Ecce in deſerto eſt:nolite exire. Ecce in penetralibꝰ,nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab oriẽte: ⁊ paret vſq; in occidentem:ita erit aduentus filij hominis. Ubicunq; fuerit corpus, illuc cõgregabunt ⁊ aquilę. Statim autẽ poſt tribulationẽ dierum illorum, ſol obſcurabitur, ⁊ luna non dabit lumen ſuum, ⁊ ſtellę cadent de cęlo, ⁊ virtutes cęlorum commouebuntur: ⁊ tunc parebit ſignum filij hominis in cęlo. Et tunc plangẽt omnes tribus terrę: ⁊ videbunt filium hominis venientem in nubibus cęli,cũ virtute multa ⁊ maieſtate. Et mittet angelos ſuos cũ tuba, ⁊ voce magna: ⁊ congregabunt electos eius a quatuor ventis, a ſummis cęlorum, vſque ad terminos eorum. Ab arbore autem fici diſcite parabolam. Cum iam ramus eius tener fuerit, ⁊ folia nata, ſcitis, quia ꝓpe eſt,ęſtas. Jta ⁊ vos cum videritis hęc omnia, ſcitote quia prope eſt in ianuis. Amen dico vobis, quia,nõ pręteribit generatio hęc, donec omnia hęc fiant. Cęlum ⁊ terra tranſibunt:verba autẽ mea non pręteribunt. Credo.



Offertorium.

De profundis clamaui ad te domine:domine exaudi orationem meam: de profundis clamaui ad te domine. Ps.129

Secreta.

PRopitius eſto domine ſupplicationibus noſtris: ⁊ populi tui oblationibus,precibuſq; ſuſcepti:omnium noſtrum ad te corda conuerte: vt a terrenis cupiditatibus liberati,ad cęleſtia deſideria tranſeamus. Per dominum noſt.

Exaudi nos Deus ſalutaris.143.

Communio.

Amen dico vobis, quicquid orantes petitis, credite quia accipietis, ⁊ fiet vobis. Mat.11

Poſtcommunio.

COncede nobis,quęſumꝰ domine: vt per hęc ſacramenta quę ſumpſimus, quicquid in noſtra mente vitioſum eſt, ipſorum medicationis dono curetur. Per dominum noſtrum Jeſum Chri.

Mundet ⁊ muniat.folio 143.


IHS
ANTI ET IVSTI IN DÑO GAVDE





# PROPRIVM MISSARVM DE SANCTIS.

¶ In Vigilia S. Andreę Apoſtoli. Intro.

DOminus ſecus mare Galilęę vi-
dit duos fratres, Petrum & An- mat. 4
dream, & vocauit eos: Venite poſt
me, faciam vos fieri piſcatores ho
minum. ps. Celi enarrant glo- ps. 18
riam Dei, & opera manuum eius
annunciat firmamentum. ℣. Glo
ria patri, & filio, & ſpiritui ſancto. Oremus.

QUęſumus omnipotens Deus, vt bea-
tus Andreas apoſtolus, tuum pro no
bis imploret auxilium: vt a noſtris reati-
bus abſoluti, a cunctis etiã periculis erua-
mur. Per dominum noſtrũ Jeſum Chrm.

Pro comme. S. Saturnini marty. Oratio.

DEus qui nos beati Saturnini mar
tyris tui concedis natalitio per-
frui: eius nos tribue meritis adiu-
uari. Per dominum noſtrũ Jeſum Chrm.





¶ Si vigilia ſancti Andreę venerit in Aduentu, miſſa dicitur de vigilia, ⁊ ſecūda oratio erit de Aduētu, tertia de S. Saturnino. ¶ Si feſtuꝫ ſancti Andreę venerit feria ij. Miſſa de vigilia dicitur in ſabbatho, ⁊ ſcd̄a oratio de ſancta Maria, Cōcede. tertia Eccleſię. vel pro Papa, ⁊ cōm. S. Saturnini fit in dominica. Quod ⁊ in alijs vigilijs, excepta vigilia Natiuit. Dn̄i, ſeruat. ¶ Si autem feſtum S. Andreę venerit in Dn̄ica, transfert in feriam ij. ⁊ miſſa de vigilia dr̄ in ſabba. cū cōm. S. Saturnini, vtſu. ⁊ iij. oratio erit de S. Maria. Concede.

Lectio libri Sapientię.

eccl. 44 ⁊ 45. BEnedictio domini ſuper caput iuſti. Ideo dedit illi dominus hereditatem: ⁊ diuiſit ei partem in tribubus duodecim, ⁊ inuenit gratiam in cōſpectu omnis carnis. Magnificauit eum in timore inimicorum: ⁊ in verbis ſuis monſtra placauit. Glorificauit eum in conſpectu regum, ⁊ oſtēdit illi gloriam ſuā. In fide, ⁊ lenitate ipſius, ſanctum fecit illum: ⁊ elegit euꝫ ex omni carne. Et dedit illi coraꝫ pręcepta, ⁊ legem vitę, ⁊ diſciplinę: ⁊ excelſum fecit illum. Statuit illi teſtamentum ęternum, ⁊ circuncinxit eum zona iuſtitię. Et induit eū dominus coronam glorię.

ps. 138 Graduale. Nimis honorati ſunt amici tui Deus: nimis confortatus eſt principatus eorum. ℣. Dinumerabo eos, ⁊ ſuper arenam multiplicabuntur.

Sequētia ſcti euāg. ſm Johannē.

ca. 1 IN illo tempore. Stabat Johannes, ⁊ ex diſcipulis eius duo. Et reſpiciens Jeſum ambulantem, dicit. Ecce agnus Dei. Et audierunt eum duo diſcipuli loquentem: ⁊ ſecuti ſunt Jeſum. Cōuerſus autem Jeſus, ⁊ videns eos ſequentes ſe, dicit eis. Quid queritis? Qui dixerunt ei. Rabbi (quod dicitur interpretatum, magiſter) vbi habitas? Dicit eis. Venite, ⁊ videte. Venerunt, ⁊ viderunt vbi maneret: ⁊ apud eum manſerunt die illo. Hora autem erat quaſi decima. Erat autem Andreas frater Simonis Petri vnus ex duobus qui audierant a Johanne, ⁊ ſecuti fuerant eum. Inuenit hic, primus, fratrem ſuum Simonem, ⁊ dixit ei. Inuenimus Meſſiam, quod eſt interpretatum, Chriſtus. Et adduxit eum ad Jeſum. Intuitus autem euꝫ Jeſus, dixit. Tu es Simō filiꝰ Jone: tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. In craſtinum voluit exire in Galilęā: ⁊ inuenit Philippum. Et dixit ei Jeſus. Sequere me. Erat autem Philippꝰ a Betſaida ciuitate Andreę, ⁊ Petri. Inuenit Philippus Nathanael, ⁊ dicit ei. Quem ſcripſit Moyſes in lege, ⁊ prophetę, inuenimus Jeſum filium Joſeph, a Nazareth. Et dixit ei Nathanael. A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe? Dicit ei Philippus. Veni, ⁊ vide. Vidit Jeſus Nathanael venientem ad ſe, ⁊ dicit de eo. Ecce, vere Iſraelita, in quo dolus nō eſt. Dicit ei Nathanael. Unde me noſti? Reſpondit Jeſus, ⁊ dixit ei. Priuſquā te Philippus vocaret, cum eſſes ſub ficu, vidi te. Reſpondit ei Nathanael, ⁊ ait. Rabbi: tu es filius Dei: tu es rex Iſrael. Reſpondit Jeſus, ⁊ dixit ei. Quia di-

xi

ri tibi, Vidi te ſub ficu, credis: maius his videbis. Et dicit ei. Amen amẽ dico vobis: videbitis cęlũ aptum, ⁊ angelos Dei aſcẽdentes, ⁊ deſcendẽtes, ſupra filiũ hominis.

Ps. 8. Offertorium. Gloria ⁊ honore coronaſti eum: ⁊ conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum domine. Secreta.

Sacrandum tibi domine munus offerimus: quo beati Andreę ſolennia recolentes, purificationem quoq; noſtris mentibus imploramus. Per dominum no.

Pro ſancto Saturnino. Secreta.

Munera tibi domine dicata ſanctifica, ⁊ intercedẽte beato Saturnino martyre tuo, per hęc eadem nos placatus intende. Per dominum. Communio.

Joh. 1 Uenit Andreas Simoni fratri ſuo: Inuenimus Meſſiam, qui dicitur Chriſtus: ⁊ adduxit eum ad Jeſum. Poſtcommunio.

Perceptis domine ſacramentis ſuppliciter exoramus: vt intercedente beato Andrea apoſtolo tuo, quę pro illius veneranda gerimus paſſione, nobis proficiant ad medelam. Per dominum.

Pro S. Saturnino. Poſtcommu.

Sanctificet nos, quęſumus, domine, tui perceptio ſacramẽti: ⁊ interceſſione ſanctorum tuorum tibi reddat acceptos. Per d.

¶ Si ſequens feſtum Sancti Andreę venerit in Dominica, transfertur in ſequentem diem duplici feſto non impeditam: qd ⁊ de alijs feſtis duplicibus ⁊ ſemiduplicibus in Dominicis Aduentus occurentibus ſeruatur: ⁊ in illis ſemper fit commemoratio de Aduentu. De ſimplicibus autem toto Aduen. fit tantum commemora.

IN FESTO S. Andreę Apoſtoli. die 30.



Introitus. 2.

go, adducens manibus filium, ante Luci‑
ferum genitum: quem accipiens Simeō in
vlnas ſuas, pꝛędicauit populis, dn̄m eum
eſſe vitę ⁊ moꝛtis, ⁊ ſaluatoꝛem mundi.

Alia Aña. Reſponſum accepit Simeō
a ſpū ſancto, non viſurum ſe moꝛtem, niſi
videret Chr̄m dn̄i: ⁊ cum inducerent pue‑
rum in templum, accepit eū in vlnas ſuas:
⁊ benedixit Deum, ⁊ dixit, Nunc dimittis
ſeruum tuum domine in pace. ℣. Cum in‑
ducerent puerum Ieſum parentes eius, vt
facerent ſecundum conſuetudinem legis
pꝛo eo: ipſe accepit eum in vlnas ſuas.

Et ingrediendo Eccleſiam, cantatur ℟.
Obtulerunt ꝓ eo, dn̄o par turturū, aut Luc. 2.
duos pullos colūbarū. Sicut ſcriptū eſt in
lege dn̄i. ℣. Poſtq̄ impleti ſunt dies pur‑ Lu. 12.
gationis Marię, ſecundū legem Moyſi, tu‑
lerunt illum in Ieruſalem: vt ſiſterent eum
dn̄o. Sicut ſcriptum. ℣. Gloꝛia patri.

¶ Finita Pꝛoceſſione, celebrans ⁊ mini‑
ſtri depoſitis violaceis accipiunt para‑
menta alba pꝛo Miſſa.

die 2. IN FESTO
Purificationis B. Marię.
Ad Miſſam.



Introitus. 1.

Suſcepimus Deus miſericordiaʒ tuam, in medio templi tui: ſecundum nomen tuum Deus: ita ⁊ laus tua in fines terrę: iuſtitia plena eſt dextera tua. Ps. Magnus dominus ⁊ laudabilis nimis, in ciuitate Dei noſtri, in monte ſancto eius. ℣. Gloria pa. Oremus.

Omnipotēs ſempiterne deus, maieſtatem tuam ſupplices exoramus: vt, ſicut vnigenitus filius tuus hodierna die cuʒ noſtrę carnis ſubſtantia in templo eſt pręſentatus: ita nos facias purificatis tibi mentibus pręſentari. Per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. ⁊c.

Lectio Malachię prophetę.

HÆc dicit dominus Deus. Ecce, ego mitto angelum meuʒ: ⁊ pręparabit viam ante faciē meā. Et ſtatim veniet ad templum ſanctum ſuum dominator, quem vos quęritis: ⁊ angelus teſtamēti, quē vos vultis. Ecce venit, dicit dominus exercituum. Et quis poterit cogitare diem aduentus eius? Et quis ſtabit ad videnduʒ eum? Ipſe enim quaſi ignis cōflans, ⁊ quaſi herba fullonum. Et ſedebit conflans, ⁊ emundans argentū: ⁊ purgabit filios Leui: ⁊ colabit eos, quaſi aurum ⁊ quaſi argentum, ⁊ erunt domino offerentes ſacrificium in iuſtitia. Et placebit domino ſacrificiū Iuda, ⁊ Ieruſalem, ſicut dies ſęculi, ⁊ ſicut anni antiqui. Dicit dominus omnipotens. ca. 3.

Graduale. Suſcepimus Deus miſericordiam tuam in medio templi tui: ſecundum nomen tuum Deus, ita ⁊ laus tua in fines terrę. ℣. Sicut audiuimus, ita ⁊ vidimus in ciuitate Dei noſtri, in monte ſancto eius. Haleluiah, haleluiah. ℣. Senex puerum portabat: puer auteʒ ſenem regebat. Haleluiah. Ps. 47

¶ Sequens tractus dicitur, ſi hoc feſtum venerit poſt Dominicam Septuageſimę.

Tractus. Nunc dimittis ſeruum tuum domine, ſecundum verbum tuum in pace. ℣. Quia viderunt oculi mei ſalutare tuuʒ. ℣. Quod paraſti ante faciem omnium populorum. ℣. Lumen ad reuelationem gentium, ⁊ gloriam plebis tuę Iſrael. Lu. 2.

Sequētia.

Sequētia ſancti euāg. ſm Lucam.

ca. 2. IN illo tempore: Poſtquam
impleti ſunt dies purgatio-
nis Marię ſecundum legē Moy-
ſi: tulerunt Ieſum in Ieruſalem,
vt ſiſterent eum dño, (ſicut ſcriptū
exo. 13 eſt in lege dñi, Quia omne maſcu-
Nu. 8. linum adaperiens vuluam, ſanctū
dño vocabit.) Et vt darēt hoſtiā
ſecundum, quod dictum eſt in lege
dñi, par turturū, aut duos pullos
columbarum. Et ecce, homo erat
in Ieruſalem, cui nomē Simeon:
⁊ homo iſte iuſtus, ⁊ timoratus, ex-
pectans conſolationem Iſrael, ⁊
Spiritus ſanctus erat in eo. Et re
ſpōſum acceperat a ſpiritu ſancto,
non viſurum ſe mortem, niſi prius
videret Chriſtū Dñi. Et venit in
ſpiritu in templum. Et cum indu-
cerēt puerum Ieſū parētes eius,
vt facerent ſecundum conſuetudi-
nem legis pro eo: ⁊ ipſe accepit eū
in vlnas ſuas: ⁊ benedixit Deum,
⁊ dixit. Nūc dimittis ſeruum tuū,
dñe, ſecundum verbum tuum, in
pace. Quia viderūt oculi mei ſalu
tare tuū. Quod paraſti, ante faciē
omnium populorum. Lumen ad
reuelationem gentium, ⁊ gloriam
plebis tuę Iſrael. dicitur Credo.

ps. 44. Offertorium. Diffuſa eſt gratia in la-
bijs tuis: propterea benedixit te Deus in
ęternum, ⁊ in ſęculum ſęculi. Secreta.

EXaudi domine p̄ces noſtras:
⁊ vt digna ſint munera, quę
oculis tuę maieſtatis offerimus,
ſubſidiū nobis tuę maieſtatis im-
pende. Per dominum noſtrū. ⁊c.
Pręfatio de Natiuitate Domini. Quia
per incarnati. folio 164.

Communio.

Reſponſum accepit Simeon a ſpiritu Luc. 2
ſancto, non viſurum ſe mortem, niſi videret
Chriſtum domini. Poſtcommunio.

QUęſumus dñe Deus noſter:
vt ſacroſancta myſteria, quę
pro reparationis noſtrę munimi-
ne contuliſti, intercedente beata
Maria ſemper virgine, ⁊ pręſens
nobis remedium eſſe facias, ⁊ fu-
turum. Per dominum noſtrū Ie.

¶ S. Blaſij epiſcopi ⁊ mart. Miſſa. die 3
Sacerdotes Dei. folio 224.

¶ In feſto ſanctę Agathę virgi- die 5.
nis ⁊ martyris. Introitus. I.



GAudeamus om- eccl.
nes in dño, diē fe
ſtum celebrantes, ſub
honore beatę Agathę
martyris: de cuius paſ-
ſione gaudent angeli,
⁊ collaudant filiū Dei.
ps. Eructauit cor meū ps. 44
verbum bonum: dico ego opera mea regi.
℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſp. Oremus.

DEus, qui inter cętera potētię
tuę miracula, etiam in ſexu
fragili victoriam martyrij contuli
ſti: concede propitius: vt, qui bea-
tę Agathę virginis ⁊ martyris tuę
natalitia colimus, per eius ad te
exempla gradiamur. Per domi.
Lcō eplę b. Pauli apli ad Corint.

FRatres: Uidete vocationem
veſtram: quia nō multi ſapiē-
tes ſecundum carnem, non multi
potentes, non multi nobiles: ſed
quę ſtulta ſunt mūdi elegit Deus,
vt confundat ſapientes: ⁊ infirma
mundi elegit Deus, vt confundat
fortia: ⁊ ignobilia mundi, ⁊ con-
tempti-

tēptibilia elegit Deus, ⁊ ea quę nō ſunt, vt ea q̄ ſunt deſtrueret: vt nō glorietur omnis caro in conſpectu eius. Ex ipſo autem vos eſtis in Chriſto Jeſu: qui factus eſt nobis ſapiētia, ⁊ iuſtitia, ⁊ ſanctificatio, ⁊ redēptio: vt, quēadmoduz ſcriptū eſt, qui gloriatur, in dn̄o glorietur.

ps.44 Grad. Adiuuabit eam Deus vultu ſuo: Deus in medio eius non commouebitur. ℣. Fluminis impet⁹ lętificat ciuitatē Dei, ſanctificauit tabernaculū ſuum altiſſimus.

Si venerit ante Septuageſimam.

ps.115 Halleluiah, halleluiah. ℣. Loquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu regum: ⁊ nō confundebar. Halleluiah.

Poſt Septuageſimam, Tractus.

ps.125 Qui ſeminant in lacrymis, in gaudio metent. ℣. Euntes ibant ⁊ flebāt, mittētes ſemina ſua. ℣. Uenientes autē venient cum exultatione, portantes manipulos ſuos.

Sequētia ſcti euāg. ſm Mattheū.

ca. 19. In illo tempore. Acceſſerunt ad Jeſum Phariſei, tentantes eum, ⁊ dicentes. Si licet homini dimittere vxorem ſuam ex quacunq; cauſa? Qui reſpondens ait eis. Non legiſtis, quia qui fecit hominem ab initio, maſculum, ⁊ feminam fecit eos? Et dixit. Propter hoc, dimittet homo patrem ⁊ matrē, ⁊ adherebit vxori ſuę: ⁊ erunt duo in carne vna. Itaq; iam non ſunt duo, ſed vna caro. Qd ergo Deus coniūxit, homo nō ſeparet.
deu.24 Dicūt illi. Quid ergo Moyſes mādauit dari libellum repudij, ⁊ dimittere? Ait illis. Quoniā Moyſes ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras: ab initio autem non fuit ſic. Dico autem vobis: quia quicūq; dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem, ⁊ aliam duxerit, męchatur: ⁊ qui dimiſſaz duxerit, męchatur. Dicunt ei diſcipuli eius. Si ita eſt cauſa hominis cum vxore, non expedit nubere. Qui dixit illis. Non omnes capiunt verbum iſtud: ſed quibus datum eſt. Sūt enim eunuchi, q de matris vtero ſic nati ſunt: ⁊ ſunt eunuchi, qui facti ſunt ab hominibus: ⁊ ſunt eunuchi, q ſeipſos caſtrauerunt propter regnum celorū. Qui poteſt capere, capiat.

Offert. Afferentur regi virgines poſt eam: proximę eius afferentur tibi. Secre.

Suſcipe domine munera, quę in beatę Agathę virginis ⁊ martyris tuę ſolēnitate deferim⁹: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per dn̄m. Communio.

Qui me dignatus eſt ab omni plaga curare, ⁊ mamillā meā meo pectori reſtituere: ipſum inuoco Deum viuū. Poſtcom.

Auxiliētur nobis domine ſumpta myſteria, ⁊ intercedente beata Agatha virgine ⁊ martyre tua, ſempiterna protectione confirment. Per dominum noſtrum.

¶ S. Dorothęę virginis ⁊ marty. die 6.
Miſſa. Me expectauerunt peccat. 237.

¶ S. Apollonię virginis, ⁊ mart. die 9
Miſſa. Loquebar de teſtimonijs. 235.

¶ S. Ualentini preſbyt. ⁊ marty. die 14.
Miſſa. In virtute tua dn̄e lętabit. 225.
preter orationem, quę dr̄ vt infra. Oratio.

Preſta, quęſumus, omnipotens Deus: vt, qui beati Ualentini martyris tui natalitia colimus, a cunctis malis imminentibus, eius interceſſione li-

beremur. Per dominuꝫ. Secreta.

**O**Blatis, quęſum⁹ domine placare muneribus: ⁊ intercedente beato Ualentino martyre tuo, a cunctis nos defende periculis. Per dominum. Poſtcommu.

**S**It nobis dñe reparatio mentis ⁊ corporis celeſte myſteriũ: vt cuius exequimur actionem, ſentiamus effectum. Per dominũ.

die 15. ¶ SS. mart. Fauſtini, ⁊ Iouitę.
Miſſa. Salus autem iuſtor a dño. 228.

die 18. ¶ S. Simeonis epiſcopi, ⁊ mart.
Miſſa. Statuit ei dñs teſtamentum. 223

die 22. ¶ In Cathedra Antiochena ſancti Petri Apoſtoli.

Omnia dicuntur ſicut in feſto Cathedrę Romanę, vt ſupra. folio 169.

¶ In vigilia S. Matthię. Miſſa.
die 23 vel 24 Ego autẽ ſicut oliua. in cõi apłor. 223.

¶ Si hec vigilia venerit in Quadrageſima: fit de ea tantum commemoratio.

die 24. vel 25 ¶ Sancti Matthię Apoſtoli.

Introitus. 2.



ps. 138 **M**Ihi autẽ nimis honorati ſunt amici tui Deus: nimis confortatus eſt principatus eorũ. ps. Dñe probaſti me, ⁊ cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam, ⁊ reſurrectionem meam. ℣. Gloria. Oremus.

**D**Eus, qui beatum Matthiaꝫ apoſtolorũ tuorum collegio ſociaſti: tribue, quęſum⁹: vt eius interuentione, tuę circa nos pietatis ſemper viſcera ſentiamus. Per d.

Lectio Actuum Apoſtolorum.

cap. 1. **I**N diebus illis: Exurgens Petrus in medio fratrum, dixit. (Erat autem turba hominum ſimul, fere centuꝫ viginti.) Uiri fratres, oportet impleri ſcripturam, quam prędixit Spiritus ſanctus,
per os Dauid, de Iuda, q fuit dux ps. 40
corũ qui cõprehẽderunt Ieſum: q
cõnumeratus erat in nobis: ⁊ ſorti Io. 19
tus eſt ſortẽ miniſterij hui⁹. Et hic
quidem poſſedit agrũ de mercede iniquitatis, ⁊ ſuſpẽſus crepuit medius, ⁊ diffuſa ſunt omnia viſcera eius. Et notũ factũ eſt omnibus habitãtibus Ieruſalẽ: ita vt appellaretur ager ille, lingua eorũ Hacel dema, hoc eſt, ager ſanguinis. Scri
ptum eſt enim in libro Pſalmorũ. ps. 68
Fiat cõmoratio eius deſerta: ⁊ nõ ps. 108.
ſit qui habitet in ea, ⁊ epiſcopatuꝫ eius accipiat alter. Oportet ergo ex his viris qui nobiſcũ ſunt cõgregati, in omni tempore, quo intrauit, ⁊ exiuit inter nos dñs Ieſus, incipiens a baptiſmate Iohannis vſqꝫ in diem qua aſſumptus eſt a nobis, teſtem reſurrectionis eius nobiſcum fieri vnũ ex iſtis. Et ſtatuerunt duos, Ioſeph qui vocabatur Barſabas, qui cognominatus eſt iuſtus, ⁊ Matthiam. Et orantes dixerunt. Tu domine qui noſti corda omnium, oſtende quem elegeris ex his duobus vnuꝫ, accipere locũ miniſterij huius ⁊ apoſtolatus, de quo pręuaricatus eſt Iudas, vt abiret in locum ſuum. Et dederunt ſortes eis, ⁊ cecidit ſors ſuper Matthiam, ⁊ annumeratus eſt cum vndecim apoſtolis.

Graduale. Nimis honorati ſunt ami ps. 138
ci tui Deus: nimis confortatus eſt principatus eorum. ℣. Dinumerabo eos, ⁊ ſuper

ſuper arenam multiplicabuntur.

ps.20 Trac. Deſiderium anime eius tribuiſti ei: ⁊ voluntate labiorum eius non fraudaſti eum. ℣. Quoniã preueniſti eum in benedictionibus dulcedinis. ℣. Poſuiſti in capite eius coronam de lapide precioſo.

Sequētia ſcti euãg. ſm Mattheũ.

ca.11. In illo tempore. Reſpondens Jeſus dixit. Cõfiteor tibi pater, domine celi ⁊ terre: quia abſcõdiſti hec a ſapientibus ⁊ prudentibus: ⁊ reuelaſti ea paruulis. Ita pater: quoniam ſic placitũ fuit ante te. Omnia mihi tradita ſunt a patre meo. Et nemo nouit filium, niſi pater: neq; patrē quis nouit, niſi filius, ⁊ cui voluerit filius reuelare. Venite ad me omnes qui laboratis, ⁊ onerati eſtis, ⁊ ego reficiam vos. Tollite iugum meum ſuper vos, ⁊ diſcite a me: quia mitis ſum ⁊ humilis corde: ⁊ inuenietis requiem animabus veſtris. Jugũ enim meum ſuaue eſt: ⁊ onus meũ leue. dicitur Credo. Offertorium.

ps.44. Conſtitues eos principes ſuper omnem terrã memores erunt nominis tui domine, in omni progenie ⁊ generatione. Secre.

Hoſtias tibi domine, quas nomini tuo ſacrandas offerimus ſancti Matthie proſequatur oratio: per quam nos expiari facias, ⁊ defendi. Per dominum noſtrum.

Prefatio de Apoſtolis. 113. Cõmu.

mat.19 Vos q ſecuti eſtis me, ſedebitis ſup ſedes: iudicãtes duodecim trib' Iſrael. Poſtcõ.

Preſta, queſumus, omnipotēs Deus: vt per hec ſancta que ſumpſimus, interueniente beato Matthia apoſtolo tuo, veniã conſequamur, ⁊ pacem. Per dñm no.

M.N.R.

## FESTA MARTII.

Sancti Thome de Aquino. die 7.

Introitus.



In medio Eccleſie aperuit os ei?, ⁊ impleuit eum dñs ſpiritu ſapientie, ⁊ intellectus: ſtolam glorie induit eũ. eccl.15 ps. Bonum eſt confiteri domino, ⁊ pſallere nomini tuo altiſſime. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto. Oremus.

Deus qui eccleſiam tuam beati Thome confeſſoris tui mira eruditione clarificas, ⁊ ſancta operatione fecundas: da nobis, queſumus, ⁊ que docuit, intellectu conſpicere, ⁊ que egit imitatione complere. Per dominum noſtrũ.

Secunda oratio de feria: iij. vt ſequitur.

Pro commemo. SS. martyrũ Perpetue ⁊ Felicitatis. Oratio.

Da nobis, queſumus domine, ſanctarum martyrum tuarum Perpetue, ⁊ Felicitatis palmas inceſſabili veneratione venerari: vt, quas digna mēte non poſſumus celebrare, humilibus ſaltem frequentemus obſequijs. Per dominum noſtrum.

Epiſtola. Juſtus cor ſuũ tradet. de communi Doctorum. folio 233.

Graduale. Os iuſti meditabitur ſapientiam: ⁊ lingua eius loquetur iudicium. ℣. ps.36 Lex Dei eius in corde ipſius: ⁊ non ſupplantabuntur greſſus eius. Tractus.

Beatus vir, qui timet dñm, in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit 111.ps

ſemen eius, generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria ⁊ diuitię in domo eius: ⁊ iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.

Euangelium. Uos eſtis ſal terrę. de eodem communi. 233. Credo.

Offertorium.

ps. 91 Iuſtus, vt palma florebit: ſicut cedrus, quę in Libano eſt, multiplicabit. Secre.

Sancti Thomę confeſſoris tui atque doctoris nobis domine pia non deſit oratio: quę ⁊ munera noſtra conciliet, ⁊ tuam nobis indulgentiam ſemper obtineat. Per dominum noſtrum, ⁊c.

¶ Pro commem. SS. martyrum Perpetuę ⁊ Felicitatis. Secreta.

Intende, quęſumus, domine, munera altaribus tuis pro ſanctarum martyrum tuarum Perpetuę ⁊ Felicitatis feſtiuitate propoſita: vt, ſicut per hęc beata myſteria illis gloriam cõtuliſti, ita nobis indulgentiam largiaris. Per dominum noſtrum Ieſum Chri.

Communio.

mat. 24 Fidelis ſeruus ⁊ prudens, quem conſtituit dñs ſuper familiam ſuam, vt det illis in tempore tritici menſuram. Poſtcom.

Ut nobis domine tua ſacrificia dent ſalutem: beatus Thomas confeſſor tuus, ⁊ doctor egregius, quęſumus, precator accedat. Per dominum noſtrum Ieſum.

¶ Pro commem. SS. martyrum Perpetuę ⁊ Felicitatis. Poſtcõ.

Preſta nobis, quęſumus, domine, intercedentibus ſanctis martyribus tuis Perpetua, ⁊ Felicitate: vt, quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

¶ In feſto ſanctorum Quadraginta martyrum. Introitus. 2. die 9.

ps. 33 Clamauerunt iuſti, ⁊ dñs exaudiuit eos, ⁊ ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. Ps. Benedicam dominũ in omni tempore: ſemp laus eius in ore meo. ℣. Gloria. Oremus.

Preſta, quęſumus omnipotẽs Deus: vt, qui glorioſos martyres, fortes in ſua confeſſione cognouimus, pios apud te in noſtra interceſſione ſentiamus. Per do.

Epiſtola. Sãcti per fidẽ vice. 230.

Graduale. Ecce quàm bonum, ⁊ quã iucundum, habitare fratres in vnum. ℣. Sicut vnguentum in capite: quod deſcendit in barbam, barbam Aaron. Tractus. ps. 132

Qui ſeminant in lacrymis, in gaudio metẽt. ℣. Euntes ibãt, ⁊ flebant, mittentes ſemina ſua. ℣. Uenientes autẽ venient cum exultatione, portantes manipulos ſuos.

Euãgelium. Deſcendens Ieſus de monte. folio 229. Offertoriũ.

Letamini in domino, ⁊ exultate iuſti: ⁊ gloriamini omnes recti corde. Secreta. ps. 31

Sacrificijs preſentibus, quęſumus domine, intende placatus: vt intercedẽtibus ſanctis martyribus tuis, ⁊ deuotioni noſtrę proficiant, ⁊ ſaluti. Per dominũ.

Communio.

mat. 12 Quicunque fecerit voluntatẽ patris mei, qui in cęlis eſt: ipſe meus frater, ⁊ ſoror, ⁊ mater eſt, dicit dominus. Poſtcõmu.

Quęſumus omnipotẽs Deus, vt illius ſalutaris capiamus effectũ: cuius per hęc myſteria pignus accepimus. Per dominum.

¶ Sancti

die 12 ¶ S. Gregorij pape ꝛ confeſſo. ꝛ doctoris Eccleſie. Introitus. 6.



Sacerdotes Dei benedicite dñm: ſancti, ꝛ humiles corde laudate Deū. ps. Benedicite omnia opera dñi dño: laudate ꝛ ſuperexaltate eum in ſecula. ℣. Glia. Oremus.

Deus, q animę famuli tui Gregorij, eternę beatitudinis pmia contuliſti: concede propitius: vt qui peccatorum noſtrorum pondere premimur, eius apud te precibus ſubleuemur. Per dominum. Epiſtola. Teſtificor coram Deo: de communi doctorum. folio. 227.

ps. 109 Grad. Iurauit dñs, ꝛ nō penitebit eum: Tu es ſacerdos in eternum, ſecundum ordinem Melchiſedech. ℣. Dixit dominus domino meo, ſede a dextris meis.

ps. 111 Tractus. Beatus vir, qui timet dominū: in mādatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius, generatio rectorū benedicet. ℣. Gloria ꝛ diuitie in domo eius: ꝛ iuſtitia eius manet in ſeculū ſeculi. Sequētia ſcti euāg. ſm Mattheū.

ca. 5. In illo tpe: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Uos eſtis ſal terre. Quod ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? Ad nihilum valet vltra, niſi vt mittatur foras, ꝛ conculcetur ab hominibus. Uos eſtis lux mundi. Nō poteſt ciuitas abſcōdi ſupra montē poſita. Neq; accendunt lucernā, ꝛ ponunt eā ſub modio, ſed ſuper candelabrū, vt luceat omnibus, qui in domo ſunt. Sic luceat lux veſtra corā hoibus: vt videant opera veſtra bona, ꝛ glorificēt patrē veſtrum qui in celis eſt. Nolite putare qm̄ veni ſoluere legem, aut prophetas: nō veni ſoluere, ſed adimplere. Amen quippe dico vobis; donec tranſeat celum, ꝛ terra, iota vnū, aut vnus apex non preteribit a lege, donec omnia fiant. Qui ergo ſoluerit vnū de mandatis iſtis minimis, ꝛ docuerit ſic homines: minimus vocabitur in regno celorum. Qui autem fecerit, ꝛ docuerit: hic magnus vocabitur in regno celorum. Dicitur Credo.

Offertorium. Ueritas mea, ꝛ miſericordia mea cum ipſo: ꝛ in nomine meo exaltabitur cornu eius. ps. 88.

Secreta.

Annue nobis, queſumus domine: vt interceſſione bti Gregorij hec nobis proſit oblatio: quā immolando, totius mundi tribuiſti relaxari delicta. Per dominum.

Communio.

Fidelis ſeruus ꝛ prudens, quem conſtituit dñs ſuper familiam ſuam: vt det illis in tempore tritici menſuram. mat. 24 Poſtcōmu.

Deus, qui beatum Gregoriū pontificem tuum, ſanctorum tuorum meritis coequaſti: concede propitius: vt qui commemorationis eius feſta recolim⁹, vite quoque imitemur exempla. Per do.

¶ S. Joſeph cōfeſſ. Introitus. 1. die 19.

Juſtus vt palma florebit, ſicut Cedrus Libani multiplicabit, plantatus in domo domini, in atrijs domus Dei noſtri. ps. 91 Ps. Bonum eſt confiteri domino: ꝛ pſallere nomini tuo altiſſime. ℣. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ ſpi. Oremus. San-

Sanctiſſimę genitricis tuę ſpōſi, queſumus domine, meritis adiuuemur, vt, quod poſſibilitas noſtra non obtinet, eius nobis intercesſione donetur. Qui viuis ⁊ regnas cum Deo patre, in vnita.

Lectio libri Sapientię.

eccl.4 Dilectus Deo ⁊ hominibus, cuius memoria in benedictione eſt. Similem illum fecit in gloria ſanctorum, ⁊ magnificauit eū in timore inimicorum, ⁊ in verbis ſuis monſtra placauit. Glorificauit eum in conſpectu regum, ⁊ iuſſit illi coram populo ſuo, ⁊ oſtendit illi gloriam ſuam. In fide ⁊ lenitate ipſius ſanctum fecit illum, ⁊ elegit eū ex omni carne. Audiuit enim vocem ipſius, ⁊ induxit illū in nubem. Et dedit illi coram pręcepta, ⁊ legem vitę, ⁊ diſciplinę.

ps.20. Graduale. Dñe pręuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. ℣. Vitam petijt a te, ⁊ tribuiſti ei longitudinem dierum in ſeculum ſeculi. Tract⁹. Beatus vir, qui timet dominum: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicet. ℣. Gloria ⁊ diuitię in domo eius: ⁊ iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.

ps.111

Poſt Paſcha. Halāh, haleluiah. ℣.

eccl.45 Amauit eum dominus ⁊ ornauit eum: ſtolam glorię induit eum. Haleluiah. ℣. Iuſtus germinabit ſicut lilium, ⁊ florebit in ęternum ante dominum. Haleluiah.

Sequētia ſcti euāg. ſm Matthęū.

ca.1. In illo tpe. Cum eſſet deſponſata mater Jeſu Maria, Joſeph: antequam cōuenirent, inuenta eſt in vtero, habēs de ſpiritu ſancto. Joſeph autē vir eius, cū eſſet iuſtus, ⁊ nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eam. Hęc autem eo cogitāte, ecce angelus dñi in ſomnis apparuit ei, dicens. Joſeph fili Dauid, noli timere accipere Mariam cōiugem tuam. Quod enim in ea natū eſt, de ſpiritu ſancto eſt. Pariet autē filiū, ⁊ vocabis nomē eius Jeſum. Ipſe enim ſaluū faciet populū ſuū a peccatis eorū.

Offertorium. Veritas mea, ⁊ miſericordia mea cum ipſo: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. ps.88

Secreta.

Debitū tibi dñe noſtrę reddimus ſeruitutis, ſuppliciter exorātes: vt, ſuffragijs bti Joſeph ſpōſi genitricis filij tui Jeſu Chri dñi nři, in nobis tua munera tuearis: ob cuius venerādā feſtiuitatē, laudis tibi hoſtias immolam⁹. P.

Cōmu. Joſeph fili Dauid, noli timere accipere Mariā cōiugē tuā: quod enim in eā natum eſt, de ſpiritu ſancto eſt. mat.1 Poſtcō.

Adeſto nobis, queſumus, miſericors Deus: ⁊ intercedente pro nobis beato Joſeph confeſſore tuo, tua circa nos propitiatus dona cuſtodi. Per dominum no.

¶ In feſto S. Benedicti abbatis. die 21 Miſſa. Os iuſti meditabitur. fol. 235.

¶ De feſtis Duplicibus ⁊ Semiduplicibus, quę veniunt a dñica Palmarum vſq; ad octauā Paſchę, nihil fit: ſed poſt octauam celebrantur, ⁊ tunc in fine Introitus ante pſalmū dñr duo Halāh. in fine offertorij, ⁊ communionis vnum Haleluiah. Poſt epiſtolam non dr Graduale, ſed tm̄ Haleluiah, dicuntur cum ſuis verſibus. Et hoc idem obſeruatur omnibus feſtis, quę celebrantur inter Paſcha ⁊ Pentec.

die 25

# IN FESTO Annunciationis B. Marię Virginis.



## Introitus. 2.

ps. 44.

VVltum tuum deprecabũtur omnes diuites plebis: adducentur regi virgines poſt eam: proximę eius adducentur tibi in lętitia, & exultatione. ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto. Oremus.

DEus, qui de beatę Marię virginis vtero, verbum tuũ, angelo nunciãte, carnem ſuſcipere voluiſti, pſta ſupplicibus tuis: vt, qui verẽ eam Dei genitricẽ credimus: eius apud te interceſſionibꝰ adiuuemur. Per eundem dominũ no. M. R. N.

## Lectio Iſaię prophetę.

ca. 7.

IN diebus illis. Locutus eſt dñs ad Achaz, dicẽs. Pete tibi ſignũ a dño Deo tuo, in profundũ inferni, ſiue in excelſum ſupra. Et dixit Achaz. Non petã, & nõ tẽtabo dñm. Et dixit. Audite ergo domꝰ Dauid. Nũquid parũ vobis eſt moleſtos eſſe hominibus: quia moleſti eſtis, & Deo meo? Propter hoc, dabit dominus ipſe vobis ſignum. Ecce, virgo concipiet, & pariet filium: & vocabitur nomẽ eius Emmanuel. Butyrum & mel comedet: vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum. Graduale.

ps. 44.

DIffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in ęternum. ℣. Propter veritatẽ, & manſuetudinem, & iuſtitiaꝫ, & deducet te mirabiliter dextera tua.

Tractus. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuã: quia concupiuit rex ſpeciem tuaꝫ. ℣. Vultum tuum deprecabuntur oẽs diuites plebis: filię regũ in honore tuo. ℣. Adducent regi virgines poſt eaꝫ: proximę eius afferentur tibi. ℣. Adducentur in lętitia & exultatione: adducentur in templum regis.

Poſt Paſcha dimiſſis grad. & tractu, dĩ

Halab, halab. ℣. Aue Maria gratia plena, dñs tecum, benedicta tu in mulieribus, Halab. ℣. Virga Ieſſe floruit virgo Deũ, & hominem genuit: pacem Deus reddidit, in ſe reconcilians ima ſummis, Haleluiah.

## Sequẽtia ſancti euãg. ſm Lucam.

ca. 1.

IN illo tempore: Miſſus eſt angelus Gabriel a Deo, in ciuitatem Galilęę, cui nomen Nazareth, ad virginẽ deſponſatã viro, cui nomen erat Ioſeph, de domo Dauid: & nomen virginis Maria. Et ingreſſus angelus ad eam, di-

rit. Aue, gratia plena: dñs tecū: benedicta tu in mulieribus. Que, cū audiſſet, turbata eſt i ſermone ei⁹: ⁊ cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait angel⁹ ei. Ne timeas Maria: inueniſti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in vtero, ⁊ paries filiu3: ⁊ vocabis nomē eius Jeſu3. Hic erit magnus: ⁊ filius altiſſimi vocabitur. Et dabit illi dñs Deus ſedē Dauid patris eius: ⁊ regnabit in domo Jacob in ęternū: ⁊ regni eius non erit finis. Dixit aūt Maria ad angelū. Quomodo fiet iſtud, qñ viru3 nō cognoſco? Et reſpōdēs angelus, dixit ei. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, ⁊ virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoq3, ⁊ quod naſcetur ex te ſanctu3, vocabitur filius Dei. Et ecce, Eliſabeth cognata tua: ⁊ ipſa cōcepit filiū in ſenectute ſua. Et hic mēſis, eſt ſextus illi, quę vocat̃ ſterilis: qa nō erit impoſſibile apud Deu3 omne verbum. Dixit autē Maria. Ecce ancilla dñi: fiat mihi ſecundum verbum tuum. Cr. Credo.

Offertorium.

Lu.1 Aue Maria gratia plena, dominus tecū: benedicta tu in mulieribus, ⁊ benedictus fructus ventris tui. Secreta.

In mentibus noſtris, qs dñe, verę fidei ſacramēta cōfirma vt, qui conceptū de virgine Deu3 verum, ⁊ hominem confitemur, per eiuſdem ſalutiferę reſurrectionis potentiam ad ęternam mereamur peruenire lętitiam. Per eundem dominum noſtrum Jeſum.

Prefatio. Et te in Annunciatione beatę Marię. folio 112.

Communio.

Ecce virgo concipiet, ⁊ pariet filiū: ⁊ vocabitur nomen eius Emmanuel. Iſa.7 Poſtc.

Gratiam tuam qs dñe mentibus noſtris infunde: vt, q angelo nunciante, Chriſti filij tui incarnationem cognouimus: per paſſionem eius ⁊ crucem, ad reſurrectiōis gloriā pducamur. Per eūd.

## FESTA APRILIS.

In feſto ſancti Leonis Papę, ⁊ confeſſoris. die 11. Introitus. 3.



Statuit ei dominus teſtamentu3 pacis, ⁊ principe3 fecit eum, vt ſit illi ſacerdotij dignitas in ęternum. eccl.45 Ps. Memēto domine Dauid, ⁊ omnis manſuetudinis eius. ps.131

℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpi. Oremus.

Exaudi, quęſum⁹ dñe, preces noſtras: quas in beati Leonis confeſſoris tui atq3 pontificis ſolennitate deferimus: ⁊, qui tibi digne meruit famulari, eius intercedentibus meritis, ab omnibus nos abſolue peccatis. Per domi.

Epla. Ecce ſacerdos magn. 231.

Grad. Ecce ſacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit Deo. eccl.44 ℣. Nō eſt inuentus ſimilis illi, qui conſeruaret legē excelſi.

Tractus. Beatus vir q timet dñm. 231

Poſt Paſcha. Alleluia, alleluia. ℣. Tu es ſacerdos in ęternum ſecundum ordinē Melchiſedech. Alleluia. ℣. Hic eſt ſacerdos, quem coronauit dñs, hat. Euāg.

Venit Jeſus in partes Ceſa. 170.

Offer.

Offertorium.

ps.88. Jnueni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum, manus enim mea auxiliabitur ei: ꝛ brachium meum confortabit eum. Secreta.

SAncti Leonis confeſſoris tui atq; pontificis, queſumus domine, annua ſolennitas pietati tue nos reddat acceptos: vt, per hec pie placationis officia, ꝛ illũ beata retributio comitetur, ꝛ nobis gratie tue dona conciliet. Per dom.

Communio.

mat.25 Beatus ſeruus, quẽ cum venerit dñs, inuenerit vigilantẽ: amen dico vobis, ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Poſtc.

DEus fideliũ remunerator animarum, preſta, vt beati Leonis confeſſoris tui atq; põtificis, cuius venerandam celebramus feſtiuitatem, precibus, indulgentiã conſequamur. Per dominum no.

die 14. Sanctorũ martyrũ Tyburtij, Ualeriani, ꝛ Maximi.

Si venerint ante Paſcha, ꝛ voluerit qs de eis miſſam celebrare, omnia dicantur de cõi pluriũ marty. extra tempus paſchale. Si aũt venerint poſt Paſcha, dr̃ ſequens miſſa: qđ ꝛ in ſimilibus ſeruat. Intro. 3.

ps.144 

SAncti tui dñe benedicent te, gloriam regni tui dicent, haleluiah, hal'ah. Ps. Exaltabo te Deus me' rex, ꝛ benedicam nomini tuo in ſeculum, ꝛ in ſeculum ſeculi. ℣. Gloria patri, ꝛ filio. Oremus.

PReſta, queſumus: omnipotẽs Deus: vt, q ſanctorũ martyrũ tuorum Tyburtij, Ualeriani, ꝛ Maximi ſolẽnia colimus, eorũ etiã virtutes imitemur. Per dñm.

Epla. Stabũt iuſti in magna. 227 de communi martyrum tempore paſchali.

Haleluiah, haleluiah. ℣. Sancti tui domine florebunt ſicut lilium: ꝛ ſicut odor balſami erunt ante te, Haleluiah. ℣. Precioſa in conſpectu Domini, mors ſanctorum eius, haleluiah. Euangelium. — eccleſię vox; ps.115.

Ego ſum vitis vera. ſolio 227.

Offertorium.

ps.31 Letamini in domino, ꝛ exultate iuſti, ꝛ gloriamini omnes recti corde, haleluiah, haleluiah. Secreta.

HÆc hoſtia, queſumus domine, quam in ſanctorum tuorũ natalitijs recenſentes offerimus, ꝛ vincula noſtre prauitatis abſoluat, ꝛ tue nobis miſericordie dona conciliet. Per dominũ noſtrũ.

Communio.

ps.32 Gaudete iuſti in domino, haleluiah: rectos decet collaudatio, haleluiah.

Poſtcommunio.

SAcro munere ſatiati, ſupplices te domine deprecamur: vt, quod debite ſeruitutis celebramus officio, ſaluationis tue ſentiamus augmentum. Per dominum.

die 17. Sancti Aniceti pape, ꝛ marty. Miſſa de cõmuni vnius martyris, tempore paſchali cum oratione Deus qui nos beati. ſolio 226. ꝛ Euangel. Amen amen dico vobis, quia plorabitis. ſolio 228.

die 22. Jn feſto ſanctorum martyrum ꝛ Pontificum Sotheris, ꝛ Caij. Miſſa de cõi plur. marty. tpe paſchali, cum oratione. Beatorum martyrũ tuorum, pariterq; pontif. ꝛ Epiſtola. Poſt hec ego Johãnes. ſolio 228.

Jn

die 23 ¶ In feſto S. Georgij martyris. Introitus. 7.

ps. 63 PRoteriſti me Deus à conuentu malignã/tium, hal'ah, à multi/tudine operantiũ ini/quitatem, hal'ah, hale luiah. ps. Exaudi Deus orationẽ meã cum deprecor: à timore inimici eripe ani/mam meam. ℣. Gloria patri. Oremus.

DEus, q nos beati Georgij mar tyris tui meritis ⁊ interceſſio ne lętificas: cõcede propitius: vt, q tua p̄ cum beneficia poſcimus, do/no tuę gratię conſequamur. Per. Epiſtola. Memor eſto dñm. 225.

ps. 88 Haleluiah, haleluiah. ℣. Confitebun/tur cęli mirabilia tua domine: etenim veri/tatem tuam in Eccleſia ſanctorum, haleluiah. ℣. Poſuiſti domine ſuper caput eius

ps. 20 coronã de lapide pretioſo. hal'. Euang. Ego ſum vitis vera. de communi tempore paſchali. 226. Offertorium.

Confitebuntur cęli mirabilia tua domi/ne: ⁊ veritatem tuam in eccleſia ſanctorum, haleluiah, haleluiah. Secreta.

MUnera domine oblata ſan/ctifica: ⁊ intercedente beato Georgio martyre tuo, nos p hęc a peccatorum noſtrorum maculis emunda. Per dominum noſtrum.

ps. 63 Communio. Lętabitur iuſtus in do/mino, ⁊ ſperabit in eo: ⁊ laudabũtur omnes recti corde, haleluiah, haleluiah. Poſtcõ.

SUpplices te rogamus omni/potens Deus: vt, quos tuis reficis ſacramentis, intercedente beato Georgio martyre tuo, tibi etiam placitis moribus dignanter tribuas deſeruire. Per dominum.

¶ S. Marci Euãgeliſtę. Intro. 7 die 25.



PRoteriſti me De' a conuentu mali/gnantium, haleluiah: a multitudine operantiũ iniquitatem, Haleluiah, haleluiah. ps. Exaudi Deus orationem meã cũ deprecor: a timore ini/mici eripe aiam meã. ℣. Gloria. Oremꝰ. ps. 63

DEus, qui beatum Marcũ euã/geliſtam tuum, euãgelicę prę/dicationis gratia ſublimaſti: tri/bue, q̃s, eius nos ſemp, ⁊ eruditio/ne pficere, ⁊ oratione defendi. P.

Lectio Ezechielis prophetę.

SImilitudo vultꝰ quatuor ani/malium, facies hominis, ⁊ fa/cies Leonis a dextris ipſorũ qua/tuor: facies autem Bouis a ſini/ſtris ipſorũ quatuor: ⁊ facies Aqui/lę deſuper ipſorum quatuor. Et fa/cies eorum, ⁊ pennę eorum exten/tę deſuper. Duę pennę ſingulo/rum iungebantur, ⁊ duę tegebãt corpora eorum. Et vnumquod/que eorum coram facie ſua ambu/labat. Ubi erat impetus ſpiritus, illuc gradiebantur: nec reuerte/bantur cum ambularent. Et ſimi/litudo animalium, ⁊ aſpectus eo/rum, quaſi carbonum ignis ardẽ/tium, ⁊ quaſi aſpectus lampada/rum. Hęc erat viſio diſcurrens in medio animalium: ſplendor ignis, ⁊ de igne fulgur egrediẽs Et ani/malia ibant, ⁊ reuertebant̃: in ſimi/litudinem fulguris coruſcantis. ca. 1.

Haleluiah, haleluiah. ℣. Confitebũtur cęli mirabilia tua domine: etenim veritatẽ tuam in eccleſia ſanctorum, Haleluiah.

℣.

℣. Poſuiſti domine ſuper caput eius co
ronam de lapide pꝛetioſo, Haleluiah.
Sequētia ſancti euāg. ſm Lucam.
cap.10 IN illo tempoꝛe: Deſignauit
dominus ꝛ alios ſeptuagin
taduos, ꝛ miſit illos binos ante
faciē ſuā:in omnē ciuitatem ꝛ locū,
quo erat ipſe vēturus. Et dicebat
illis. Meſſis quidē multa:operarij
aūt pauci. Rogate ergo dn̄m meſ
ſis, vt mittat operarios in meſſem
ſuam. Ite, ecce ego mitto voſ ſicut
agnos inter lupos. Nolite poꝛta
re ſacculum, neqꝫ peram, neqꝫ cal
ceamenta, ꝛ neminé per viā ſaluta
ueritis. In quācunqꝫ domū intra
ueritis, pꝛimū dicite. Pax huic do
mui. Et, ſi ibi fuerit filius pacis, re
quieſcet ſup illū par veſtra:ſin aūt
ad vos reuertet. In eādē autē do
mo manete: edētes ꝛ bibētes quę
apud illoſ ſunt. Dign⁹ eſt eniꝫ ope
rarius mercede ſua. Nolite trāſire
de domo in domū. Et in quācūqꝫ
ciuitatē itraueritis, ꝛ ſuſceperint
vos:māducate quę apponunt vo
bis: ꝛ curate infirmos qui in illa
ſunt: ꝛ dicite illis. Appꝛopinqua
uit in vos regnuꝫ Dei. dr̄ Credo.
Offertoꝛium.
ps.88 Confitebuntur cęli mirabilia tua dn̄e: ꝛ ve
ritatē tuā in eccleſia ſcōrū, Hal. hal. Secr.
BEati Marci euāgeliſtę tui ſo
lennitate, tibi munera deferē
tes, q̄s dn̄e:vt ſicut illuꝫ pꝛędicatio
euangelica fecit gloꝛioſuꝫ:ita nos,
eius intercelſio, ꝛ verbo ꝛ opere
tibi reddat acceptos. Per domi.
Pꝛęfatio de Apoſtolis. folio 113.
ps.63 Communio. Lętabitur iuſtus in dn̄o,
ꝛ ſperabit in eo, ꝛ laudabuntur omnes re
cti coꝛde, Haleluiah, haleluiah. Poſtcō.
TRibuant nobis, q̄s dn̄e, cōti
nuū tua ſancta pꝛęſidiū: quo
beati Marci euangeliſtę tui pꝛeci
bus, nos ab omnibus ſemper tueā
tur aduerſis. Per dominū noſtrū.
¶ SS. Cleti, ꝛ Marcellini ponti. die 26
ꝛ mr̄. Miſſa. Sancti tui dn̄e bened. 227
de cōi pluriū mart. tempoꝛe paſch. excepta
Oꝛatione, quę dicitur vt infra. Oꝛatio.
BEatoꝝ martyrū, pariter
que pōtificū Cleti, ꝛ Mar
cellini nos dn̄e foueat pꝛe
tioſa confeſſio:ꝛ pia iugiter inter
ceſſio tueatur. Per dn̄m. Secreta.
ADeſto dn̄e ſupplicationibus
noſtris, quaſ in ſanctoꝝ tuo
rū cōmemoꝛatione deferimus:vt,
qui noſtrę iuſtitię fiduciā nō habe
mus, eoꝝ qui tibi placuerūt, meri
tis adiuuemur. Per do. Poſtc.
QUęſumus domine ſalutari
bus repleti myſterijs:vt quo
rum ſolennia celebꝛamus, eoꝝum
oꝛationibus adiuuemur. Per do.
¶ Sancti Uitalis martyris. Miſſa. die 28
de cōi vnius mart. tēpoꝛe Paſchali. 225.
Oꝛo. Pꝛęſta q̄s ops Deus, vt q.

FESTA MAII.

¶ In feſto ſanctoꝝuꝫ Apoſtoloꝝū die 1.
Philippi ꝛ Iacobi. Introitus. 1.



CLamauerunt ad
te domine in tem
poꝛe afflictionis ſuę: ꝛ
tu de cęlo exaudiſti eos,
Haleluiah, haleluiah.
ps. Exultate iuſti in do ps.33.
mino:rectos decet col
laudatio. ℣. Gloꝛia pa
tri,

tri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto. Oremus.
Deus qui nos annua apoſtolorũ tuorũ Philippi ⁊ Jacobi ſolennitate letificas: preſta quę ſumus: vt, quorũ gaudemus meritis, inſtruamur exemplis. Per do.

Lectio libri Sapientię.

ca. 5. Stabunt iuſti in magna conſtãtia aduerſus eos, qui ſe anguſtiauerunt, ⁊ qui abſtulerunt labores eorum. Uidentes, turbabũtur timore horribili, ⁊ mirabũtur in ſubitatione inſperatę ſalutis, dicentes intra ſe, penitentiam agentes, ⁊ pre anguſtia ſpiritus gemẽtes. Hi ſunt, quos aliquando habuimus in deriſum, ⁊ in ſimilitudinẽ improperij. Nos inſenſati, vitã illorum ęſtimabamus inſaniam: ⁊ finem illorum ſine honore. Ecce, quomodo cõputati ſunt iter filios Dei, ⁊ inter ſanctos ſors illorũ eſt.

ps. 88 Halab, halab. ℣. Confitebuntur cęli mirabilia tua dñe: etenim veritatẽ tuam in ecclesia ſanctorũ, Halab. ℣. Tanto tempore

Jo. 14 vobiſcũ ſum, ⁊ non cognouiſtis me? Philippe, q videt me, videt ⁊ patrem meũ, hal.

Sequẽtia ſcti euãg. ſm Johannẽ.

ca. 14. In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Nõ turbetur cor veſtrum. Creditis in Deum: ⁊ i me credite. In domo patris mei manſiones multę ſunt. Si quo minus: dixiſſem vobis: quia vado parare vobis locum. Et, ſi abiero, ⁊ preparauero vobis locum, iterũ veniam, ⁊ accipiam vos ad meipſum: vt vbi ego ſum, ⁊ vos ſitis. Et quo ego vado, ſcitis: ⁊ viam ſcitis. Dicit ei Thomas. Domine, neſcimus quo vadis: ⁊ quomodo poſſumus viam ſcire? Dicit ei Jeſus. Ego ſum via, veritas, ⁊ vita. Nemo venit ad patrem, niſi per me. Si cognouiſſetis me, ⁊ patrẽ meũ vtique cognouiſſetis: ⁊ amodo cognoſcetis eum, ⁊ vidiſtis eum. Dicit ei Philippus. Domine, oſtẽde nobis patrem: ⁊ ſufficit nobis. Dicit ei Jeſus. Tãto tempore vobiſcum ſum: ⁊ non cognouiſtis me? Philippe, qui videt me: videt ⁊ patrem. Et quomodo tu dicis: Oſtẽde nobis patrẽ? Non credis quia ego in patre: ⁊ pater i me eſt? Uerba q̃ ego loquor vobis, a me ipſo nõ loquor. Pater autem in me manẽs ipſe facit opera. Non creditis qa ego in patre, ⁊ pater in me eſt? Alioquin, ꝑpter opera ipſa credite. Amen amen dico vobis: qui credit in me, opera quę ego facio ⁊ ipſe faciet: ⁊ maiora horum faciet, qa ego ad patrem vado. Et quodcũque petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam. dicitur Credo.

Offertorium. Confitebuntur cęli mirabilia tua dñe: ⁊ veritatem tuam in Eccleſia ſanctorũ, Haleluiah, haleluiah. ps. 88

Secre. Munera, dñe, quę pro apoſtolorum tuorũ Philippi ⁊ Jacobi ſolennitate deferimus: propitius ſuſcipe: ⁊ mala omnia quę meremur auerte. Per dominum no.

Prefatio de Apoſtolis, folio 113.

Communio. Tanto tempore vobiſcũ ſum, ⁊ non cognouiſtis me? Philippe, qui videt me, videt ⁊ patrem meum, haleluiah. Jo. 14.
Nõ credis quia ego in patre, ⁊ pater in me eſt: Haleluiah, haleluiah.

Poſtcommu. Quęſumus, dñe, ſalutaribus repleti myſterijs: vt quorum ſolennia

lennia celebꝛamus, eoꝛum oꝛatio-
nibus adiuuemur. Per dominuȝ.
die 2 ¶ In feſto ſancti Athanaſij epi-
ſcopi ⁊ confeſſoꝛis. Introitus. 9



eccl. 15. IN medio Eccle
ſię aperuit os ei⁹,
⁊ impleuit eum dñs ſpi
ritu ſapientię, ⁊ intelle-
ctus: ſtolã gloꝛię induit
ps. 91. eũ, halab, hal. ps. Bo-
nũ eſt cõfiteri domino,
⁊ pſallere nomini tuo al
tiſſime. ℣. Gloꝛia patri, ⁊ ſi. Oꝛemus.

EXaudi, quęſumus domine, ꝑ-
ces noſtras: quas in beati A-
thanaſij cõfeſſoꝛis tui atq; pontifi
cis ſolennitate deferimus: ⁊, qui ti-
bi digne meruit famulari, eius in-
tercedentibus meritis, ab omni-
bus nos abſolue peccatis. Per do
minum noſtrum Jeſum Chꝛiſtuȝ.
Lcõ eplę beati Pauli apſi ad Coꝛ.
ca. 4. FRatres. Non noſmetipſos
pꝛędicamus, ſed Jeſuȝ Chꝛi
ſtũ dñm noſtrũ: nos autẽ ſeruos ve
ſtros per Jeſuȝ: qm̃ Deus, q dixit
de tenebris lucẽ ſplẽdeſcere, ipſe il
luxit in coꝛdibus noſtris ad illumi
nationẽ ſcientię claritatis Dei, in
facie Chꝛi Jeſu. Habem⁹ autẽ the
ſaurũ iſtũ in vaſis fictilib⁹: vt ſubli
mitas ſit virtutis Dei, ⁊ nõ ex no-
bis. In omnibus tribulationẽ pati
mur, ſed nõ anguſtiamur: apoꝛia-
mur, ſed nõ deſtituimur: ꝑſecutio-
nẽ patimur, ſed nõ derelinqmur: hu
miliamur, ſed nõ ꝯfundimur: deijci-
mur, ſed nõ perimus, ſemꝑ moꝛtifi
cationẽ Jeſu Chꝛi in coꝛpoꝛe nr̃o
circũferẽtes, vt ⁊ vita Jeſu manife
ſtet in coꝛpoꝛib⁹ noſtris. Sẽꝑ eniȝ
nos q viuimus, in moꝛtẽ tradimur
ꝓpter Jeſuȝ: vt ⁊ vita Jeſu manife
ſtet in carne noſtra moꝛtali. Ergo
moꝛs in nobis operat: vita autẽ in
vobis. Habẽtes autẽ eũdẽ ſpiritũ
fidei, ſicut ſcriptũ eſt, Credidi, pꝛo ps. 115
pter qđ locutus ſum: ⁊ nos credi
mus, ꝓpter qđ ⁊ loqmur: ſcientes
qm̃ q ſuſcitauit Jeſuȝ, ⁊ nos cũ Je
ſu ſuſcitabit, ⁊ cõſtituet vobiſcum.
Halab, hal. ℣. Tu es ſacerdos in ęternũ ps. 109
ſecundũ oꝛdineȝ Melchiſedech, hal. ib. ℣.
Beatus vir, qui ſuffert tentationẽ, qm̃ cum Jac.
ꝓbatus fuerit, accipiet coꝛonam vitę, hal.
Sequẽtia ſcti euãg. ſm Mattheũ.
IN illo tẽpoꝛe: Dixit Jeſus di ca. 10.
ſcipulis ſuis. Cum perſequẽ-
tur vos in ciuitate iſta: fugite i aliã.
Amen dico vobis, non conſumma
bitis ciuitates Iſrael, donec ve-
niat filius hominis. Nõ eſt diſcipu
lus ſuꝑ magiſtruȝ: nec ſeruus ſuꝑ
dñm ſuũ. Sufficit diſcipulo, vt ſit ſi
cut magiſter ei⁹: ⁊ ſeruo, ſicut dñs
eius. Si patrẽfamilias Beelzebub
vocauerũt: quãto magis domeſti-
cos ei⁹? Ne ergo timueritis eos. Ni
hil enim eſt opertũ, qđ non reuele
tur: ⁊ occultũ, qđ non ſciat. Quod
dico vobis in tenebꝛis, dicite in lu
mine: ⁊ qđ in aure auditis, ꝑdicate
ſuꝑ tecta. Et nolite timere eos q oc
cidunt coꝛpus: animã autẽ nõ poſ-
ſunt occidere. Sed poti⁹ timete eũ
qui poteſt ⁊ animã ⁊ coꝛpus per-
dere in gehennam. dicitur Credo.
Offert. Inueni Dauid ſeruum meum: ps. 44.
oleo ſancto meo vnxi eum: manus eniȝ mea
auxiliabitur ei: ⁊ bꝛachium meum confoꝛta-
bit eum. Halelulah. Secreta.
SAncti Athanaſij confeſſoꝛis
tui

tui atq; pontificis, queſumus dñe,
annua ſolennitas pietati tuę nos
reddat acceptos: vt per hęc pię pla
cationis officia, ⁊ illū beata retri-
butio comitetur, ⁊ nobis gratię
tuę dona conciliet. Per dominū.
Cōmu. Quod dico vobis in tenebris,
dicite in lumine, dicit dñs, ⁊ qđ in aure au-
ditis, p̄dicate ſuper tecta, Alľa. Poſtc.
DEus fidelium remunerator
animarum: pręſta, vt beati
Athanaſij confeſſoris tui atq; pon
tificis, cuius venerandam celebra
mus feſtiuitatem, precibus indul-
gentiam conſequamur. Per dñm.

¶ Inuentionis Sanctę Crucis.
Introitus. 4



NOs autem
gloriari o-
portet in Cruce
dñi nr̄i Jeſu Chri
ſti, in quo eſt ſal',
vita, ⁊ reſurrectio
noſtra, p quē ſal-
uati ⁊ liberati ſu-
mus, Alľ. alľ. Ps. Deus miſereatur no-
ſtri, ⁊ benedicat nobis, illuminet vultum
ſuum ſuper nos, ⁊ miſereatur noſtri. V.
Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui. Oremus.
DEus, q i p̄clara ſalutiferę cru
cis Inuētione, paſſionis tuę
miracula ſuſcitaſti: cōcede, vt vita-
lis ligni p̄tio, ęternę vitę ſuffragia
ꝯſequamur. Qui vi. ⁊ reg. cū Deo.
¶ Pro commem. ſanctorū mart.
Alexandri, Euentij, ⁊ Theoduli,
ac Iuuenalis epi ⁊ cōfeſſ. Oratio.
PRęſta, q̄s op̄s Deus, vt, q ſan
ctorum tuorū Alexādri, Euē
tij, Theoduli, atq; Iuuenalis nata
litia colimus: a cūctis malis immi-
nentibus, eorum interceſſionibus
liberemur. Per dominū noſtrū.
Lcō eplę b. Pauli aplī ad Philip.
FRatres, Hoc enim ſentite in cap. 2.
vobis, quod ⁊ in Chriſto Je
ſu. Qui cū in forma Dei eſſet, nō ra
pinam arbitratus eſt eſſe ſe ęqua-
lem Deo. Sed ſemetipſū exinani
uit, formam ſerui accipiens, in ſimi
litudinē hominū factus, ⁊ habitu
inuēt' vt homo. Humiliauit ſemet
ipſū, factus obediēs vſq; ad mor
tē: mortē aūt crucis. Propter qđ ⁊
Deus exaltauit illū: ⁊ donauit illi
nomē, qđ eſt ſup omne nomē: vt in
nomine Jeſu omne genu flectať, cę
leſtiū, terreſtriū, ⁊ īfernorū. Et om
nis lingua cōfiteatur: quia dñs Je
ſus Chrs, in gloria eſt Dei patris.
Alľ. alľ. V. Dicite in gētibus, qa dñs re Ps. 95
gnauit a ligno, Alľ. V. Dulce lignū, dul-
ces clauos, dulcia ferēs pōdera: q̄ ſola fuiſti
digna ſuſtinere regē cęlorū, ⁊ dñm. Alľa.
Sequētia ſancti euāg. ſcḋm Johānē.
IN illo tempore: Erat homo ca. 3.
ex Phariſeis Nicodem' no
mine, princeps Judęorum. Hic ve
nit ad Jeſū nocte: ⁊ dixit ei. Rab-
bi, ſcim', quia a Deo veniſti magi
ſter. Nemo enim poteſt hęc ſigna
facere, quę tu facis, niſi fuerit Deus
cum eo. Reſpōdit Jeſus, ⁊ dixit ei.
Amē amē dico tibi: niſi qs renatus
fuerit denuo, non poteſt videre re
gnū Dei. Dicit ad eū Nicodemus.
Quomodo poteſt homo naſci, cū
ſit ſenex? Nunqd poteſt in vētrem
matris ſuę iterato introire, ⁊ rena
ſci? Reſpondit Jeſus. Amē, amē di
co tibi: niſi qs renat' fuerit ex aqua
⁊ ſpiritu ſancto, nō poteſt introire

in regnū Dei. Quod natum eſt ex carne, caro eſt: ⁊ quod natuȝ eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt. Nō mireris, q͡a ego dixi tibi: oportet vos naſci de nuo. Spirit⁹ vbi vult, ſpirat: ⁊ vocem eius audis: ſed neſcis vnde ve niat, aut quo vadat. Sic eſt omnis q̄ nat⁹ eſt ex ſpiritu. Reſpōdit Nicodem⁹, ⁊ dixit ei. Quomodo poſſunt hęc fieri? Reſpondit Jeſus, ⁊ dixit ei. Tu es magiſter in Jſrael, ⁊ hęc ignoras? Amē, amen dico tibi: q͡a quod ſcimus loq̄mur: ⁊ quod vidim⁹ teſtamur: ⁊ teſtimoniū noſtrum nō accipitis. Si terrena dixi vobis, ⁊ non creditis: quomodo, ſi dixero vobis cęleſtia, credetis? Et nemo aſcēdit in cęlum: niſi q̄ deſcendit de cęlo, filius hominis q̄ eſt in cęlo. Et ſicut Moyſes exaltauit ſerpentē in deſerto, ita exaltari oportet filiū hominis: vt omnis qui credit in ipſum, non pereat: ſed ha-

ps.117 beat vitam ęternam. Credo.

Offer. Dextera dn̄i fecit virtutem, dextera dn̄i exaltauit me, dextera domini fecit virtutem: non moriar, ſed viuam, ⁊ narrabo opera domini, halleluiah. Secreta.

Sacrificium, dn̄e, quod tibi immolamus, placatus intēde: vt ab omni nos eruat bellorū nequitia: ⁊ p̄ vexillum ſanctę crucis filij tui, ad conterēdas aduerſarioruȝ inſidias, nos in tuę protectionis ſecuritate conſtituat. Per eundem.

Pro cōmem. Sanctorum. Secre.

Super has hoſtias, q̄s dn̄e, benedictio copioſa deſcendat, quę, ⁊ ſanctificationem nobis clementer operetur, ⁊ de ſanctorum nos ſolennitate lętificet. Per do.

Prefatio de Cruce. fol. 106. Cōmu.

Per ſignum crucis, de inimicis noſtris libera nos Deus noſter. Hal'ah. Poſtc.

Repleti alimonia cęleſti, ⁊ ſpiritali poculo recreati, quęſumus omnipotens Deus: vt ab hoſte maligno nos defendas, quos per lignum ſanctę Crucis filij tui armis iuſtitię, p̄ ſalute mūdi triūphare iuſſiſti. Per eundem dn̄m.

Pro comme. Sāctorum. Poſtcō.

Refecti participatione muneris ſacri, q̄s, dn̄e Deus noſter: vt, quorum exequimur cultū, ſentiamus effectum. Per dominum.

S. Monicę viduę. Introitus. 3 die 4



Cognoui dn̄e, quia ęquitas iudicia tua, ⁊ in veritate tua humiliaſti me: cōfige timore tuo carnes meas: a mandatis enim tuis timui, Hal'ah, halah. Ps. Beati immaculati in via: q̄ ambulāt in lege dn̄i ℣. Gloria p. Oremus. ps.118

Exaudi nos Deus ſalutaris noſter: vt, ſicut de btē Monicę feſtiuitate gaudem⁹: ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per d.

Epl'a. Viduas honora, q̄ ve. 239.

Hal'ah, hal'ah. ℣. Specie tua, ⁊ pulchritudine tua, intende proſpere, procede, ⁊ regna. Halleluiah. ℣. Propter veritatem, ⁊ manſuetudinem, ⁊ iuſtitiam: ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. Halleluiah. ps.44

Euangelium. Ibat Jeſus in ciuitatem quę vocatur Naim. vt habet in Dominica xv. poſt Pentecoſten. 152.

Offert.

Offert. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis:
ps. 44. propterea benedixit te Deus in eternum, ⁊
in ſeculum ſeculi. Haleluiah. Secreta.
ACcepta tibi ſit domine ſacra
te plebis oblatio, pro tuorũ
honore ſanctorum: quorum ſe me
ritis percepiſſe de tribulatione co
gnoſcit auxilium. Per dominum.

Communio.

ps. 44. Dilexiſti iuſtitiam, ⁊ odiſti iniquitatem:
propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo
letitie pre ↄſortibus tuis. Halah. Poſtcõ.
SAtiaſti dñe familiam tuã mu
neribꝰ ſacris: eius q̃s ſemp in
teruentione nos refoue, cuius ſo
lennia celebramus. Per dominũ.

die 6. ¶ Sancti Johannis ante portam Latinam. Introitus. 7.

ps. 63. PRotexiſti me Deus
à conuentu malignã
tium, halah, à multi
tudine operantiũ ini
quitatem, halah, hale
luiah. Ps. Exaudi
Deus orationẽ meã
cum deprecor: à timore inimici eripe ani
mam meam. V. Gloria patri. Oremus.
DEus qui cõſpicis, qa nos vn
diq̃ mala noſtra perturbãt,
preſta, q̃s: vt beati Johannis Apo
ſtoli tui ⁊ euangeliſte, interceſſio
glorioſa nos protegat. Per dñm.

Lectio libri Sapientie.

ca. 5. STabunt iuſti in magna con
ſtãtia aduerſus eos, qui ſe an
guſtiauerunt, ⁊ qui abſtulerunt la
bores eorum. Uidentes, turbabũ
tur timore horribili, ⁊ mirabũtur
in ſubitatione inſperate ſalutis, di
centes intra ſe, penitentiam agen
tes, ⁊ pre anguſtia ſpiritus gemẽ
tes. Hi ſunt, quos aliquando ha
buimus in deriſum, ⁊ in ſimilitu
dinẽ improperij. Nos inſenſati, vi
tã illorum eſtimabamus inſaniam:
⁊ finem illorum ſine honore. Ecce,
quomodo cõputati ſunt iter filios
Dei, ⁊ inter ſanctos ſors illorũ eſt.
Halah, halah. V. Juſtus vt palma flore ps. 19
bit ſicut cedrus Libani multiplicabitur.
Halah. V. Juſtus germinabit ſicut liliũ: Oſe. 14
⁊ florebit in eternum ante dñm. Halah.

Sequẽtia ſcti euãg. ſm Mattheũ.

ca. 20. IN illo tẽpore. Acceſſit ad Je
ſum mater filiorum Zebedei
cum filijs ſuis, adorans ⁊ petẽs ali
quid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis?
Ait illi. Dic, vt ſedeant hi duo filij
mei, vnus ad dexteram tuã, ⁊ vnus
ad ſiniſtram in regno tuo. Reſpõ
dens autem Jeſus, dixit. Neſcitis
quid petatis. Poteſtis bibere cali
cem, quẽ ego bibiturus ſum? Dicũt
ei. Poſſumus. Ait illis. Calicẽ qui
dem meum bibetis: ſedere autẽ ad
dexteram meã, ⁊ ſiniſtram, non eſt
meũ dare vobis: ſed quibus para
tũ eſt a patre meo. dicitur Credo.
Offert. Confitebuntur celi mirabilia ps. 88.
tua domine: ⁊ veritatem tuam in Eccleſia
ſanctorum, Haleluiah, haleluiah. Secre.
MUneribus noſtris, queſumꝰ
dñe, precibuſq̃ ſuſceptis: ⁊
celeſtibus nos munda myſterijs, ⁊
clementer exaudi. Per dominũ.
Prefatio de Apoſtolis. ſolio 113.
Cõmu. Letabitur iuſtus in domino, ⁊ ps. 63
ſperabit in eo: ⁊ laudabuntur omnes recti
corde, Haleluiah, haleluiah. Poſtcom.
REfecti domine pane celeſti,
ad vitam queſumus nutria
mur eternam. Per dominum no.

die 8. ¶ In Apparitione S. Michaelis. Introitus.



Benedicite dominū omnes angeli eius: potentes virtute qui facitis verbum eius, ad audiendam vocem sermonum eius, halāh, halāh. ps. 102 ps. Benedic anima mea domino: ⁊ omnia que intra me sunt, nomini sancto eius. ℣. Gloria patri. Oremus.

Deus, qui miro ordine, angelorū ministeria, hominumq; dispēsas: cōcede propitius: vt, quibus tibi ministrātibus in celo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur. Per dominum.

Lectio libri Apocal. b. Johānis apli.

ca. 1 In diebus illis. Significauit Deus que oportet fieri cito loquens per angelum suū seruo suo Johanni: qui testimonium perhibuit verbo Dei, ⁊ testimonium Jesu Christi quecūq; vidit. Beat⁹ qui legit ⁊ q audit verba prophetie huius: ⁊ seruat ea que in ea scripta sunt. Tēpus enī; prope est. Johannes septē ecclesijs que sunt in Asia. Gratia vobis ⁊ pax ab eo q est, ⁊ qui erat, ⁊ q venturus est: ⁊ a septē spiritibus, qui in conspectu Throni eius sunt: ⁊ a Jesu Christo, qui est testis fidelis, primogenitus mortuorū, ⁊ princeps regum terre: qui dilexit nos, ⁊ lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Halāh, halāh. ℣. Sācte Michael archāgele defende nos in prelio: vt nō pereamus in tremendo iudicio. Halāh. ℣. Concussum est mare, ⁊ contremuit terra, vbi archāgelus Michael descendit de celo, halāh.

Sequētia scti euāg. s̄m Mattheū.

In illo tempore: Accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes. Quis, putas, maior est in regno celorum? Et āduocans Jesus paruulum, statuit eum in medio eorū, ⁊ dixit. Amen dico vobis. Nisi cōuersi fueritis, ⁊ efficiamini sicut paruuli: nō intrabitis in regnu; celo⁊. Quicūq; ergo humiliauerit se sicut paruulus iste: hic maior est in regno celorū. Et q susceperit vnū paruulū talē i nomine meo: me suscipit. Qui autē scādalizauerit vnū de pusillis istis qui in me credunt: expedit ei vt suspēdatur mola asinaria in collo eius, ⁊ demergatur in profundum maris. Ve mundo a scandalis. Necesse est enim vt veniant scādala: veruntamen ve homini illi, p quē scandalu; venit. Si autē man⁹ tua vel pes tuus scādalizat te: abscide eum, ⁊ proijce abs te. Bonum est tibi ad vitā ingredi debilē vel claudū, quā duas man⁹ vel duos pedes habente; mitti in ignē eternū. Et, si oculus tuus scādalizat te: erue eū, ⁊ proijce abs te. Bonū est tibi cū vno oculo in vitā intrare, quam duos oculos habentem mitti in gehēnam ignis. Videte ne contemnatis vnu; ex his pusillis. Dico enim vobis: quia angeli eorum semper vident faciem patris mei, qui in celis est. Credo. ca. 18.

Offertorium.

Stetit angelus iuxta aram templi, habēs thuribulum aureum in manu sua: ⁊ data sunt ei incensa multa: ⁊ ascendit fumus aromatum in conspectu Dei, Halāh. Secr.



Hostias

Hostias tibi dñe laudis offeri mus, ſuppliciter deprecantes vt caſdem angelico ꝓ nobis inter cedente ſuffragio, ⁊ placatus acci pias, ⁊ ad ſalutem noſtram prouc nire concedas. Per dominum no.

Dan. 3 Communio. Benedicite omnes ange li domini dominum: hymnum dicite, ⁊ ſu pereraltate eum in ſecula. Poſtcommu.

Beati archangeli tui Michae lis interceſſione ſuffulti ſup plices te domine deprecamur: vt qđ ore proſequimur, ꝯtingam⁹ ⁊ mente. Per dominum noſtrũ Ie.

die 9 ¶ In feſto Sancti Gregorij Na zianzeni Epiſcopi ⁊ cõfeſſoris. Miſſa. In medio Eccleſie aperuit. 233. de communi Doctorum. folio 233. Epla. Iuſtus cor ſuũ tradet. 233. ⁊ dicitur Credo in vnum Deum.

die 10 ¶ Sanctorum Gordiani, ⁊ Epi machi martyrum. Introitus. 3



Sancti tui dñe be nedicent te, glo riam regni tui dicẽt, ha leluiah, haleluiah. ps. Exaltabo te Deus me rer, ⁊ benedicam nomi ni tuo in ſeculum: ⁊ in ſe culum ſeculi. ℣. Glo ria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſan. Oremus.

Da, q̃s omnipotens Deus: vt, qui beatorũ martyrũ tuorũ Gordiani ⁊ Epimachi solénia co limus, eorum apud te interceſſio nibus adiuuemur. Per dominũ. Epiſtola. Poſt hec ego Iohãnes. de cõi martyrum tpe Paſchali. fol. 228. Halah, halah. ℣. Sancti tui dñe flore bunt ſicut lilium: ⁊ ſicut odor balſami erũt ante te, Haleluiah. ℣. Preti oſa in conſpe ctu dñi mors ſanctorum eius. Haleluiah. Euang. Ego ſum vitis, ⁊ vos pal. de eodem communi folio 227.

Offer. Letamini ĩ dño, ⁊ erultate iuſti: ⁊ gloriamini oẽs recti corde, hal. hal. Sec. ps. 31

Hoſtias tibi dñe beatorũ mar tyrũ tuorum Gordiani, ⁊ Epi machi dicatas meritis benignus aſſume: ⁊ ad perpetuum nobis tri buc prouenire ſubſidiuʒ. Per do. Cõmu. Gaudete iuſti in dño, halah: re ctos decet collaudatio, halah. Poſtcõ. ps. 32

Queſumus oꝑs Deus: vt, qui celeſtia alimenta percepim⁹, intercedẽtibus ſanctis tuis Gor diano, ⁊ Epimacho: per hec cõtra omnia aduerſa muniamur. Per d.

die 12 ¶ Sãctorũ Nerei, Archillei, atq; Pancratij martyrũ. Introitus. 3.

Ecce oculi dñi ſup ti mẽtes eũ, ⁊ ſperantes in miſericordia eius, hal. vt eripiat a morte animas eorũ, q̃m adiu tor ⁊ protector noſter eſt, halah, haleluiah. ps. 32

ps. Exultate iuſti in domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria pa. Oremus.

Semper nos domine ſanctorũ martyrum tuorũ Nerei, Ar chillei, atq; Pãcratij foueat que ſumus beata ſolennitas: ⁊ tuo di gnos reddat obſequio. Per domi num noſtrum Ieſum Chriſtum fi. Epiſtola. Stabũt iuſti in magna. de cõi martyrum tempore paſchali. 235. Haleluiah, haleluiah. ℣. Hec eſt vera fra ternitas, que vicit mundi crimina: Chri ſtum ſecuta eſt, inclyta tenens regna cele ſtia, Haleluiah. ℣. Te martyrum candida tus laudat exercitus domine. Haleluiah. Euang.

Euang. Amen amen dico vobis, quia plorabitis. de eodẽ cõi. fol. 228.
ps. 68 Offertorium. Confitebuntur celi mirabilia tua domine: ꝛ veritatem tuam in eccleſia ſanctorum, halłah, halłah. Secreta.
SAnctorum martyrum tuorũ, queſumus domine Nerei, Archillei, atqꝫ Pancratij ſit tibi grata confeſſio: que ꝛ munera noſtra commendet, ꝛ tuam nobis indulgentiam ſemper imploret. Per d.

Communio.

ps. 32 Gaudete iuſti in domino, halleluiah: rectos decet collaudatio, Halłah. Poſtcõ.
QUeſumus domine: vt, beatorum martyrum tuorum Nerei, Archillei, atqꝫ Pãcratij deprẽcationibus, ſacramẽta ſancta que ſumpſimus, ad tue nobis proficiãt placationis augmentũ. Per dñm.

die 14. ❡ Sancti Bonifacij martyris. Miſſa. Protexiſti me Deus a conuentu. de cõi tempore paſchali. 220. Oratio.
DA, queſumꝰ, oĩps Deus, vt, qui beati Bonifacij martyris tui natalitia colimus: eius apud te interceſſionibꝰ adiuuemur. Per dominũ no. Secreta.
MUneribus noſtris, q̃s domine, precibuſqꝫ ſuſceptis, ꝛ celeſtibus nos mũda myſterijs, ꝛ clementer exaudi. Per dñm. Poſtcõ.
REfecti participatione muneris ſacri, queſumus dñe, vt cuius exequimur cultum, intercedẽte beato Bonifacio martyre tuo, ſentiamus effectum. Per dñm.

die 19. ❡ Sãcte Pudẽtiane virgin. Miſſe. Dilexiſti iuſtitiã. de cõi Uirginum. 237

❡ Si aliquod feſtum ex ſequentibus venerit tempore paſchali, Miſſa dr̃ vt in cõi tempore paſchali. Si autẽ venerit poſt octauam Pentecoſtes, dr̃ vt infra aſſignatur.

❡ S. Urbani Pape ꝛ mar. Int. die 25.



SAcerdotes tui domine induant ps. 131
iuſtitiã: ꝛ ſancti tui exultent: propter David ſeruum tuum non auertas faciem Chriſti tui. ps. Memento domine David, ꝛ omnis manſuetudinis eius. ℣. Gloria patri. Oremus.
DA, q̃s, oĩps Deus: vt, qui beati Urbani martyris tui atqꝫ põtificis ſolẽnia colimus: eiꝰ apud te interceſſionibꝰ adiuuemur. Per.
Epiſtola. Benedictus Deus. 224.
Grad. Inueni David ſeruum meũ: oleo ps. 88
ſancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, ꝛ brachium meum confortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: ꝛ filius iniquitatis non nocebit ei.
Halleluiah, halłah. ℣. Memento dñe Da ps. 131
uid, ꝛ omnis manſuetudinis eius, halłah.
Evangelium. Homo quidam peregre proficiſcens. 225.
Offertorium. Ueritas mea, ꝛ miſeri ps. 88
cordia mea cum ipſo: ꝛ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.
HÆc hoſtia, queſumus domine, emundet noſtra delicta: ꝛ ad ſacrificium celebrandum, ſubditorũ tibi corpora, menteſqꝫ ſanctificet. Per dominum noſtrum.
Cõm. Fidelis ſeruus ꝛ prudens, quem mat. 24
conſtituit dñs ſuper familiam ſuam: vt det illis in tempore tritici menſuram. Poſtc.
REfecti participatione muneris ſacri, queſumus domine Deus noſter: vt cuius exequimur cultũ, ſentiamus effectum. Per d.

die 26. ¶ S. Eleutherij Papę, ꝛ martyr.
Miſſa. Statuit ei dñs teſtamentum.223
niſi venerit tempoꝛe paſchali
¶ Sácti Johánis Papę ꝛ mart.
Miſſa. Sacerdotes Dei benedicite.224
die 30. ¶ Sácti Felicis Papę ꝛ martyr.
Miſſa. Statuit ei dominus teſtamen.223
die 31. ¶ Sanctę Petronillę virginis.
Miſſa. Vultum tuum depꝛecabunt. 237.

## FESTA IVNII.

die 2 ¶ Sanctoꝛum martyrũ Marcellini, Petri, atq; Eraſmi. Introit.

ps.33 Clamauerunt iuſti, ꝛ dñs exaudiuit eos, ꝛ ex omnibus tribulationibus eoꝛum liberauit eos. ps. Benedicam dominũ in omni tempoꝛe: ſemp laus eius in oꝛe meo. ℣. Gloria. Oremus.

Deus; qui nos annua beatoꝛũ martyrũ tuoꝛũ Marcellini, Petri, atq; Eraſmi ſolénitate lętificas: pꝛęſta, q̃s: vt, quoꝛũ gaudem⁹ meritis, puocemur exéplis. Per.

Epiſtola. Non ſunt códignę.230.

ps.33. Grad. Clamauerunt iuſti, ꝛ dñs exaudiuit eos: ꝛ ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. ℣. Iuxta eſt dñs his, q tribulato ſunt coꝛde, ꝛ humiles ſpiritu ſaluabit. Haleluiah, halah. ℣. Ego vos ele-
Jo.15. gi de mundo, vt eatis, ꝛ fructum afferatis, ꝛ fructus veſter maneat. Haleluiah.

Euág. Cũ audieritis pꝛęlia.228.

ps.31 Offer. Letamini in dño, ꝛ exultate iuſti: ꝛ gloriamini omnes recti coꝛde. Secre.

Hęc hoſtia, q̃s dñe, quá in ſanctoꝛũ martyrũ tuoꝛũ natalitiis recéſentes offerim⁹, ꝛ vincula nřę pꝛauitatis abſoluat, ꝛ tuę nobis miſericoꝛdię dona cóciliet. p d.

Cómu. Iuſtoꝛum animę in manu Dei sap.3.
ſunt: ꝛ non tanget illos toꝛmentum malitię: viſi ſunt oculis inſipientium moꝛi: illi autem ſunt in pace. Poſtcommunio.

Sacro munere ſatiati ſupplices te dñe depꝛecamur: vt qđ debitę ſeruitutis celebꝛamus officio, ſaluationis tuę ſentiamus augmentum. Per dominum noſtrũ.

¶ Sanctoꝛũ martyrum Primi, ꝛ Feliciani. Introitus. 1. 9. die

Sapientiam ſanctoꝛũ eccl.44
narrent populi: ꝛ laudes eoꝛum nunciet eccleſia, nomina autem eoꝛum viuent in ſeculum ſeculi. ps. Exultate iuſti in domino, recto decet collaudatio. ℣. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ ſpiritui ſancto. Oremus.

Fac nos, quęſumus dñe, ſanctoꝛũ martyrũ tuoꝛũ Primi ꝛ Feliciani ſemp feſta ſectari: quoꝛũ ſuffragijs pꝛotectionis tuę dona ſentiamus. Per dominum no.

Epl'a. Iuſti auté in ppetuũ.229.

Grad. Confitebuntur cęli mirabilia tua ps.88
dñe: etenim veritatem tuam in eccleſia ſanctoꝛum. ℣. Miſericoꝛdias tuas dñe in ęternum cantabo, in generatione, ꝛ progenie. Halah, hal. ℣. Hęc eſt vera fraternitas, quę vicit mundi crimina, Chriſtum ſecuta eſt, inclyta tenés regna cęleſtia, Haleluiah.

Euág. Confiteoꝛ tibi pater.230.

Offertoꝛium. Mirabilis Deus in ſan ps.67
ctis ſuis, Deus Iſrael: ipſe dabit virtutem, ꝛ foꝛtitudinem plebi ſuę: benedictus Deus, Haleluiah. Secreta.

Fiat tibi, q̃s dñe, hoſtia ſacranda

da

da placabilis pretioſi celebritate
martyrij:quę, ⁊ peccata noſtra pu
rificet, ⁊ tuorum tibi vota cócilict
famulorum. Per dominũ noſtrũ.
Jo.15. Communio. Ego vos elegi de mun
do,vt eatis, ⁊ fructum afferatis, ⁊ fructus
veſter maneat. Poſtcommunio.

QUeſumus, omnipotés De⁹:
vt ſanctorum martyrum tuo
rum Primi ⁊ Feliciani cęleſtibus
myſterijs celebrata ſolennitas:in
dulgentiam nobis tuę propitiatio
nis acquirat. Per dominum no.

die 11 ¶ Sancti Barnabę apli. Intr. 2.

Ps.138



Mihi autē nimis
honorati ſunt
amici tui Deus: nimis
confortatus eſt princi
patus eorũ. Ps. Dñe
probaſti me, ⁊ cognoui
ſti me:tu cognouiſti ſeſ
ſionem meam,⁊ reſurre
ctionem meam. ℣. Gloria. Oremus.

DEus,qui nos beati Barnabę
apoſtoli tui meritis, ⁊ inter
ceſſione lętificas: concede propi
tius:vt, qui tua per eum beneficia
poſcimus,dono tuę gratię conſe
quamur. Per dominum noſtrum.

Lectio Actuum Apoſtolorum.

ca.11. IN diebus illis. Multus nũ
merus credentiũ Antiochię
conuerſus eſt ad dominum. Per
uenit autē ſermo ad aures eccleſię,
quę erat Jeroſolymis, ſup iſtis: ⁊
miſerunt Barnabā vſq; ad Antio
chiā. Qui cũ perueniſſet, ⁊ vidiſſet
gratiā Dei: gauiſus eſt. Et horta
batur oēs in propoſito cordis ma
nere in dño:quia erat vir bonus, ⁊
plenus ſpiritu ſancto, ⁊ fide. Et ap



poſita eſt multa turba dño. Profe
ctus eſt autē Tharſum,vt quęreret
Saulũ:quē cũ inueniſſet,perduxit
Antiochiā. Et annũ totũ cóuerſa
ti ſunt ibi in eccleſia: ⁊ docuerunt
turbam multam, ita vt cognomi
narentur primum Antiochię diſci
puli, Chriſtiani. Erant autem in cap.13
Eccleſia quę erat Antiochię, pro
phetę ⁊ doctores,in quibus Bar
nabas, ⁊ Simon,q vocabatur Ni
ger: ⁊ Lucius Cyrenenſis, ⁊ Ma
nahē qui erat Herodis tetrarchę
collactaneus, ⁊ Saulus. Miniſtrā
tibus autē illis dño, ⁊ ieiunātibus:
dixit illis ſpiritus ſanct⁹. Segrega
te mihi Saulum, ⁊ Barnabam in
opus,ad quod aſſumpſi eos. Tunc
ieiunantes, ⁊ orantes, imponen
teſq; eis manus,dimiſerunt illos.
Grad. In oēm terrā exiuit ſonus eorũ, ⁊ Ps.18
in fines orbis terrę verba eorum. ℣. Celi
enarrāt gloriā Dei, ⁊ opera manuũ eius an
nunciat firmamētũ. Hallā, halleluiah. ℣.
Ego vos elegi de mũdo,vt eatis, ⁊ fructum Jo.15.
afferatis, ⁊ fructus veſter maneat, hallā.

Sequētia ſancti euāg. ſm Johānē.

IN illo tempore: Dixit Jeſus ca.15.
diſcipulis ſuis. Hoc eſt pręce
ptum meum,vt diligatis inuicē,ſi
cut dilexi vos. Maiorē hac dilectio
nem nemo habet, vt animam ſuam
ponat quis pro amicis ſuis. Vos
amici mei eſtis,ſi feceritis quę ego
pręcipio vobis. Jam non dicā vos
ſeruos,quia ſeruus neſcit quid fa
ciat dominus eius. Vos autem di
xi amicos:quia omnia quęcunque
audiui a patre meo, nota feci vo
bis. Non vos me elegiſtis,ſed ego
elegi vos: ⁊ poſui vos, vt eatis, ⁊

fructũ afferatis:⁊ fruct⁹ veſter maneat:vt quodcũq; petieritis patrẽ in noie meo,det vobis. dr̃ Credo.
ps.44. Offertorium. Conſtitues eos principes ſup oẽm terrã: memores erũt nominis tui dñe,in oĩ pgenie,⁊ generatione. Sec.
MUnera domine oblata ſanctifica:⁊ intercedente beato Barnaba apoſtolo tuo,nos,per hęc a peccatorum noſtrorum maculis emunda. Per dominum no.
Pręfatio de Apoſtolis. folio 113.
mat.19 Communio. Uos,qui ſecuti eſtis me: ſedebitis ſuper ſedes, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Poſtcommunio.
SUpplices te rogamus omnipotens Deus: vt, quos tuis reficis ſacramentis, intercedente beato Barnaba apoſtolo tuo,tibi etiam placitis moribus dignanter tribuas deſeruire. Per dominuz.
die 12. ¶ SS.martyrũ Baſilidis,Cyrini,Naboris,⁊ Nazarij. Introit. 3.
ps.78. INtret in conſpectu tuo dñe gemitus cõpeditorũ: redde vicinis noſtris ſeptuplũ in ſinu eoruz: vindicã ſanguinem ſanctoruz tuorũ, qui effuſus eſt. ps. Deus venerunt gẽtes in hereditatem tuam: polluerunt tẽplum ſanctum tuum: poſuerunt Jeruſalem in pomorum cuſtodiam. ℣. Gloria patri,⁊ filio. Oremus.
SAnctorum martyrum tuorũ Baſilidis, Cyrini, Naboris, atq; Nazarij, quęſumus domine, natalitia nobis votiua reſplẽdeãt: ⁊, quod illis contulit excellentia ſempiterna:fructibus noſtrę deuotionis accreſcat. Per dominuz no.

Epla. Rememoramini priſti. 229
ps.78. Grad. Uindica dñe ſanguinem ſanctorum tuorum,qui effuſus eſt. ℣. Poſuerũt mortalia ſeruorum tuorũ, eſcas volatilibus cęli, carnes ſanctorum tuorum beſtijs terrę.
eccl.44 Halaḃ, hal. ℣. Corpora ſanctoruz in pace ſepulta ſunt, ⁊ nomina eorum viuent in generatione,⁊ generationem. Haleluiaḃ.
Euãg. Sedẽte Jeſu ſuper mõtẽ Oliueti. de eodez communi fol. 229.
ps.149 Offertorium. Exultabũt ſancti in gloria,lętabuntur in cubilibus ſuis : exaltationes Dei in faucibus eorum. Secreta.
PRo ſanctorum tuoruz Baſilidis,Cyrini,Naboris, atque Nazarij ſanguine venerando, hoſtias tibi dñe ſolẽniter immolam⁹, tua mirabilia pertractantes: per quẽ talis eſt pfecta victoria. Per d.
ps.78 Cõmunio. Poſuerunt mortalia ſeruorum tuorum,domine,eſcas volatilibus cęli,carnes ſanctorũ tuorũ beſtijs terrę:ſecundum magnitudinem brachij tui poſſide filios morte punitorum. Poſtcommu.
SEmper domine ſanctorum martyrum tuoruz Baſilidis, Cyrini,Naboris,atq; Nazarij, ſolennia celebrantes: pręſta quęſumus:vt, eorum patrocinia iugiter ſentiamus. Per dominum noſtrũ.
¶ In feſto ſancti Baſilij epiſcopi, ⁊ confeſſoris. Introitus. 6.



eccl.15 IN medio Eccleſię aperuit os ei⁹, ⁊ impleuit eum dñs ſpiritu ſapientię, ⁊ intellectus:ſtolam glorię induit euz.
ps.19. ps. Bonum eſt confiteri domino, ⁊ pſallere nomini tuo altiſſime. ℣. Gloria patri. Oremus.
Exaudi

Exaudi, queſumus domine, preces noſtras: quas in beati Baſilij confeſſoꝛis tui atqꝫ pontificis ſolennitate deferimus: ꝛ, qui tibi digne meruit famulari, eius intercedentibus meritis, ab omnibus nos abſolue peccatis. Per d.

Lectio eplē btī Pauli apli ad Timo.

2. ca. 4 Chariſſime. Teſtificoꝛ coꝛā Deo ꝛ Chriſto Jeſu, qui iudicaturus eſt viuos ꝛ moꝛtuos, per aduentum ipſius, ꝛ regnum eius: pꝛedica verbum, inſta oppoꝛtune, impoꝛtune: argue, obſecra, increpa ī omni patientia ꝛ doctrina. Erit enim tempus, cum ſanam doctrinam nō ſuſtinebunt: ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros pꝛurientes auribus: ꝛ a veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Tu vero vigila, in omnibus laboꝛa, opus fac euangeliſtę, miniſterium tuum imple, ſobꝛius eſto. Ego enim iam delibor: ꝛ tempus reſolutionis meę inſtat. Bonum certamen certaui, curſuꝫ conſummaui, fidem ſeruaui. In reliquo, repoſita eſt mihi coꝛona iuſtitię, quam reddet mihi dominus in illa die iuſtus iudex: non ſolum autē mihi, ſed ꝛ iis, qui diligunt aduentum eius.

Graduale. Os iuſti meditabitur ſapiētiam: ꝛ lingua eius loquetur iudicium. Ps. 36

℣. Lex Dei eius in coꝛde ipſius: ꝛ nō ſupplantabuntur greſſus eius. Haleluiah, haleluiah. ℣. Inueni Dauid ſeruum meum: oleo ſancto meo vnxi eum. Haleluiah. Ps. 88.

Sequētia ſancti euāg. ſḿ Lucam.

ca. 14. In illo tempoꝛe: Dixit Jeſus turbis. Si quis venit ad me, ꝛ non odit patrem ſuum, ꝛ matrē, ꝛ vxoꝛem, ꝛ filios, ꝛ fratres, ꝛ ſoroꝛes, adhuc autē ꝛ animā ſuaꝫ: non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et qui non baiulat crucem ſuam, ꝛ venit poſt me: non poteſt meus eſſe diſcipulus. Quis enim ex vobis volens turrim ędificare, non pꝛius ſedēs cōputat ſumptus qui neceſſarij ſunt, ſi habeat ad perficiēdū: ne, poſtquā poſuerit fundamentum, ꝛ nō potuerit perficere, omnes qui vident, incipiant illūdere ei, dicētes: quia hic homo cępit ędificare, ꝛ non potuit conſummare? Aut quis rex iturus committere bellum aduerſus alium regem, nō ſedēs, pꝛius cogitat, ſi poſſit cū decē millibus occurrere ei, qui cū viginti millibus venit ad ſe? Alioquin, adhuc illo longe agēte, legationē mittens, rogat ea quę pacis ſunt. Sic ergo omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus quę poſſidet: non poteſt meus eſſe diſcipulus. Bonum eſt ſal. Si autem ſal quoque euanuerit: in quo condietur? Neque in terram, neque in ſterquilinium vtile eſt: ſed foꝛas mittetur. Qui habet aures audiēdi, audiat. dicitur Credo.

Offertoꝛium. Veritas mea, ꝛ miſericoꝛdia mea cum ipſo: ꝛ in nomine meo exaltabitur coꝛnu eius. Ps. 88

Secreta.

Sancti Baſilij cōfeſſoꝛis tui atque pōtificis, queſumus dñe, annua ſolennitas pietati tuę nos reddat acceptos: vt, p hęc pię placationis officia, ꝛ illuꝫ beata retributio comitet, ꝛ nobis gratię tuę dona conciliet. Per dominum no.

mat.25 Cōm. Fidelis ſeruus & prudens, quem conſtituit dñs ſuper familiam ſuam: vt det illis in tempore tritici menſuras. Poſtc.

Deus fidelium remunerator animarū, preſta: vt beati Baſilij confeſſoris tui atq; pontificis, cuius venerandam celebramus feſtiuitatem, precibus indulgentiam conſequamur. Per dominum no.

die.15 ¶ Sanctorū martyrū Uiti, Modeſti, atque Creſcentię.

Introitus. 2.



ps.33 Multę tribulationes iuſtorum: & de his omnibus liberauit eos dominus: dominus cuſtodit omnia oſſa eorum, vnum ex his non conteretur. ps. Benedicam dominum in omni tempore: ſemper laus eius in ore meo. ℣. Gloria patri. Oremus.

Da eccleſię tuę: quęſumus domine, ſanctis martyrib9 tuis, Uito, Modeſto, atque Creſcentia intercedentibus, ſuperbe non ſapere: ſed tibi placita humilitate proficere: vt proterua deſpiciens, quęcūq; matura ſunt, libera exerceat charitate. Per dominum noſtrū.

Epla. Iuſtificati ex fide, pacē.230.

ps.149 Graduale. Exultabūt ſancti in gloria: lętabuntur in cubilibus ſuis. ℣. Cantate domino canticum nouum: laus eius in eccleſia ſanctorum. Haleluiah, haleluiah.

ps.144 ℣. Sancti tui domine benedicent te: gloriam regni tui dicent, Haleluiah.

Euangeliū. Qui vos audit.231.

ps.67 Offer. Mirabilis deus in ſanctis ſuis, Deus Iſrael: ipſe dabit virtutem, & fortitudinem plebi ſuę: benedictus deus. Sec.

Sicut gloriam diuinę potētię munera pro ſanctis oblata teſtantur: ſic nobis effectum domine tuę ſaluationis impendāt. Per.

Communio. Iuſtorum animę in manu dei ſunt: & non tanget illos tormentum malitię: viſi ſunt oculis inſipientium mori: illi autem ſunt in pace. Poſtcommunio.

Refecti dñe, benedictione ſolenni, quęſumus: vt, per interceſſionem ſanctorum martyrū tuorum Uiti, Modeſti, & Creſcentię medicina ſacramēti, & corporibus noſtris proſit, & mentibus. Per d.

¶ Sanctorum martyrum Marci, & Marcelliani. Introitus. 1. die.18

Salus iuſtorum a dño: & protector eorum eſt in tempore tribulationis. ps. Noli ęmulari in malignātibus, neque zelaueris faciētes iniquitatem. ℣. Gloria patri, & filio. Oremus. ps.36

Preſta, qs, ops De9: vt qui ſanctorū martyrum tuorū Marci & Marcelliani natalitia colim9: a cūctis malis imminētibus, eorū interceſſionibus liberemur. Per.

Epiſtola. Iuſtorum animę.228.

Graduale. Iuſtor animę in manu dei ſunt, & non tanget illos tormentum malitię. ℣. Uiſi ſunt oculis inſipientium mori: illi autem ſunt in pace. Haleluiah, haleluiah. ℣. Hęc eſt vera fraternitas, quę nunquam potuit violari certamine: qui effuſo ſanguine ſecuti ſunt dominum. Haleluiah.

Euang. Uę vobis qui ędific.231.

Offertorium. Anima noſtra, ſicut paſſer, erepta eſt de laqueo venantium: laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. Sec. ps.113

Munera

Munera tibi dñe dicata ſanctifica: ⁊ intercedẽtibus ſanctis martyribus tuis Marco ⁊ Marcelliano, per eandem nos placatus intende. Per dominum no.

Mat. 19 Cõm. Amen dico vobis: q vos q reliquiſtis omnia, ⁊ ſecuti eſtis me, centuplũ accipietis, ⁊ vitã eternã poſſidebitis. Poſtc.

Salutaris tui domine munere ſatiati ſupplices exoram⁹: vt quorũ letamur guſtu renouemur effectu. Per dominum noſtrũ Je.

die 19. ¶ Sanctorum martyrum Geruaſij, ⁊ Protaſij. Introitus. 3.



ps. 84 Loquetur dominus pacem in plebem ſuam, ⁊ ſuper ſanctos ſuos, ⁊ in eos qui conuertuntur ad ipſum. ps. Benedixiſti domine terram tuam, auertiſti captiuitatem Jacob. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Oremus.

Deus, qui nos annua ſanctorũ martyrũ tuorũ Geruaſij, ⁊ Protaſij ſolennitate letificas: concede propitius: vt, quorũ gaudem⁹ meritis, accẽdamur exẽplis. Per.

Epla. Cõmunicãtes Chriſti. 226.

Exo. 15. Grad. Glorioſus Deus in ſanctis ſuis: mirabilis in maieſtate, faciẽs prodigia. ℣. Dextera tua dñe glorificata eſt in virtute: dextera manus tua confregit inimicos. Halleluiah, hal. ℣. Hec eſt vera fraternitas, que vicit mundi crimina: Chriſtum ſecuta eſt, inclyta tenẽs regna celeſtia. Halleluiah.

Euãg. Deſcendẽs Jeſus de. 229.

ps. 31 Offer. Letamini in dño, ⁊ exultate iuſti: ⁊ gloriamini omnes recti corde. Secre.

Oblatis, queſum⁹ domine, placare muneribus: ⁊ intercedẽtibus ſanctis tuis, a cũctis nos defende periculis. Per dominum no.

Communio. Poſuerunt mortalia ſeruorum tuorum domine eſcas volatilib⁹ celi: carnes ſanctorum tuorum beſtijs terre: ſecundum magnitudinem brachij tui poſſide filios morte punitorum. Poſtcom.

Hec nos communio dñe purget a crimine: ⁊ intercedentibus ſanctis martyribus tuis Geruaſio ⁊ Protaſio: celeſtis remedij faciat eſſe conſortes. Per dominũ.

¶ Sancti Siluerij Pape, ⁊ martyris. Introitus. 1. die 20



Statuit ei dominus teſtamentum pacis, ⁊ principem fecit eum, vt ſit illi ſacerdotij dignitas in eternũ. ps. eccl. 45

Memento domine David, ⁊ omnis manſuetudinis eius. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſan. Oremus. ps. 131

Infirmitatẽ nr̃am reſpice op̃s Deus, ⁊ q̃a pondus ꝓprie actionis grauat, beati Siluerij martyris tui atq; pontificis, interceſſio glorioſa nos protegat. Per dñm.

Lẽc. epiſtole beati Jude apoſtoli.

Chariſſimi: Memores eſtote verborum, que predicta ſunt ab Apoſtolis domini noſtri Jeſu Chriſti: qui dicebant vobis, qm̃ in nouiſſimis temporibus venient illuſores, ſecundũ deſideria ſua ambulantes in impietatibus. Hi ſunt q ſegregãt ſemetipſos, animales, ſpiritũ non habentes. Uos autẽ chariſſimi, ſuperedificãtes voſmetipſos ſanctiſſime noſtre fidei, in ſpiritu ſancto orantes, voſmetipſos in dilectione cap. 1

dilectione Dei ſeruate: expectātes miſericordiam domini noſtri Jeſu Chriſti in vitam ęternam.

ps.88. **Grad.** Inueni David ſeruū meū, oleo ſancto meo vnxi eū: manus enim mea auxiliabitur ei: ⁊ brachium meum cōfortabit eū. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: ⁊ filius iniquitatis non nocebit ei. Halleluiah, halleluiah. ℣. Tu es ſacerdos in ęternum, ſm̄ ordinem Melchiſedech. Halleluiah.

ps.109

**Sequētia ſancti euāg. ſm̄ Lucam.**

ca.14. In illo tempore. Dixit Jeſus turbis. Si quis venit ad me, ⁊ non odit patrem ſuum, ⁊ matrē, ⁊ vxorem, ⁊ filios, ⁊ fratres, ⁊ ſorores, adhuc autē ⁊ animā ſuam, nō poteſt meus eſſe diſcipul⁹. Et qui non baiulat crucem ſuam, ⁊ venit poſt me: non poteſt meus eſſe diſcipulus. Quis enim ex vobis volēs turrim ędificare, non prius ſedēs computat ſumptus qui neceſſarij ſunt, ſi habeat ad perficiendū, ne poſtquā poſuerit fundamētū, ⁊ nō potuerit perficere, omnes qui vident, incipiant illudere ei, dicētes: quia hic homo cępit ędificare: ⁊ non potuit cōſummare? Aut quis rex iturus committere bellum aduerſus aliū regē, non ſedens, prius cogitat, ſi poſſit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad ſe? Alioquin, adhuc illo longe agente, legationem mittens, rogat ea quę pacis ſunt. Sic ergo, omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus quę poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.

ps.88 **Offertorium.** Veritas mea, ⁊ miſericordia mea cum ipſo: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. **Secreta.**

Hoſtias tibi dn̄e, beati Silueſtrij martyris tui atq; pontificis dicatas meritis benignus aſſume: ⁊ ad perpetuum nobis tribue prouenire ſubſidiū. Per do.

**Cōmu.** Semel iuraui in ſancto meo: ſemē eius in ęternū manebit: ⁊ ſedes ei⁹ ſicut ſol in cōſpectu meo: ⁊ ſicut luna perfecta in ęternum, ⁊ teſtis in cęlo fidelis. ps.88 **Poſtcō.**

Refecti participatione muneris ſacri, q̄s, dn̄e De⁹ noſter: vt, quorum exequimur cultū, ſentiamus effectum. Per dominum.

¶ **Sancti Paulini Epiſcopi, ⁊ confeſſoris. Introitus.** I. die 22.



Statuit ei dominus teſtamentū pacis, ⁊ principē fecit eum, vt ſit illi ſacerdotij dignitas in ęternum. **ps.** Memēto domine David, ⁊ omnis manſuetudinis eius. eccl.45

℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpi. **Oremus.**

Da, q̄s, om̄ps De⁹: vt beati Paulini confeſſoris tui atq; pōtificis venerāda ſolennitas, ⁊ deuotionē nobis augeat, ⁊ ſalutē. Per.

**Lcō ep̄l'ę beati Pauli ap̄li ad Cor.**

Fratres: Scitis gratiam domini noſtri Jeſu Chriſti: quoniā propter vos egenus factus eſt, cū eſſet diues: vt illi⁹ inopia vos diuites eſſetis. Et conſiliū in hoc do. Hoc eniz vobis vtile eſt: qui nō ſolū facere, ſed ⁊ velle cępiſtis ab anno priore. Nūc vero, ⁊ facto perficite: vt quēadmodū promptus eſt animus voluntatis: ita ſit ⁊ perficiendi ex eo quod habetis. Si eniz voluntas prompta eſt, ſecundū id 2. cap.8

quod

quod habet accepta eſt, non ſecundum id quod non habet. Nõ enim vt alijs ſit remiſſio, vobis aũt tribulatio: ſed ex ęqualitate. In pręſenti tempore, veſtra abundãtia illorum inopiam ſuppleat: vt, ⁊ illorũ abũdantia veſtrę inopię ſit ſupplemẽtum, vt fiat ęqualitas, ſicut ſcriptũ eſt. Qui multum, non abundauit, ⁊ qui modicum, non minorauit.

Grad. Ecce ſacerdos magnus, q in diebus ſuis placuit Deo. ℣. Non eſt inuent⁹ ſimilis illi, qui conſeruaret legem excelſi. Haleluiah, halah. ℣. Tu es ſacerdos in ęternum ſm ordinem Melchiſedech. Mat.

Sequẽtia ſancti euãg ſm Lucam.

cap. 12 In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Nolite timere puſillus grex, quia complacuit patri veſtro dare vobis regnum. Vẽdite quę poſſidetis, ⁊ date eleemoſynam. Facite vobis ſacculos qui non veteraſcunt, theſaurum non deficientem in cęlis: quo fur non appropiat, neque tinea corrumpit. Ubi enim theſaurus veſter eſt, ibi ⁊ cor veſtrum erit.

Offertorium. Inueni David ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum, manus enim mea auxiliabitur ei: ⁊ brachium meũ confortabit eum. Secreta.

Sancti tui, q̃s dñe, nos vbiq; lętificẽt: vt dũ eorũ merita recolimus, patrocinia ſentiamus. Per.

Commu. Fidelis ſeruus ⁊ prudẽs, quẽ conſtituit dñs ſuper familiã ſuã: vt det illis in tempore tritici menſuram. Poſtcom.

Preſta, quęſumus, omnipotẽs Deus: vt, de perceptis muneribus gratias exhibentes, intercedẽte beato Paulino cõfeſſore tuo atq; pontifice: beneficia potiora ſumamus. Per dominum noſtrum.

## In Vigilia Nat. ſancti Johanis Baptiſtę. Introitus. die 23.

Ne timeas Zacharia: Luc. 1. exaudita eſt oratio tua, ⁊ Eliſabeth vxor tua pariet tibi filium: ⁊ vocabis nomen ei⁹ Johannem: ⁊ erit magn⁹ coram domino: ⁊ ſpiritu ſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuę: ⁊ multi in natiuitate eius gaudebunt. Ps. Domine in virtute tua lętabitur rex: ⁊ ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer. ℣. Gloria patri. Oremus.

Preſta, q̃s, omnipotẽs Deus: vt familia tua per viaꝫ ſalutis incedat: ⁊ beati Johannis pręcurſoris hortamenta ſectando, ad eũ; quem pręd ixit, ſecura perueniat, Dñm noſtrum Jeſum Chriſtuꝫ filium tuũ. Qui tecum viuit ⁊ regn.

Secunda oratio de ſancta Maria.

Concede. tertia Eccleſia. vel p papa. Deus omnium fidelium. 130.

Lectio Jeremię prophetę.

In diebus illis. Factũ eſt verbum domini ad me, dicens. cap. 1 Priuſquã te formarẽ in vtero, noui te: ⁊ antequam exires de vuluã, ſanctificaui te: ⁊ prophetaꝫ in gentib⁹ dedi te. Et dixi, a, a, a, domine Deus: ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum. Et dixit dñs ad me. Noli dicere, Puer ſum: qm̃ ad omnia q̃ mittã te, ibis: ⁊ vniuerſa, quę mãdauero tibi, loquẽris. Ne timeas a facie eorũ: qa ego tecũ ſum, vt eruã te, dicit dñs. Et miſit dñs manum ſuam, ⁊ tetigit os meũ: ⁊ dixit dominus

min⁹ ad me. Ecce, dedi verba mea in ore tuo. Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, ⁊ ſup regna, vt euellas, ⁊ deſtruas, ⁊ diſperdas, ⁊ diſſipes, ⁊ ędifices, ⁊ plantes: Dicit dominus omnipotens.

Jo. 1. Graduale. Fuit homo miſſus a Deo, cui nomen erat Johannes. ℣. Hic venit vt teſtimonium perhiberet de lumine, parare domino plebem perfectam.

Initium ſci euangelij ſm Lucam.

cap. 1 FUit in diebus Herodis regis Judeę ſacerdos quidam nomine Zacharias, de vice Abia: ⁊ vxor illius de filiabus Aaron, ⁊ nomen illius Eliſabeth. Erant autem iuſti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis ⁊ iuſtificationibus Domini ſine querela: ⁊ non erat illis filius, eo ꝙ Eliſabet eſſet ſterilis, ⁊ ambo proceſſiſſent in diebus ſuis. Factum eſt autem, cū ſacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis ſuę ante Deum, ſecundum conſuetudinem ſacerdotij, ſorte exijt vt incenſum poneret, ingreſſus in templū dñi. Et omnis multitudo populi erat orans foris, hora incẽſi. Apparuit autẽ illi Angelus dñi, ſtans a dextris altaris icẽſi. Et Zacharias turbatus eſt, videns: ⁊ timor irruit ſuper eum. Ait autem ad illum Angel⁹. Ne timeas Zacharia: quoniã exaudita eſt depcatio tua. Et vxor tua Eliſabeth pariet tibi filium: ⁊ vocabis nomen eius Johannem. Et erit tibi gaudium ⁊ exultatio: ⁊ multi in Natiuitate eius gaudebunt. Erit enim magnus corã dño: vinum ⁊ ſiceram non bibet. Et ſpiritu ſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuę: ⁊ multos filiorū Iſrael conuertet ad dñm Deū ipſorū. Et ipſe pręcedet ante illū in ſpiritu ⁊ virtute Elię: vt conuertat corda patrum in filios: ⁊ incredulos ad prudentiam iuſtorum: parare domino plebem perfectam.

Offertorium. Gloria ⁊ honore coro- 8 pſa.
naſti eum, ⁊ conſtituiſti eū ſuper opera manuum tuarum domine.

Secreta.

MUnera domine oblata ſanctifica: ⁊ intercedente beato Johanne Baptiſta, nos per hęc a peccatorum noſtrorū maculis emūda. Per dominum noſtrū Jeſum.

Commu. Magna eſt gloria eius in ſalu- 20. pſa.
tari tuo: gloriam, ⁊ magnum decorē impones ſuper eum, domine.

Poſtcommu.

BEati Johãnis Baptiſtę nos domine pręclara comitetur oratio: ⁊ quem venturū eſſe pędixit, poſcat nobis fore placatum dominum noſtrum Jeſum Chriſtū.

In Natiuitate S. Johannis Baptiſtę. die 24
Introitus. I.



Iſa. 49 DE ventre matris meę vocauit me dominus nomine meo: ⁊ poſuit os meum vt gladium acutum: ⁊ ſub tegumento manus ſuę protexit me: ⁊ poſuit me quaſi ſagittam electam. Pſ. Bonum eſt confiteri domino, ⁊ pſallere nomini tuo altiſſime. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui.

Dicit. Gloria i excelſis. Oratio.

DEus, qui pręſentem diem hono-

notabilem nobis in beati Johan-
nis Natiuitate feciſti: da populis
tuis ſpiritualium gratiaȝ gaudio-
rum: ⁊ omniũ fideliũ mentes diri-
ge in viam ſalutis ęternę. Per do.

Lectio Iſaię prophetę.

ca.49. HÆc dicit dominus. Audite in
ſulę, ⁊ attendite populi de lõ
ge. Dominus ab vtero vocauit me
de ventre matris meę recordatus
eſt nominis mei. Et poſuit os meũ
quaſi gladium acutum. In vmbra
manus ſuę protexit me: ⁊ poſuit
me quaſi ſagittam electaȝ. In pha
retra ſua abſcõdit me: ⁊ dixit mihi.
Seru⁹ meus es tu, Iſrael, qa in te
gloriabor. Et nũc hęc dicit dñs, for
mans me ex vtero ſeruũ ſibi. Dedi
te in lucẽ gentiuȝ, vt ſis ſalus mea,
vſqȝ ad extremum terrę. Reges vi
debunt, ⁊ conſurgent principes,
⁊ adorabunt dominũ Deum tuũ,
⁊ ſanctum Iſrael, qui elegit te.
Jer.1. Grad. Priuſquã te formarẽ in vtero, no
ui te: ⁊ anteq̃ꝫ exires de vẽtre, ſanctificaui
te. ℣. Miſit dñs manum ſuam, ⁊ tetigit os
Lu.1. meũ: ⁊ dixit mihi. Halab, halab. ℣. Tu
puer propheta altiſſimi vocaberis: preibis
ante dominum parare vias ei⁹. Haleluiah.

Sequẽtia ſancti euãg. ſm Lucam.

ca.1 ELiſabeth impletum eſt tem-
pus pariendi: ⁊ peperit filiũ.
Et audierũt vicini ⁊ cognati eius,
quia magnificauit dñs miſericor-
diã ſuã cũ illa: ⁊ congratulabãtur
ei. Et factũ eſt: in die octauo vene-
runt circũcidere puerum: ⁊ voca-
bant eum nomine patris ſui, Za-
chariã. Et reſpõdens mater eius,
dixit: Nequaquaȝ: ſed vocabitur
Johãnes. Et dixerũt ad illã: Quia
nemo eſt in cognatione tua, q vo-
cetur hoc nomine. Innuebant au
tẽ patri eius, quẽ vellet vocari eũ.
Et poſtulans pugillarem, ſcripſit,
dicens. Johannes eſt nomẽ eius.
Et mirati ſunt vniuerſi. Apertuȝ
eſt autẽ ilico os eius, ⁊ lingua eius:
⁊ loquebatur, benedicẽs Deũ. Et
factus eſt timor ſuper oẽs vicinos
eorũ: ⁊ ſuper omnia montana Iu-
dęę diuulgabantur oĩa verba hęc.
Et poſuerunt oẽs, qui audierãt, in
corde ſuo, dicentes, Quis putas
puer iſte erit? Etenim manus dñi
erat cum illo. Et Zacharias pater
eius repletus eſt Spiritu ſancto: ⁊
prophetauit, dicens. Benedictus
dominus Deus Iſrael: quia viſita
uit ⁊ fecit redemptionẽ plebis ſuę.
Non dicitur Credo. niſi venerit in do-
minica, aut infra octauam corporis Chriſti:
vel in Eccleſia propria: ſed in octaua dici
tur propter octauam Apoſtolorum.

Offertorium.

Iuſtus, vt palma florebit: ſicut cedrus Ps.91
quę in Libano eſt multiplicabit. Secre.

TUa dñe muneribus altaria cu
mulamus: illius natiuitatẽ ho
nore debito celebrantes, qui ſalua
torem mundi, ⁊ cecinit affuturuȝ,
⁊ adeſſe monſtrauit, dñm noſtruȝ
Ieſum Chriſtũ filiuȝ tuũ. Qui tec.
Communio. Tu puer propheta altiſſi Lu.1
mi vocaberis: preibis enim ante faciem do
mini, parare vias eius. Poſtcommu.

SUmat eccleſia tua Deus bea
ti Johãnis Baptiſtę genera-
tione lętitiã: per quẽ ſuę regeneratio
nis cognouit auctorẽ dñm noſtrũ
Ieſum Chriſtuȝ filiũ tuuȝ. Qui te-
cum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpir.

¶ Infra octauam S. Johannis Baptiſtę ⁊ in ipſo die oct. fit idem offiñ, quod in die. Sed infra Octauam poſt orationem diei dicitur ſecunda Oratio de ſancta Maria. Concede. 130. tertia cõtra perſecutores eccleſię, vel ꝑ papa. Deus omniũ.

die 26 ¶ In feſto ſanctorum martyrum Johannis, ⁊ Pauli. Introitus. 2.

ps. 33



Multę tribulationes iuſtorum: ⁊ de his omnibus liberauit eos dominus: dominus cuſtodit omnia oſſa eorum, vnũ ex his non conteretur. Ps. Benedicam dominum in omni tempore: ſemper laus eius in ore meo. ℣. Gloria patri. Oremus.

Quęſumus, omnipotẽs Deus: vt nos geminata lętitia hodiernę feſtiuitatis excipiat: quę de beatorum martyrum Johannis ⁊ Pauli glorificatione ꝓcedit, quos eadem fides ⁊ paſſio, vere fecit eſſe germanos. Per dominum no.

Secunda oratio de ſancto Johanne. Deus q̃ pręſentem diem. fo. 191. Tertia de ſancta Maria. Concede.

Epl̃a. Hi ſunt viri miſericordię. vt in oct. Apoſtoloꝝ Petri ⁊ Pauli. 195

ps. 132 Grad. Ecce quàm bonũ, ⁊ quàm iucundum, habitare fratres in vnum. ℣. Sicut vnguentum in capite, quod deſcendit in barbam, barbam Aaron. Halah, halah. ℣. Hęc eſt vera fraternitas, quę vicit mundi crimina: Chriſtum ſecuta eſt; inclyta tenens regna cęleſtia. Haleluiah.

Euãg. Attendite a fermento pharisęorum. de cõi plurium marty. 231.

ps. 9 Offerto. Gloriabũtur in te omnes, qui diligunt nomen tuum, quoniã tu domine benedices iuſto: domine, vt ſcuto bonę voluntatis tuę, coronaſti nos. Secreta.

Hoſtias tibi, dñe, ſanctorũ martyrum tuorum Johannis, ⁊ Pauli dicatas meritis benign⁹ aſſume: ⁊ ad perpetuũ nobis tribue prouenire ſubſidium. Per domi.

Communio. Et ſi coram hominibus tormenta paſſi ſunt, Deus tentauit eos, tã quam aurũ in fornace probauit eos, ⁊ quaſi holocauſta accepit eos. Poſtcommu.

Sumpſim⁹ dñe, ſanctorũ martyrũ tuorũ Johãnis ⁊ Pauli ſolennia celebrantes, ſacramenta cęleſtia: pręſta, q̃s: vt, quod temporaliter gerim⁹, ęternis gaudijs conſequamur. Per dominum no.

¶ Si ſequens feſtum ſancti Leonis venerit in Dominica, transfertur poſt octauam Apoſtolorum, ⁊ miſſa dicitur de dominica cum commemora. S. Johannis: ⁊ vigilia Apoſtolorum fit in ſabbatho. Quocunque vero alio die venerit, fit de feſto cum commemo. S. Johannis, ⁊ vigilię. In eccleſijs autem collegiatis dñr duę miſſę, vna de feſto, cum commem. S. Johannis, ⁊ S. Marię, alia de vigilia cum comme. S. Marię. Concede nos famulos. folio. 130. ⁊ Eccleſię tuę. vel pro Papa.

¶ S. Leonis Papę, ⁊ confeſſoris. die 28.

Miſſa. Sacerdotes tui domine induant. de communi. folio 226. pręter orationem quę dicitur vt infra. Oratio.

Deus, qui beatum Leonẽ pontificem tuum ſanctoꝝ tuoꝝ meritis coęquaſti: cõcede propitius: vt, qui commemorationis eius feſta percolimus, vitę quoq; imitemur exempla. Per dominum noſtrum. Secr.

Annue nobis, quęſumus domine,

ne, vt interceſſione beati Leonis, hęc nobis proſit oblatio, quam immolando, totius mūdi tribuiſti relaxari delicta. Per dñm. Poſtcō.

Deus, q animę famuli tui Leonis ęternę beatitudinis pręmia contuliſti: concede propitius: vt, qui peccatorum noſtrorū pondere pręmimur, eius apud te precibus ſubleuemur. Per dominum.

die 28. ¶ In Vigilia Apoſtolorum Petri, ꝛ Pauli. Introitus.

Jo. 21 Dicit dñs Petro, Cū eſſes iunior, cingebas te, ꝛ ambulabas vbi volebas: cum autem ſeneris, extendes manus tuas, ꝛ alius te cinget, ꝛ ducet quo tu non vis: hoc autem dixit, ſignificans qua morte clarificaturus eſſet deū. ps. Cęli enarrant gloriam Dei: ꝛ opera manuum eius annunciat firmamentum. ℣. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ ſpiritui. Non di. Gloria in excelſis Deo. Oremus. Preſta, queſumus, omnipotēs Deus: vt nullis nos permittas perturbationibus cōcuti, quos in apoſtolicę confeſſionis petra ſolidaſti. Per dominum noſtrum.

Secunda oratio de S. Maria. Concede. vel Eccleſię. vel pro papa. Deus oīum.

Lectio Actuum Apoſtolorum.

ca. 3. In diebus illis. Petrus ꝛ Johannes aſcendebant in templum, ad horam orationis nonam. Et quidam vir, qui erat claudus ex vtero matris ſuę, baiulabatur: quē ponebant quotidie ad portam templi, quę dicit̄ Specioſa, vt peteret eleemoſynā ab introeūtibus in téplū. Is cū vidiſſet Petrū ꝛ Johānē incipiētes introire in téplū: rogabat vt eleemoſynā acciperet. Intuēs autē in eū Petr⁹ cū Johāne, dixit. Reſpice in nos. At ille intendebat in eos, ſperās ſe aliquid accepturū ab eis. Petr⁹ autē dixit. Argētū ꝛ aurū non eſt mihi: quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine Jeſu Chriſti Nazareni: ſurge, ꝛ ambula. Et apprehenſa manu eius dextera, alleuauit eum: ꝛ protinus conſolidatę ſunt baſes eius, ꝛ plantę. Et exiliens, ſtetit, ꝛ ambulabat: ꝛ intrauit cum illis in templum, ambulans, ꝛ exiliens, ꝛ laudās Deum. Et vidit omnis populus eum ambulantem, ꝛ laudātem Deū. Cognoſcebant autē illū, quoniā ipſe erat qui ad eleemoſynā ſedebat ad ſpecioſam portā templi: ꝛ repleti ſunt omnes ſtupore, ꝛ extaſi, in eo quod contigerat illi.

Grad. In omnem terram exiuit ſonus eorum: ꝛ in fines orbis terrę verba eorum. ℣. Cęli enarrant gloriam Dei, ꝛ opera manuum eius annunciat firmamentum.

Sequētia ſcti euāg. ſm Johānem.

In illo tempore: Dixit Jeſus ca. 21. Simoni Petro. Simon Johannis diligis me plus his? Dicit ei. Etiam dñe: tu ſcis quia amo te. Dicit ei. Paſce agnos meos. Dicit ei iterū. Simon Johannis diligis me? Ait illi. Etiā dñe: tu ſcis qa amo te. Dicit ei. Paſce agnos meos. Dicit ei tertio: Simon Johānis amas me? Cōtriſtat⁹ eſt Petrus, quia dixit ei tertio, amas me? ꝛ dixit ei. Domine, tu omnia noſti, tu ſcis quia amo te. Dicit ei. Paſce oues meas. Amen

Amen, amen dico tibi: cum eſſes iu-
nior, cingebas te, ⁊ ambulabas
vbi volebas. Cum autem ſenue-
ris, extendes manus tuas, ⁊ alius
te cinget, ⁊ ducet quo tu non vis.
Hoc autem dixit, ſignificans qua
morte eſſet clarificaturus Deum.
Ps. 138 Offertorium. Mihi autem nimis ho
norificati ſunt amici tui Deus: nimis con
fortatus eſt principatus eorum. Secre.
Munus populi tui quęſumus
domine, apoſtolica interceſ-
ſione ſanctifica: noſq; a peccatorũ
noſtrorum maculis emunda. Per.

Communio.

Io. 21. Simon Iohannis diligis me plus his?
Domine, tu omnia noſti: tu ſcis domine,
quia amo te. Poſtcommunio.

Quos cęleſti domine alimẽto
ſatiaſti: apoſtolicis interceſ-
ſionibus ab omni aduerſitate cu-
ſtodi. Per dominum noſtrum. ⁊c.

die 29. IN FESTO

SS. Apoſtolorũ Petri, ⁊ Pauli.



Prima. CIↃIↃLXXVI. in ecclesia Annuntiatae. Romae.

Introitus. I.

Act. 12. Nunc ſcio vere, quia miſit domin⁹
angelum ſuum: ⁊ eripuit me de
manu Herodis, ⁊ de omni expe-
ctatione plebis Iudęorum. Ps. Domine,
probaſti me, ⁊ cognouiſti me: tu cognoui-
ſti ſeſſionem meam, ⁊ reſurrectionem meã.
℣. Gloria patri, ⁊ filio. Oremus.

Deus, qui hodiernam diem
apoſtolorum tuorum Petri
⁊ Pauli martyrio conſecraſti: da
eccleſię tuę, eorum in omnibus ſe-
qui pręceptum, per quos religio-
nis ſumpſit exordium. Per dñm.
Et non fit cõmem. de S. Paulo, quia ora-
tio eſt cõis: nec oct. S. Iohãnis Baptiſtę.

Lectio Actuum Apoſtolorum.

In diebus illis: Miſit Hero- Ca. 12.
des rex manus vt affligeret
quoſdam de Eccleſia. Occidit au-
tem Iacobum fratrẽ Iohannis
gladio. Videns autem quia placẽ
ret Iudęis, appoſuit vt apprehẽ-
deret ⁊ Petrũ. (Erãt autem dies
Azymorũ.) Quẽ cũ apprehẽdiſſet,
miſit in carcerem: tradẽs quatuor
quaternionibus militũ cuſtodiẽ
dum: volens poſt paſcha producẽ
re eum populo. Et Petrus quidẽ
ſeruabatur in carcere. Oratio au-
tem fiebat ſine intermiſſione ab ec
cleſia ad Deum pro eo. Cum autẽ
producturus eũ eſſet Herodes: in
ipſa nocte erat Petrus dormiens
inter duos milites, vinct⁹ catenis
duabus: ⁊ cuſtodes ante oſtiũ cu-
ſtodiebãt carcerẽ. Et ecce angel⁹
dñi aſtitit: ⁊ lumen refulſit in habi
taculo carceris. Percuſſoq; late-
re Petri, excitauit eũ, dicẽs. Sur-
ge velociter. Et ceciderunt catenę
de manibus eius. Dixit autẽ ange
lus ad eũ. Pręcingere, ⁊ calceate
caligas tuas. Et fecit ſic. Et dixit il
li. Circũda tibi veſtimẽtũ tuum, ⁊
ſequere me. Et exiẽs ſequebatur
eum: ⁊ neſciebat, quia verum eſt,
quod fiebat per angelũ. Exiſtima-
bat autẽ ſe viſum videre. Trãſeun

tes

tes autem primam & ſecũdã cuſto-
diam, venerunt ad portam ferreã,
que vltro aperta eſt eis. Et exeun
tes, proceſſerunt vicum vnum: &
continuo diſceſſit angelus ab eo.
Et Petrus ad ſe reuerſus, dixit.
Nunc ſcio vere quia miſit domi-
nus angelum ſuum: & eripuit me
de manu Herodis, & de omni ex-
pectatione plebis Judeorum.
ps.44 Graduale. Conſtitues eos principes
ſuper omnem terram, memores erunt no-
minis tui domine. ℣. Pro patribus tuis
nati ſunt tibi filij: propterea populi confite
mat.16 buntur tibi. Haleluiah, haleluiah. ℣. Tu
es Petrus, & ſuper hanc petram edifica-
bo Eccleſiam meam. Haleluiah.
Sequẽtia ſcti euãg. ſm Mattheũ.
a.19. In illo tempore: Venit Jeſus
in partes Ceſaree Philippi:
& interrogabat diſcipulos ſuos, di
cens. Quem dicunt homines eſſe
filium hominis? At illi dixerunt.
Alij Johannem Baptiſtã: alij au-
tem Eliam: alij vero Hieremiam:
aut vnum ex prophetis. Dicit illis
Jeſus. Vos autem quem me eſſe
dicitis? Reſpondens Simon Pe
trus, dixit. Tu es Chriſtus filius
Dei viui. Reſpõdẽs autẽ Jeſus, di
xit ei. Beat⁹ es Simõ Bar Jona:
quia caro & ſanguis non reuela-
uit tibi, ſed pater meus qui in celis
eſt. Et ego dico tibi, quia tu es Pe
trus, & ſuper hanc petram, edifica
bo eccleſiam meam: & porte inferi
non preualebunt aduerſus eam.
Et tibi dabo claues regni celorũ.
Et quodcunque ligaueris ſuper
terram, erit ligatum & in celis: &
quodcunque ſolueris ſuper ter-



ram, erit ſolutũ & in celis. Credo.
Offertorium.
Conſtitues eos principes ſuper oẽm ter-
ram: memores erunt nominis tui domine,
in omni progenie & generatione. Secre.
Hoſtias domine, quas nomi-
ni tuo ſacrandas offerimus,
apoſtolica proſequatur oratio: per
quam nos expiari tribuas, & defen
di. Per dominum noſtrum Jeſũ.
Prefatio de Apoſtolis: folio. 113.
Et dicitur per totam Octauam.
Communio.
Tu es Petrus, & ſuper hanc petram edi- ps.44
ficabo eccleſiam meam. Poſtcommu.
Quos celeſti domine alimẽto
ſatiaſti: apoſtolicis interceſ-
ſionibus ab omni aduerſitate cu-
ſtodi. Per dominum noſtrum. &c.
In Commemoratione Sancti die 30
Pauli Apoſtoli. Introitus. I.



Scio, cui credidi, 2.tim.1
& certus ſum, quia
potens eſt depoſitum
meum ſeruare in illum
diem, iuſtus iudex. Ps.
Dñe probaſti me, & co-
gnouiſti me: in cogno-
uiſti ſeſſionem meã, & re
ſurrectionẽ meã. ℣. Gloria. Oremus.
Deus, qui multitudinem gen
tiũ, beati Pauli apoſtoli pre
dicatione docuiſti: da nobis, que-
ſumus, vt cuius natalitia colimus:
eius apud te patrocinia ſentiam⁹.
Per dominum noſtrum Jeſum.
Et fit cõm. de beato Petro. Oro.
Deus, q beato Petro apoſto-
lo tuo, collatis clauib⁹ regni
celeſtis, animas ligandi, atq; ſolue
di pontificium tradidiſti, concede,

vt interceſſionis eius auxilio: a pec
catorum noſtrorum nexibus libe
remur. Qui viuis et regnas cum.
Deinde fit cōme. S. Joh. nnnis, preterq̄
in Eccleſia propria ſancti Pauli. Oratio.
Deus qui preſentem. folio. 191.
Lcō eplę beati Pauli apli ad Gal.
ca.1. FRatres: Notum vobis facio
euangelium, quod euangeli-
zatum eſt a me: quia non eſt ſecun-
dum hominem. Neqȝ enim ego ab
homine accepi illud, neque didici,
ſed per reuelationem Jeſu Chriſti.
Audiſtis enim conuerſationē meā
aliquādo in Judaiſmo: qm̄ ſupra
modū perſequebar Eccleſiā Dei:
et expugnabam illam: et proficie-
bam in Judaiſmo ſupra multos co
ętaneos meos in genere meo: abū
dantius ęmulator exiſtens pater-
narum mearum traditionum. Cū
autem placuit ei, qui me ſegrega-
uit ex vtero matris meę, et vocauit
per gratiam ſuam, vt reuelaret fi-
lium ſuum in me, vt euangelizarem
illum in gentibus: continuo non
acquieui carni et ſanguini. Neque
veni Jeroſolymā ad anteceſſores
meos Apoſtolos, ſed abij in Ara-
biam, et iterum reuerſus ſum Da-
maſcum. Deinde poſt annos tres
veni Jeroſolymam videre Petrū:
et manſi apud eum diebus quinde
cim. Alium autem Apoſtolorum
vidi nemīnē niſi Jacobum fratrem
domini. Quę autem ſcribo vobis:
ecce coram Deo, quia non mentior.
Gal.5 Graduale. Qui operatus eſt Petro
in apoſtolatu, operatus eſt et mihi inter gē-
tes: et cognouerunt gratiam Dei, quę da-
ta eſt mihi. ℣. Gratia Dei in me vacua nō
fuit, ſed gratia eius ſemper in me manet.
Haleluiah, haleluiah. ℣. Sancte Pau- I.co.15
le apoſtole, prędicator veritatis, et doctor
gentium: intercede pro nobis. Haleluiah.
Sequētia ſcti euāg. ſm̄ Matthęū.
IN illo tempore: Dixit Jeſus ca.10.
diſcipulis ſuis. Ecce, ego mit
to vos, ſicut oues in medio lupo-
rum. Eſtote ergo prudentes ſicut
ſerpentes: et ſimplices ſicut colum
bę. Cauete autem ab hominibus.
Tradent enim vos in concilijs, et in
ſynagogis ſuis flagellabunt vos:
et ad prędides, et reges ducemini p̄
pter me in teſtimonium illis, et gen
tibus. Cum autem tradent vos,
nolite cogitare, quomodo, aut qd
loquamini. Dabitur enim vobis
in illa hora quid loquamini. Non
enim vos eſtis qui loquimini: ſed
ſpiritus patris veſtri, qui loquitur
in vobis. Tradet autem frater fra
trem in mortem, et pater filium. Et
inſurgent filij in parentes: et mor-
te eos afficient. Et eritis odio om
nibus hominibus, propter nomē
meum. Qui autem perſeuerauer-
rit vſque in finem, hic ſaluus erit.
Credo. Offertorium.
Mihi autem nimis honorificati ſunt ami
ci tui Deus: nimis confortatus eſt princi-
patus eorum. Secreta.
APoſtoli tui Pauli precibus
domine plebis tuę dona ſan-
ctifica: vt, quę tibi tuo grata ſunt
inſtituto, gratiora fiāt patrocinio
ſupplicantis. Per dominum no.
Pro beato Petro. Secreta.
ECcleſię tuę, quęſumus domi
ne, p̄ces, et hoſtias beati Pe-
tri apoſtoli tui commendet oratio:
vt

vt quod pro illius gloria celebra-
mus, nobis profit ad veniam. Per
dominum noſtrum Jeſum Chri.

Pro ſancto Johãne. Secreta.

TUa domine muneribus alta-
ria cumulamus: illius natiui-
tatem honore debito celebrantes:
qui ſaluatorem mundi, & cecinit aſ-
futurum, & adeſſe monſtrauit, do-
minum noſtrum Jeſum Chriſtuȝ
filium tuum. Qui tecuȝ viuit & re.

P[illegible]e [illegible]lis. folio 113.

Communio.

at.19 Amen dico vobis: quod vos qui reliqui-
ſtis omnia, & ſecuti eſtis me: centuplum ac-
cipietis, & vitam ęternam poſſidebitis.

Poſtcommunio.

PErceptis domine ſacramen-
tis, beatis apoſtolis interue-
nientibus deprecamur: vt, quę pro
illorum cęlebrata ſunt gloria, no-
bis proficiant ad medelam. Per
dominum noſtrum Jeſum Chri.

Pro beato Petro. Poſtcommu.

LÆtificet nos domine munus
oblatum: vt ſicut in apoſto-
lo tuo Petro te mirabileȝ prędica-
mus: ſic per illum tuę ſumamus in-
dulgentię largitatem. Per domi-
num noſtrum Jeſum Chriſtum fi.

Pro ſancto Johanne. Poſtcõmu.

SUmat ecclеſia tua Deus bea-
ti Johannis Baptiſtę genera-
tione lętitiam: per quem ſuę rege-
nerationis cognouit auctoreȝ do-
minum noſtrum Jeſum Chriſtuȝ
filium tuum. Qui tecum viuit &
regnat in vnitate ſpiritus
ſancti Deus, per omnia
ſęcula ſęculorum.
Amen.

M. N. R.

# FESTA IVLII.

In octaua S. Johan. Baptiſtę dr̃ miſſa vt in die, cum commemoratione Apoſtolorum, vt ſupra, & in ea dicitur, Credo.

# IN FESTO dic2
## Viſitationis B. Marię virginis.



Introitus. 2.

SAlue ſancta parẽs, enixa puerpe-
ra regẽ: qui cęluȝ terramq; regit
in ſęcula ſęculorum. Ps. Eructa-
uit cor meum verbum bonuȝ, dico ego ope-
ra mea regi. ℣. Gloria patri. Oremus.

FAmulis tuis, quęſumus do-
mine, cęleſtis gratię munus
impartire: vt, quibus beatę virgi-

nis partus extitit ſalutis exordiū, Viſitationis eius votiua ſolēnitas pacis tribuat incrementū. Per d.

Pro commem. ſanctorū Apoſtolorum Petri, ꝛ Pauli. Oremus.

Deus qui hodiernā diē apoſtolorū tuorū Petri ꝛ Pauli martyrio conſecraſti: da eccleſię tuę, eorum in omnibus ſequi pręceptum, per quos religionis ſumpſit exordium. Per dominum no.

Pro cōmem. ſanctorū martyrū Proceſſi ꝛ Martiniani. Oratio.

ps. 44 Graduale. Conſtitues eos principes ſuper omnem terram, memores erunt nominis tui domine. ℟. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: propterea populi confitebũtur tibi. Halah, hal. ℟. Te glorioſus apoſtolorum chorus laudat dñe. Halah.

Sequẽtia ſancti euãg. ſm Lucam.

ca. 6. IN illo tempore: Exijt Ieſus in montem orare: ⁊ erat pernoctans in oratione Dei. Et cum dies factus eſſet, vocauit diſcipulos ſuos: ⁊ elegit duodecim ex ipſis, quos ⁊ apoſtolos nominauit: Simonez, quẽ cognominauit Petrum, ⁊ Andream fratrez eius: Iacobum, ⁊ Iohannem, Philippũ, ⁊ Bartholomeum, Mattheum, ⁊ Thomam, Iacobuz Alphei, ⁊ Simonez qui vocatur Zelotes: ⁊ Iudam Iacobi, ⁊ Iudam Iſcariotẽ, qui fuit próditor. Et deſcendens cum illis, ſtetit in loco campeſtri, ⁊ turba diſcipulorum eius, ⁊ multitudo copioſa plebis, ab omni Iudea, ⁊ Ieruſalem, ⁊ Maritima, ⁊ Tyri, ⁊ Sidónis, qui venerant vt audirent eum, ⁊ ſanarentur a languoribus ſuis. Et qui vexabãtur a ſpiritibus immundis, curabant. Et omnis turba querebat eum tãgere: quia virtus de illo exibat, ⁊ ſanabat omnes. dicitur Credo.

Offertorium. Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui Deus: nimis confortatus eſt principatus eorum. ps. 138 Secre.

BEati apoſtoli tui dñe Bartholomei ſolẽnia recẽſentes, queſumus: vt eius auxilio tua beneficia capiamus, pro quo tibi hoſtias laudis immolamus. Per do.

Prefatio de Apoſtolis. folio 113.

Communio. Uos, qui ſecuti eſtis me, ſedebitis ſuper ſedes, iudicantes duodecim tribus Iſrael, dicit dñs. mat. 19 Poſtcom.

SUmptum dñe pignus redẽptionis eterne, ſit nobis, queſumus interueniente beato Bartholomeo aplõ tuo, vite preſentis auxilium pariter ⁊ future. Per d.

¶ S. Ludouici confeſſ. Introi. 6. die. 25



OS iuſti meditabitur ſapientiaz, ⁊ lingua eius loquet iudicium: lex Dei eius in corde ipſius. ps. 36 Ps. Noli emulari in malignantibus: neq; zelaueris facientes iniquitatem.

℟.

℣. Gloria patri, ꝛ filio. Oremus.
Deus qui beatum Ludouicū ꝯfeſſorē tuū, de terreno ac tēporali regno, ad cęleſtis ꝛ ęterni regni gloriam trāſtuliſti: eius quęſumus meritis ꝛ interceſſione, regis regū Ieſu Chriſti filij tui nos cohęredes efficias, ꝛ eiuſdē regni tribuas eſſe conſortes. Per eūdē.
Epiſtola. Iuſtum deduxit dñs. de cōi vnius marty. non pont. folio 225.
ps. 91 Graduale. Iuſtus, vt palma florebit: ſicut cedrus Libani multiplicabitur in domo domini. ℣. Ad annunciandum mane miſericordiam tuam, ꝛ veritatē tuā per noctem. Halāḃ, halāḃ. ℣. Beatus vir, qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitę. Halāḃ.
Euāg. Homo qdā nobilis abiit. de cōi confeſſorum non pontificum. 235.
ps. 88 Offertorium. Veritas mea, ꝛ miſericordia mea cum ipſo: ꝛ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.
Preſta, quęſumus omnipotēs Deus: vt ſicut beatus Ludouicus confeſſor tuus, ſpretis mundi oblectamētis, ſoli regi Chriſto placére ſtuduit: ita eius oratio nos tibi reddat acceptos. Per dñm.
mat. 19 Cōm. Beatꝰ ſeruus quē cū venerit dñs, inuenerit vigilantē: Amen dico vobis, ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Poſtcō.
Deus, qui beatum confeſſorē tuum Ludouicū mirificaſti in terris: quęſumus: vt quē in cęlis glorioſum feciſti, eccleſię tuę cōſtituas defenſorem. Per dominū.
die 26 Sancti Zephyrini papę ꝛ mar. Miſſa. Sacerdotes Dei benedicite do. de communi vnius marty. pontifi. 223. preter orationem, quę dr̄ vt infra. Orō.
Preſta, quęſumus omnipotēs Deus: vt bti Zephyrini martyris tui atq; pōtificis, cuius gaudemus meritis, inſtruamur exemplis. Per dominum noſtrū. Sec.
Munera tibi Domine dicata ſanctifica: ꝛ intercedēte beato Zephyrino martyre tuo atque pontifice, per eadē nos placatus intende. Per dominum. Poſtcō.
Hęc nos communio dñe, purget a crimine: ꝛ intercedente beato Zephyrino martyre tuo atque pontifice, cęleſtis remedij faciat eſſe conſortes. Per dominū.
S. Auguſtini epiſcopi, ꝛ confeſſoris, ac Doctoris Eccleſię. die 28.




Introitus. 6.
In medio Eccleſię aperuit os eiꝰ, eccl. 15
ꝛ impleuit eum dominus ſpiritu ſapientię, ꝛ intellectus: ſtolā glorię induit eum. ps. Bonum eſt confiteri domino: ꝛ pſallere nomini tuo altiſſime. ℣. Gloria patri, ꝛ filio. Oremus.
Adeſto

Adeſto ſupplicationibus no
ſtris omnipotens Deus:⁊ q
bus fiduciam ſperādę pietatis in
dulges:intercedente beato Augu
ſtino confeſſore tuo atq; pontifice
conſuetę miſericordię tribue beni
gnus effectum.Per dominum.

Pro cōm.S.Hermetis mar.Oro.

Deus qui beatum Hermetē
martyrem tuum virtute con
ſtātię in paſſione roboraſti:ex eius
nobis imitatione tribue ꝓ amore
tuo ꝓſpera mūdi deſpicere: ⁊ nul
la eius aduerſa formidare.Per d.

Lectō eplę b.Pauli apli ad Timo.

.cap.4 Chariſſime.Teſtificor corā Deo
⁊ Chriſto Jeſu, qui iudicatu
rus eſt viuos ⁊ mortuos,per aduē
tum ipſius,⁊ regnum eius:prędica
verbum,inſta opportune, impor
tune:argue,obſecra,increpa i om
ni patientia ⁊ doctrina.Erit enim
tempus,cum ſanam doctrinam nō
ſuſtinebunt: ſed ad ſua deſideria
coaceruabunt ſibi magiſtros pru
rientes auribus: ⁊ a veritate qui
dem auditum auertent,ad fabulaſ
autem conuertentur.Tu vero vi
gila,in omnibus labora, opus fac
euangeliſtę,miniſterium tuum im
ple,ſobrius eſto.Ego enim iam de
libor: ⁊ tempus reſolutionis meę
inſtat.Bonum certamen certaui,
curſum conſummaui, fidem ſerua
ui.In reliquo,repoſita eſt mihi co
rona iuſtitię, quam reddet mihi
dominus in illa die iuſtus iudex:
non ſolum autē mihi, ſed ⁊ iis,qui
diligunt aduentum eius.

ps.36 Graduale. Os iuſti meditabitur ſapiē
tiam, ⁊ lingua eius loquetur iudicium.
℣.Lex Dei eius in corde ipſius,⁊ nō ſup
plantabuntur greſſus eius. Halleluiah,
halleluiah. ℣.Inueni Dauid ſeruum meū, ps.88
oleo ſancto meo vnxi eum.Halleluiah.

Sequētia ſcti euāg. ſm Mattheū. ca.5.

In illo tpe.Dixit Jeſus diſci
pulis ſuis.Vos eſtis ſal terrę.
Quod ſi ſal euanuerit,in quo ſalie
tur? Ad nihilū valet vltra, niſi vt
mittatur foras,⁊ conculcet̄ ab homi
nibus.Vos eſtis lux mundi.Non
poteſt ciuitas abſcōdi ſupra mon
tē poſita.Neq; accēdunt lucernā,
⁊ ponunt eā ſub modio, ſed ſuper
candelabrū,vt luceat omnibus, q
i domo ſunt.Sic luceat lux veſtra
corā hominibus,vt videant opera
veſtra bona,⁊ glorificent patrem
veſtrum qui in celis eſt.Nolite pu
tare qm̄ veni ſoluere legē,aut pro
phetas:nō veni ſoluere, ſed adim
plere.Amē quippe dico vobis, do
nec tranſeat celū ⁊ terra, iota vnū
aut vnus apex nō pteribit a lege,
donec omnia fiāt.Qui ergo ſolue
rit vnū de mādatis iſtis minimis,
⁊ docuerit ſic homines: minimus
vocabit̄ in regno celoꝝ.Qui autē
fecerit ⁊ docuerit,hic magnus vo
cabit̄ in regno celorū. ⁊ dr̄ Credo.

Offertorium.

Juſtus,vt palma florebit:ſicut cedr⁹, quę ps.91.
in Libano eſt,multiplicabitur. Secreta.

Sancti confeſſoris tui Augu
ſtini nobis,dn̄e,pia non deſit
oratio:quę ⁊ munera noſtra conci
liet, ⁊ tuam nobis indulgentiam
ſemper obtineat.Per dn̄m noſt.

Pro cōm.S.Hermetis. Secreta.

Sacrificium tibi dn̄e laudis of
ferimus in tuorū cōmemora
tione

tione ſanctorum: da quęſumus: vt, quod illis cóntulit ad gloriam, nobis proſit ad ſalutem. Per dñm.

mat. 25 Cõm. Fidelis ſeruus ⁊ prudens, quem conſtituit dñs ſuper famịliam ſuam: vt det illis in tempore tritici menſuraꝫ. Poſtc.

OT nobis domine tua ſacrificia dent ſalutẽ: beatus cõfeſſor tuus Auguſtin⁹ ⁊ põtifex, quęſumus, precator accedat. Per do.

Pro cõmem. S. Hermetis. Poſtc.

REpleti dñe benedictione cęleſti, q̃s clementiam tuam: vt intercedente beato Hermete martyre tuo, quę humiliter gerimus, ſalubriter ſentiamus. Per dñm.

die 29. ¶ In Decollatione S. Johannis Baptiſtę. Introitus. 5.

ps. 118



LOquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu regũ, ⁊ non confundebar: ⁊ meditabar in mandatis tuis, quę dilexi nimis. ps. Bonũ eſt cõfiteri dño, ⁊ pſallere nomini tuo altiſſime. ℣. Gloria patri. Oremus.

ps. 91

SAncti Johannis Baptiſtę, pręcurſoris, ⁊ martyris tui, quęſumus domine, veneranda feſtiuitas: ſalutaris auxilij nobis pſtet effectum. Qui viuis ⁊ regnas.

Pro cõmem. S. Sabinę mar. Oro.

DEus, qui inter cętera potentię tuę miracula, etiam in ſexu fragili victoriam martyrij contuliſti: concede propitius: vt qui beatę Sabinę martyris tuę natalitia cólimus, per eius ad te exempla gradíamur. Per dominuꝫ noſtrum Jeſum Chriſtum filiũ tuuꝫ.

Lectio Jeremię prophetę.

IN diebus illis: Factũ eſt verbum domini ad me, dicens. ca. 1

Accinge lumbos tuos, ⁊ ſurge: ⁊ lóquere ad Juda, omnia quę ego pręcipio tibi. Ne formides a facie eorum: nec enim timére te faciam vultũ eorum. Ego quippe dedi te hodie in ciuitatẽ munitam, ⁊ in columnam ferreá, ⁊ in murum ęreuꝫ ſup omnẽ terraꝫ, regibus Juda: ⁊ principibus eius, ⁊ ſacerdotibus, ⁊ omni populo terrę. Et bellabũt aduerſum te, ⁊ nó pręualebũt: qa ego tecũ ſum, ait dñs, vt liberẽ te.

Graduale. Juſtus, vt palma florebit: ſicut cedrus Libani multiplicabitur in domo domini. ℣. Ad annunciandum mane miſericordiam tuam, ⁊ veritatem tuam per noctem. Haleluiah, haleluiah. ℣. Juſtus germinabit ſicut lilium: ⁊ florebit in ęternũ ante dominum. Haleluiah. ps. 91.

Sequẽtia ſcti euãg. ſm Marcum. ca. 6.

IN illo tpe. Miſit Herodes, ac tenuit Johannem, ⁊ vinxit eum in carcerem propter Herodiadem vxorem Philippi fratris ſui: quia duxerat eã. Dicebat eniꝫ Johannes Herodi. Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Herodias autem inſidiabatur illi: ⁊ volebat occidere eum, nec poterat. Herodes enim metuebat Johannẽ, ſciens eũ virũ iuſtũ ⁊ ſanctum: ⁊ cuſtodiebat eum: ⁊ audito eo, multa faciebat: ⁊ libenter eum audiebat. Et cũ dies opportunus accidiſſet, Herodes, natalis ſui cęnã fecit principibus, ⁊ tribunis, ⁊ primis Galilęę. Cũqꝫ introiſſet filia ipſi⁹ Herodiadis, ⁊ ſaltaſſet: ⁊ placuiſſet

cuiſſet Herodi, ſimulqꝫ recumbē tibus: rex ait puellę. Pete a me qđ vis, ⁊ dabo tibi. Et iurauit illi: qa quicqd petieris dabo tibi, licet dimidiū regni mei. Quę cum exiſſet: dixit matri ſuę. Quid petā? At illa dixit. Caput Johannis Baptiſtę. Cumqꝫ introiſſet ſtatim cum feſtinatione ad regē, petiuit, dicēs. Volo, vt protinus des mihi in diſco caput Johānis Baptiſtę. Et contriſtatus eſt rex propter iuſiurādum: ⁊ propter ſimul diſcumbentes, noluit eam contriſtare: ſed miſſo ſpiculatore, pręcepit afferri caput ei⁹ in diſco. Et decollauit eum in carcere. Et attulit caput eius in diſco: ⁊ dedit illud puellę, ⁊ puella dedit matri ſuę. Quo audito, diſcipuli ei⁹ venerunt, ⁊ tulerunt corpus eius: ⁊ poſuerunt illud in monumento.

### Offertorium.

Ps.20 In virtute tua dñe lętabitur iuſtus: ⁊ ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer: deſiderium animę eius tribuiſti ei. Secr.

Munera, quę tibi, domine, pro ſancti martyris tui Johānis Baptiſtę paſſione deferimus, quęſumus, vt eius obtētu nobis proficiant ad ſalutem. Per dominū noſtrum Jeſum Chriſtum filiū tuū.

Pro cōme. ſanctę Sabinę. Secre.

Hoſtias tibi domine beatę Sabinę martyris tuę dicatas meritis benignus aſſume: ⁊ ad perpetuum nobis tribue prouenire ſubſidium. Per dominum noſtrū Jeſum Chriſtum filium tuū. Qui.

### Communio.

Ps.20. Poſuiſti domine in capite eius coronam de lapide pretioſo. Poſtcommunio.

Conferat nobis domine ſancti Johānis Baptiſtę utraqꝫ ſolennitas: vt ⁊ magnifica ſacramēta quę ſumpſimus, ſignificata veneremur: ⁊ in nobis potius edita gaudeamus. Per dominum noſt.

Pro cōmemoratione S. Sabinę.

### Poſtcommunio.

Diuini muneris largitate ſatiati, quęſumus domine De⁹ noſter: vt intercedente beata Sabina martyre tua, in eius ſemper participatione viuamus. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

## ¶ Sanctoruꝫ Felicis, ⁊ Adaucti martyrum. Introitus. I. Die.3



Sapientiaꝫ ſanctoruꝫ narrent populi: ⁊ laudes eorum nunciet eccleſia: nomina autem eorum viuēt in ſeculum ſeculi. Eccl.4. Ps. Exultate iuſti in Domino, rectos decet collaudatio. Ps.31.

℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpi. Oremus.

Maieſtatem tuam domine ſupplices exoram⁹: vt, ſicut nos iugiter ſanctorum tuorum commemoratione lętificas: ita ſemper ſupplicatione defendas. Per dominuꝫ noſtrum Jeſum Chriſtum.

Epla. Reddidit De⁹ iuſtis merc. de communi plurium martyrum. fo.230.

Gradua. Juſtorū animę in manu Dei ſunt: ⁊ non tanget illos tormentum malitię. Sap.3. ℣. Viſi ſunt oculis inſipientium mori: illi autem ſunt in pace. Haleluiah, haleluiah. ℣. Fulgebunt iuſti, ⁊ tanquam ſcintillę in arūdineto diſcurrēt in ęternū. Hal.

Euangeliuꝫ. Qui vos audit, me. de cō: plurium martyrum. folio 231.

Offertorium.

ps.31 Lętamini in domino, & exultate iuſti: & gloriamini omnes recti corde. Secreta.

Hoſtias domine plebis tuę intende: & quas in honore ſanctorum tuorum deuota mente celebrant, proficere ſibi ſentiant ad ſalutem. Per dominum noſtrum.

Communio.

mat.10 Quod dico vobis in tenebris dicite in lumine, dicit dominus: & quod in aure auditis, pręedicate ſuper tecta. Poſtcõmu.

Repleti domine muneribus ſacris, quęſumus: vt, intercedentibus ſanctis tuis, in gratiarũ tuarum ſemper actione maneamus. Per dominum noſtrum.

## FESTA SEPTEMBRIS.

die 1. ¶ Sancti Ægidij Abbatis. Miſſa. Os iuſti medita. vt in cõi abbatũ 235. cum commemoratione ſanctorum martyrum duodecim Fratrum. Oratio.

Fraterna nos dñe martyrum tuorum corona lętificet: quę & fidei noſtrę prębeat incrementa virtutum: & multiplici nos ſuffragio conſoletur. Per dominum noſtrũ. Secreta.

Iterata myſteria, domine, pro ſanctorum martyrum tuorũ commemoratione deuota mente tractemus: quibus nobis & pręſidium creſcat, & gaudium. Per dominum noſtrum. Poſtcommu.

Preſta, quęſumus, omnipotens Deus: vt, quorũ memoriam ſacramẽti participatione recolimus: fidem quoque proficiendo ſectemur. Per dominum noſt.

## IN NATIVITATE Sanctę Marię virginis. die 8



Introitus.

Salue ſancta parẽs, enixa puerpera regẽ: qui cęlũ terramq; regit in ſęcula ſęculorum. ps. Eructauit cor meum verbum bonũ, dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri. Oremus. ps.44

Famulis tuis, quęſumus domine, cęleſtis gratię munus impartire: vt, quibus beatę virginis partus extitit ſalutis exordiũ; Natiuitatis eius votiua ſolẽnitas pacis tribuat incrementũ. Per d.

In miſſis priuatis pro comme. S. Adriani mart. Orõ. Preſta quęſumus ops. de communi vnius martyris. 225.

Lectio libri Sapientię.

Ca.8. Dominus poſſedit me in initio viarũ ſuarũ: antequã quicquã faceret a principio. Ab ęterno ordinata ſum, & ex antiquis, antequã terra fieret. Nondũ erant abyſſi: & ego iam concepta erã. Necdũ fontes aquarum

aquarũ eruperant: necdũ montes graui mole ↄſtiterãt. Ante omnes colles ego parturiebar. Adhuc terrã non fecerat, ⁊ flumina, ⁊ cardines orbis terrę. Quãdo pręparabat cęlos, áderã. Quãdo certa lege ⁊ gyro vallabat abyſſos. Quãdo ęthera firmabat ſurſu; ⁊ librabat fontes aquarũ. Quando circũdabat mari terminũ ſuũ, ⁊ legem ponebat aquis, ne tranſirẽt fines ſuos. Quando appendebat ſundamenta terrę, cũ eo eram cuncta cõponens. Et delectabar p ſingulos dies, ludẽs corã eo omni tempore, ludens in orbe terraru: ⁊ delicię meę, eſſe cum filijs hominũ. Nunc ergo filij audite me. Beati qui cuſtodiunt vias meas. Audite diſciplina, ⁊ eſtote ſapientes: ⁊ nolite abijcere eam. Beatus homo q audit me: ⁊ qui vigilat ad fores meas quotidie: ⁊ obſeruat ad poſtes oſtij mei. Qui me inuenerit, inueniet vitã, ⁊ hauriet ſalutem a domino. Grad. Benedicta ⁊ venerabilis es virgo Maria: quę ſine tactu pudoris inuenta es mater ſaluatoris. ℣. Virgo Dei genitrix, quẽ totus non capit orbis, in tua ſe clauſit viſcera factꝰ homo. Halab, hal. ℣. Felix es ſacra virgo Maria, ⁊ omni laude digniſſima: qa ex te ortus eſt ſol iuſtitię, halab.

Initium ſci euang. ſm Matthęũ.

cap. 1 Liber generatiõis Jeſu Chriſti filij Dauid, filij Abraham. Abraham genuit Iſaac. Iſaac autem genuit Jacob. Jacob autem genuit Judam, ⁊ fratres eius. Judas autem genuit Phares ⁊ Zaram, de Thamar. Phares autẽ genuit Eſrõ. Eſrõ autẽ genuit Arã. Aram autem genuit Aminadab. Aminadab aute genuit Naaſon. Naaſon autem genuit Salmon. Salmõ aũt genuit Booz de Raab. Booz aũt genuit Obeth ex Ruth. Obeth aũt genuit Jeſſe. Jeſſe aute genuit Dauid regẽ. Dauid autem rex genuit Salomonem, ex ea quę fuit Vrię. Salomõ autem genuit Roboam. Roboam autẽ genuit Abiam. Abias autem genuit Aſa. Aſa autem genuit Joſaphat. Joſaphat autẽ genuit Joram. Joram autem genuit Oziam. Ozias autem genuit Joathan. Joathan autẽ genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezechiam. Ezechias autẽ genuit Manaſſem. Manaſſes aũt genuit Amõ. Amon autem genuit Joſiã. Joſias autẽ genuit Jechoniam, ⁊ fratres eius in tranſmigratione Babylonis. Et poſt trãſmigrationẽ Babylonis, Jechonias genuit Salathiel. Salathiel autẽ genuit Zorobabel. Zorobabel autẽ genuit Abiud. Abiud autẽ genuit Eliachim. Eliachim autẽ genuit Azor. Azor aute genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achim. Achim autẽ genuit Eliud. Eliud aũt genuit Eleazar. Eleazar autẽ genuit Mathan. Mathan autem genuit Jacob. Jacob autẽ genuit Joſeph virũ Marię, de qua natus eſt Jeſus, q vocat Chrs. Credo. Offer. Beata es virgo Maria, quę omnium portaſti creatorem: genuiſti qui te fecit, ⁊ in ęternum permanes virgo. Secr. Vnigeniti tui domine nobis ſuccurrat humanitas: vt qui natus de virgine, matris integrita

M. N. R.

tē nō minuit,ſed ſacrauit: in Natiuitatis eius ſolēnijs, noſtris nos piaculis exuens,oblationē noſtrā ſibi faciat acceptā Jeſus Chriſtus dominus noſter.Qui tecum viuit.
Pręfatio de beata Virgine. folio 112.
Cōmu. Beata viſcera Marię virginis, quę portauerūt ęterni patris filiū.Poſtc.
Sumpſimus dn̄e celebritatis annuę votiua ſacramēta:pręſta q̄s:vt temporalis vitę nobis remedia prębeant,⁊ ęternę.Per do.

¶ Infra Octauā Nati. B.Marię,
Et in die octaua dicitur Miſſa ſicut in die: Sed infra oct. ſecūda oratio dicitur de ſpiritu ſancto. Deus qui corda fid.242. ⁊ tertia Eccleſię tuę, quęſumus. vel pro Papa. Deus omniū fi.254. ⁊ non fit de feſto,niſi fuerit duplex, vel ſemiduplex.De ſimplici autem fit tātū comme.

die 9 ¶ Pro cō.S.Gorgonij mar.Orō.
Sanctus tuus domine Gorgonius ſua nos interceſſione lętificet: ⁊ pia faciat ſolēnitate gaudere. Per dominū no.
Tertia oratio de ſpiritu ſancto. Deus omnium fidelium.folio.254. niſi venerit in Dominica: tunc enim tertia oratio erit de Sancto. Secreta.
Grata tibi ſit domine noſtrę ſeruitutis oblatio:p qua ſanctus Gorgonius martyr interuētor exiſtat.Per dominū.Poſtcō.
Familiam tuā Deus ſuauitas ęterna contingat,⁊ vegetet:q̄ in martyre tuo Gorgonio,Chriſti filij tui bono iugiter odore paſcatur.Qui tecum viuit ⁊ regnat in.

die 11 ¶ Pro comme.ſanctorū martyrū Proti,⁊ Hiacynthi.Oratio.
Beatorum martyrum tuorū Proti, ⁊ Hiacinthi nos domine foueat pretioſa confeſſio: ⁊ pia iugiter interceſſio tueatur. Per do.
Tertia de ſpiritu ſancto. Secreta.
Pro ſanctorū martyrū tuorū Proti,⁊ Hyacinthi cōmemoratione, munera tibi dn̄e, quę debemus,exoluimus:pręſta,q̄s:vt remediū nobis perpetuę ſalutis operentur. Per dn̄m. Poſtcōmunio.
Ut percepta nos dn̄e tua ſancta purificēt,beatorū martyrum tuorum Proti, ⁊ Hyacinthi, quęſumus, implorēt oratio . Per.

¶ In Exaltat.S.Crucis.Introi. die 14



Nos autē gloriari oportet in Cruce dn̄i noſtri Jeſu Chriſti: ī quo eſt ſalus, vita, ⁊ reſurrectio noſtra: per quē ſaluati ⁊ liberati ſumus.Ps. Deus miſereatur noſtri,⁊ benedicat nobis:illuminet vultū ſuum ſuper nos,⁊ miſereatur noſtri. ps.66 V. Gloria patri, ⁊ filio. Oremus.
Deus, qui nos hodierna die Exaltationis ſanctę Crucis annua ſolēnitate lętificas:pſta,q̄s: vt,cuius myſteriū in terra cognouimus:eius redemptionis pręmia in cęlo mereamur.Per eundē do.
Et fit commemoratio de Natiuit.
Lcō eplę bti Pauli apli ad Phil. ca.2.
Fratres:Chriſtus factus eſt pro nobis obediens vſq; ad mortem: mortem autem Crucis. Propter quod ⁊ De⁹ exaltauit illum:⁊ donauit illi nomē, quod eſt ſuper

ſuper omne nomen: vt in nõmine Jeſu omne genu flectaꝛ, cęleſtiuꝫ, terreſtriũ, ⁊ infernoꝛuꝫ. Et omnis lingua confiteatur: quia dñs Jeſus Chꝛis in gloꝛia eſt Dei patris.

Phil. ca. 2. Grad. Chꝛiſtus factus eſt ꝓ nobis obediẽs vſqꝫ ad moꝛtẽ: moꝛtẽ autẽ Crucis. ℣. Propter quod ⁊ Deus exaltauit illũ: ⁊ dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomẽ. Halab, halab. ℣. Dulce lignum, dulces clauos, dulcia ferẽs põdera: quę ſola fuiſti digna ſuſtinere regẽ celoꝛũ, ⁊ dñm, Halab.

Sequẽtia ſcti euãg. ſm Johannẽ.

Jo. ca. 12. In illo tempoꝛe: Dixit Jeſus turbis Judeoꝛũ. Nunc iudiciũ eſt mũdi: nunc princeps huius mũdi eijcietur foꝛas. Et ego ſi exaltatus fuero a terra, omnia trahaꝫ ad meipſum. Hoc autem dicebat, ſignificans qua moꝛte eſſet moꝛiturꝰ. Reſpõdit ei turba. Nos audiuimus ex lege, qꝛ Chꝛiſtus manet in ęternũ. Et quomodo tu dicis, opoꝛtet exaltari filiũ hominis? Et qs eſt iſte filiꝰ hominis? Dixit ergo eis Jeſus. Adhuc modicũ lumẽ in vobis eſt. Ambulate, dũ lucẽ habetis: vt nõ tenebꝛę vos cõpꝛehẽdãt. Et q ambulat in tenebꝛis, neſcit quo vadat. Dum lucẽ habetis, credite in luceꝫ, vt filij lucis ſitis. Cr. Credo.

Offertoꝛium.

Pꝛotege dñe plebẽ tuã per ſignuꝫ ſanctę Crucis, ab inſidijs inimicoꝛum omniuꝫ: vt tibi gratã exhibeamus ſeruituteꝫ, ⁊ acceptabile tibi fiat ſacrificiũ noſtrũ, Halab. Sec.

Jeſu Chꝛi dñi noſtri coꝛpoꝛe ⁊ ſanguine ſaginãdi, per quẽ Crucis eſt ſanctificatũ vexillũ, qs dñe Deꝰ nr: vt ſicut illud adoꝛare meruimꝰ: ita penniter eius gloꝛię

M. N. R.

ſalutaris potiamur effectu. p. eũd. Pꝛefatio de Cruce. folio. 107.

Commu. Per ſignũ crucis de inimicis noſtris libera nos Deus noſter. Poſtc.

Adeſto nobis dñe Deꝰ noſter: ⁊ quos ſanctę Crucis lętari feciſti honoꝛe: eius, quoqꝫ perpetuis defende ſubſidijs. Per dom.

¶ In Octaua Natiui. B. Marię. die 15.

Miſſa vt i die cũ cõ. S. Nicomedis m. Oõ.

Adeſto dñe populo tuo: vt beati Nicomedis martyris tui merita pꝛeclara ſuſcipiens: ad impetrandam miſericoꝛdiã tuam ſemper eius patrocinijs adiuuetur. Per domi. Secr.

Suſcipe domine munera ppitius oblata: quę maieſtati tuę, beati Nicomedis martyris tui cõmendet oꝛatio. Per do. Poſtcõ.

Purificent nos dñe ſacramẽta quę ſumpſimus: ⁊ intercedẽte beato Nicomede martyre tuo, a cũctis efficiãt vitijs abſolutos. p.

¶ SS. Põtificũ, ⁊ mar. Coꝛnelij, ⁊ Cypriani. Miſſa. Intret in cõſpectu, cũ cõmemo. alioꝛũ mart. vt infra, niſi fuerit Dñica: quia tunc cõme. ſequẽs fit in Dñica, ⁊ feſtũ pꝛedictum transfertur in feriaꝫ ij.

¶ Pꝛo cõmem. ſanctoꝛũ mart. Euphemię, Lucię, ⁊ Geminiani. Oõ.

Preſta dñe pꝛecibꝰ noſtris cum exultatione pꝛouentum: vt, quoꝛum diem paſſionis annua deuotione recolimꝰ, etiã fidei cõſtantiã ſubſequamur.

Tertia oõ. A cũctis nos. 254. Sec.

Vota populi tui, qs dñe, pꝛopitiatus intende: ⁊, quoꝛũ nos tribuis ſolennia celebꝛare, fac gaudere ſuffragijs. Per dñm. Poſtc.

EXaudi dñe preces noſtras: &
ſanctorũ martyrũ tuorũ Eu
phemię, Lucię, & Geminiani, quo-
rum feſta ſolenniter celebramus,
cõtinuis foueamur auxilijs. Per d.

dic.20 In Vigilia S. Matthei apoſto
li, & euangeliſtę. Introitus.

ps.51 EGo autem ſicut oliua
fructificaui in domo
dñi: ſperaui in miſeri-
cordia Dei mei, & ex-
pectabo nomẽ tuum:
quoniã bonũ eſt ante
conſpectũ ſanctorum
tuorũ. ps. Quid gloriaris in malitia: q po
tẽs es in iniquitate? ℣. Gria. Oremus.

DA, q̃s, oẽs Deus: vt beati Mat
thei apoſtoli tui & euãgeliſtę,
quam preuenimus, veneranda ſo-
lennitas, & deuotionem nobis au-
geat, & ſalutem. Per dominũ no.

Pro cõ. SS. m̃. Euſtac. & ſoc. Orõ.

DEus, qui nos cõcedis ſancto
rum martyrũ tuorum Euſta
chij, & ſociorum eius natalitia co-
lere: da nobis in ęterna beatitudi-
ne de eorum ſocietate gaudere.

Tertia orõ de S. Maria. Cõcede. 246
niſi feſtum S. Matthei venerit feria ij. quia
tunc de ſanctis cõmem. fit in Dñica, & ſab-
batho fit de vigilia cum orõnib' de ſancta
Maria, & Eccleſię. vel pro Papa.

Epl'a. Bñdictio dñi ſup cap. 223.

Grad. Iuſtus vt palma florebit: ſicut ce
ps.91 drus Libani multiplicabitur in domo do-
mini. ℣. Ad annunciandum mane miſeri-
cordiam tuam, & veritatem tuã per noctem.

Sequẽtia ſancti euãg. ſm Lucam.

ca.5. IN illo tempore: Vidit Ieſus
publicanũ nomine Leui, ſe-
dẽtem ad telóniũ: & ait illi. Seque-
re me. Et relictis omnibus ſurgẽs
ſecutus eſt eũ. Et fecit ei conuiuiũ
magnum Leui in domo ſua: & erat
turba multa publicanorum, & alio
rũ qui cũ illis erant, diſcũbentes.
Et murmurabant phariſęi, & ſcri-
bę eorum, dicẽtes ad diſcipulos eius.
Quare cum publicanis & peccato
ribus mãducatis & bibitis? Et re
ſpondẽs Ieſus, dixit ad illos. Nõ
egẽt qui ſani ſunt, medico: ſed qui
male habent. Non veni vocare iu
ſtos, ſed peccatores ad pęnitentiã.

Offertorium. Gloria & honore coro- ps.8.
naſti eum: & conſtituiſti eũ ſuper opera ma
nuum tuarum domine. Secreta.

APoſtolicę reuerentię culmẽ
offerimus tibi ſacris myſte-
rijs imbuendũ: pręſta, quęſumus,
dñe: vt beati apoſtoli tui & euãgeli
ſtę Matthei ſuffragijs: cuius nata
litia preuenimus, hęc plebs tua ſem
per, & ſua vota depromat, & deſide
rata percipiat. Per dominum no.

Pro cõme. SS. martyrũ. Secre.

MUnera tibi dñe noſtrę deuo
tionis offerimus: quę & pro
tuorum tibi grata ſint honore iu-
ſtorum, & nobis ſalutaria te miſe-
rante reddantur. Per dominum.

Tertia de ſancta Maria. folio. 246.

Cõmunio. Magna eſt gloria eius in ſa- ps.8.
lutari tuo: gloriã, & magnũ decorem impo-
nes ſuper eum, domine. Poſtcommu.

SAncti apl'i tui & euangeliſtę
Matthei, q̃s dñe, ſupplicatiõe
placatus, & veniam nobis tribue, &
remedia ſempiterna cõcede. Per.

Pro cõme. SS. marty. Poſtcom.

PReſta nobis, q̃s domine, in-
tercedẽtib' ſanctis tuis, Eu
ſtachio,

chio, ⁊ ſocijs: vt, quod oꝛe contin-
gimus, pura mente capiamus.

Tertia de ſancta Maria. 246

die 21. ¶ S. Matthęi Apoſtoli ⁊ Euan-
gelistę. Introitus. 6.

ps. 36


OS iuſti meditabitur ſapientiā, ⁊ lingua eius loquetur iudicium: lex Dei eius in coꝛde ipſius. Ps. Noli ęmulari in malignantibus: neqꝫ zelaueris facientes iniquitatem. V. Gloꝛia patri, ⁊ filio. Oremus.

BEati Apoſtoli, ⁊ Euāgeliſtę Matthęi domine precibus adiuuemur: vt, quod poſſibilitas noſtra non obtinet: eius nobis interceſſione donetur. Per dñm.

Lectio Ezechielis prophetę.

ca. 1 SImilitudo vultus quatuoꝛ animalium: facies hominis, ⁊ facies leonis a dextris ipſorū quatuoꝛ: Facies autem Bouis, a ſiniſtris ipſoꝝ quatuoꝛ: ⁊ facies Aquilę deſuper ipſoꝛum quatuoꝛ. Et facies eoꝛum, ⁊ pennę eoꝛum extentę deſuper. Duę pennę ſinguloꝛuꝫ iungebantur, ⁊ duę tegebant coꝛpoꝛa eoꝛum. Et vnumquodqꝫ coꝛuꝫ, coꝛā facie ſua ambulabat. Ubi erat impetus ſpiritus, illuc gradiebantur: nec reuertebantur cū ambularent. Et ſimilitudo animaliū, ⁊ aſpectus eoꝛum, quaſi carbonū ignis ardentium, ⁊ quaſi aſpectus lāpadarū. Hęc erat viſio diſcurrēs in medio animaliū: ſplendoꝛ ignis, ⁊ de igne fulgur egrediens. Et animalia ibant, ⁊ reuertebant in ſimilitudinē fulguris coꝛuſcantis.

Grad. Beatus vir qui timet dñm: in mā- ps. 111
datis eius cupit nimis. V. Potens in ter-
ra erit ſemen eius, generatio rectoꝛuꝫ bene-
dicetur. Halab, halab. V. Te gloꝛioſus
aplóꝛum choꝛus laudat dñe, Halleluiah.

Sequētia ſcti euāg. ſm Mattheū.

IN illo tempoꝛe. Uidit Jeſus ca. 9.
hominem ſedentem in teló-
nio, Matthęum nomine, ⁊ ait illi. Sequere me. Et ſurgens, ſecutus eſt eum. Et factum eſt: diſcumbente eo in domo, ecce multi publicani ⁊ peccatoꝛes venientes, diſcumbebāt cum Jeſu, ⁊ diſcipulis eius. Et videntes Phariſęi, dicebāt diſcipulis eius. Quare cum publicanis, ⁊ peccatoꝛibus manducat magiſter veſter? At Jeſus audiēs, ait. Non eſt opus valentibus medico, ſed male habentibus. Euntes autem diſcite quid eſt, Miſericoꝛdiā volo, ⁊ non ſacrificium. Non enim veni vocare iuſtos, ſed peccatoꝛes.

Credo in vnū Deū. Offertoꝛiū.

Poſuiſti domine in capite eius coꝛonam ps. 20
de lapide pꝛetioſo: vitam petijt à te, ⁊ tribuiſti ei, Halleluiah. Secreta.

SUpplicationibus apoſtolicis beati Matthęi euāgeliſtę, qs domine, eccleſię tuę commēdetur oblatio: cuius magnificis pꝛędicationibus eruditur. Per dominū.

Pręfatio de Apoſtolis. folio 113.

Communio.

Magna eſt gloꝛia eius in ſalutari tuo, glo-
riam, ⁊ magnum decoꝛem impones ſuper ps. 20
eum domine. Poſtcommunio.

PErceptis dñe ſacramētis, beato Matthęo aplo tuo ⁊ euangeliſta interueniēte, depꝛecamur: vt, quę pꝛo eius celebꝛata ſunt glo-

ria,nobis proficiat ad medelā. p d.

die 22 ¶ SS.mart. Mauritij,⁊ soc.eius. Missa. Intret in conspectu tuo domine. cū Epla. Respōdit vn⁹ de senioribꝫ. de communi plurium martyrum. fol.239. preter orōnem, que dicitur vt infra. Orō.

Annue,q̄s,oīps De⁹:vt sanctorum martyrum tuorum Mauritij,⁊ sociorum eius nos letificet festiua solennitas: vt, quorū suffragijs nitimur,eorū natalitijs gloriemur. Per do. Secre.

Respice,q̄s dn̄e, munera, que in sanctorum martyrum tuorum Mauritij,⁊ sociorum eius cō memoratione deferimus:⁊ presta: vt quorum honore sunt grata, eorum nobis fiant intercessione perpetua. Per dominum. Postcom.

Celestib⁹ refecti sacramētis ⁊ gaudijs,supplices te rogam⁹ dn̄e:vt,quorum gloriamur triumphis,protegamur auxilijs. Per d.

die 23. ¶ S.Lini Pape ⁊ marty. Missa. Sacerdotes dei.de cōi vni⁹ m̄.pōt. 224 cū cōme.S.Thecle virg.⁊ m̄.vt infra: nisi fuerit Dn̄ica:quia tunc cōme. sequēs fit in dn̄ica,⁊ festū predictū transfertur in ij.feriā.

Pro cō.S.Thecle virg. ⁊ m̄. Orō.

Da q̄s,oīps Deus:vt qui beate Thecle virginis,⁊ martyris tue natalitia colim⁹, ⁊ annua solennitate letemur, ⁊ tāte fidei proficiamus exemplo.

Tertia oro. A cūctis nos. Sec.

Suscipe domine munera: que in beate Thecle virginis,⁊ martyris tue solēnitate deferim⁹: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Postcommu.

Auxilient nobis dn̄e sumpta mysteria: ⁊ intercedente btā Thecla virgine ⁊ martyre tua, sempiterna faciant ꝓtectione gaudere.

¶ SS.mart. Cypriani ⁊ Justine. die 26. Missa. Salus aūt. iu.de cōi plur.m̄. 229 preter orationem,que dr̄ vt infra. Oratio.

Beatorū martyrum tuorū Cypriani, ⁊ Justine nos dn̄e foueant cōtinuata presidia:quia nō desinis propitius intueri,quos talibus auxilijs concesseris adiuuari. Per dn̄m. Secre.

Munera tibi dn̄e nostre deuotionis offerimus, que ⁊ pro tuorū tibi grata sint honore iustorum,⁊ nobis salutaria te miserante reddantur. Per dn̄m. Postcō.

Presta nobis,q̄s dn̄e,intercedētib⁹ sanctis tuis Cypriano, ⁊ Justina:vt,que ore cōtingimus, pura mente capiamus. Per dn̄m.

SS.m̄.Cosme,⁊ Damiani.Int. die 27



Sapientiam sanctorum narrent populi: ⁊ laudes eorum nunciet ecclesia: nomina autem eorum viuēt in seculum seculi. ps.56 Ps. Exultate iusti in Domino, rectos decet collaudatio. ps.32

V. Gloria patri,⁊ filio, ⁊ spi. Oremus.

Presta,quesumus,omnipotēs Deus:vt,qui sanctorum martyrum tuorum Cosme, ⁊ Damiani natalitia colimus,a cunctis malis imminētibus eorum intercessionibus liberemur. Per dominum.

Epla. Iusti aūt in ppetuum viuēt, de communi plurium martyrum. 229.

Grad. Clamauerūt iusti, ⁊ dn̄s exaudiuit eos;⁊ ex oībus tribulationibus eorum liberauit ps.33

berauit eos. ℣. Iuxta eſt dñs his q tribu-
lato ſunt corde: ꝛ humiles ſpiritu ſaluabũ-
tur. Halãh, hal. ℣. Hec eſt vera fraterni-
tas, que vicit mundi crimina, Chriſtũ ſecu-
ta eſt, inclyta tenens regna celeſtia, halãh.
Euãg. Deſcẽdẽs Ieſus oc. 229.

Offertorium.

ps. 5 Gloriabunt in te oẽs, qui diligunt nomẽ
tuũ, qm̃ tu dñe benedices iuſto: dñe, vt ſcu-
to bone volũtatis tue, coronaſti nos. Sec.
Sanctorũ tuorũ nobis dñe pia
nõ deſit oratio: que ꝛ munera
noſtra cõciliet, ꝛ tuã nobis indul-
gentiaz ſemper obtineat. Per do.

Communio.

ps. 78. Poſuerunt mortalia ſeruorũ tuorum dñe
eſcas volatilib9 celi: carnes ſanctorũ tuoruz
beſtijs terre: ſecũdũ magnitudinez brachij
tui, poſſide filios morte punitorũ. Poſtc.
Protegat, queſum9 dñe popu
lum tuuz, ꝛ participatio cele
ſtis indulta conuiuij: ꝛ deprecatio
collata ſanctorum. Per dominuz.
die 29 ¶ In feſto Dedicationis S. Mi-
chaelis Archãgeli. Introitus. 3.

ps. 102



Benedicite domi-
nũ omnes angeli
eius, potentes virtute: q
facitis verbum eius, ad
audiendam vocem ſer-
monuz eius. ps. Bene
dic anima mea domino,
ꝛ omnia que intra me
ſunt, nomini ſancto eius. ℣. Gloria patri,
ꝛ filio, ꝛ ſpiritui ſancto. Oremus.
Deus, qui miro ordine, ange-
lorum miniſteria, hominũqz
diſpenſas: concede propitius: vt,
quibus tibi miniſtrantibus in ce-
lo ſemper aſſiſtitur, ab his in terra
vita noſtra muniatur. Per domi.

Lcõ libri Apocal. b. Iohãnis apli.
In diebus illis. Significauit ca. 1
De9 que oportet fieri cito, lo
quens per angelũ ſuum ſeruo ſuo
Iohãni: qui teſtimoniũ perhibuit
verbo Dei, ꝛ teſtimonium Ieſu
Chriſti, quecũqz vidit. Beatus q
legit, ꝛ qui audit verba prophetie
huius, ꝛ ſeruat ea que in ea ſcripta
ſunt. Tẽpus enim prope eſt. Iohã
nes ſeptẽ eccleſijs que ſunt in Aſia,
gratia vobis ꝛ pax ab eo qui eſt, ꝛ
qui erat, ꝛ qui venturus eſt: ꝛ a ſe-
ptem ſpiritibus qui in conſpectu
Throni ei9 ſunt: ꝛ a Ieſu Chriſto,
qui eſt teſtis fidelis, primogenitus
mortuorum, ꝛ princeps regum ter
re. Qui dilexit nos, ꝛ lauit nos a
peccatis noſtris in ſanguine ſuo.
Graduale. Benedicite dominum om- ps. 102
nes angeli eius, potẽtes virtute, qui facitis
verbum eius. ℣. Benedic anima mea do-
minũ, ꝛ omnia interiora mea nomẽ ſanctũ
eius. Halelnah, halelnah. ℣. Sãcte Mi
chael Archãgele, defende nos in prelio: vt
nõ pereamus in tremendo iudicio. Halãh.
In Apparitione S. Michaelis men
Maio, omiſſo graduali additur ſequens.
℣. Concuſſum eſt mare, ꝛ contremuit ter-
ra, vbi archangelus Michael deſcendit de
celo. Halelnah.
Sequẽtia ſcti euãg. ſm Mattheũ.
In illo tempore: Acceſſerunt ca. 18.
diſcipuli ad Ieſum, dicẽtes.
Quis, putas, maior eſt in regno ce
lorum? Et aduocans Ieſus par-
uulum ſtatuit eũ in medio eorum,
ꝛ dixit. Amen dico vobis: niſi con-
uerſi fueritis, ꝛ efficiamini ſicut
paruuli: non intrabitis in regnuz
celorũ. Quicunqz ergo humiliaue-
rit

rit ſe ſicut paruulus iſte: hic maior eſt in regno celoꝝ̄. Et qui ſuſcepe rit vnū paruuluꝫ talem in nomine meo, me ſuſcipit. Qui autē ſcanda lizauerit vnuꝫ de puſillis iſtis q̄ in me credunt: expedit ei vt ſuſpēda tur mola aſinaria in collo eius, ⁊ demergatur in profunduꝫ maris. Ve mundo a ſcandaliꝭ. Neceſſe eſt enim vt veniant ſcandala: verūta men ve homini illi, per quē ſcāda lū venit. Si aūt manus tua, vel pes tuus ſcandaliꝫat te: abſcinde eū, ⁊ proijce abs te. Bonum eſt tibi ad vitā ingredi debileꝫ, vel claudum, quā duas manus, vel duos pedes habētē mitti in ignē eternū. Et, ſi oculus tuus ſcādaliꝫat te: erue eū: ⁊ proijce abs te. Bonū eſt tibi cum vno oculo i vitā intrare, quā duos oculos habentē mitti in gehennā ignis. Videte ne ɔtēnatis vnū ex his puſillis. Dico eniꝫ vobis: quia angeli coꝝ̄ ſemper vident faciem patris mei, q̄ in celis eſt. Credo.

Apo. 8 Offert. Stetit angelus iuxta arā tēpli, habēs thuribulum aureum in manu ſua: ⁊ data ſunt ei incenſa multa: ⁊ aſcendit fumus aromatum in cōſpectu Dei, Halab. Sec.

Hoſtias tibi dn̄e laudiꝭ offeri mus, ſuppliciter deprecātes: vt eaſdē angelico pro nobis inter cedente ſuffragio, ⁊ placatus acci pias, ⁊ ad ſalutem noſtram proue nire concedas. Per dominum no.

Dan. 3 Communio. Benedicite omnes ange li domini dominum: hymnum dicite, ⁊ ſu perexaltate eum in ſecula. Poſtcōmu.

Beati archangeli tui Michae lis interceſſione ſuffulti, ſup plices te domine deprecamur, vt, quod ore proſequimur, continga mus ⁊ mente. Per dominum no.

¶ S. Hieronymi presbyteri, con feſſoris, ⁊ doctoris eccleſie. Intr. 6 die 30.



eccl. 15 In medio eccle ſie aperuit os ei⁹, ⁊ impleuit eum domin⁹ ſpiritu ſapientie, ⁊ intel lect⁹: ſtolā glorie induit eum. Ps. Bonuꝫ eſt cō ps. 91 fiteri domino: ⁊ pſallere nomini tuo altiſſime.

℣. Gloria patri, ⁊ filio. Oremus.

Deus, qui eccleſie tue in expo nēdis ſacris ſcripturis, bea tum Hieronymum cōfeſſorē tuū, doctorem maximuꝫ prouidere di gnatus es: preſta, q̄s: vt eius ſuffra gantibus meritis, qd̄ ore ſimul ⁊ opere docuit, te adiuuante exercē re valeamus. Per dominum no.

Lcō ep̄le bti Pauli apli ad Timo. 2. cap. 4

Chariſſime. Teſtificor corā Deo ⁊ Chriſto Jeſu, qui iudicatu rus eſt viuos ⁊ mortuos, per aduē tum ipſius, ⁊ regnum eius: predica verbum, inſta opportune, impor tune: argue, obſecra, increpa i om ni patientia ⁊ doctrina. Erit enim tempus, cum ſanam doctrinam nō ſuſtinebunt: ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros pru rientes auribus: ⁊ a veritate qui dem auditum auertent, ad fabulaꝭ autem conuertentur. Tu vero vi gila, in omnibus labora, opus fac euangeliſte, miniſterium tuum im ple, ſobrius eſto. Ego enim iam de libor: ⁊ tempus reſolutionis mee inſtat. Bonum certamen certaui, curſuꝫ conſummaui, fidem ſerua

ui. In reliquo, repoſita eſt mihi co
rona iuſtitię, quam reddet mihi
dominus in illa die iuſtus iudex:
non ſolum autē mihi, ſed ⁊ iis, qui
diligunt aduentum eius.
ps.63 Graduale. Os iuſti meditabitur ſapiē
tiam, ⁊ lingua eius loquetur iudicium.
℣. Lex Dei eius in corde ipſius, ⁊ nō ſup
plantabuntur greſſus eius. Halleluiah,
halleluiah. ℣. Amauit eum dñs, ⁊ ornauit
eccl.45 eum: ſtolam glorię induit eum. Halleluiah.
Sequētia ſcti euāg. ſm Matthęū.
ca.5. In illo tpe. Dixit Jeſus diſci
pulis ſuis. Uos eſtis ſal terrę.
Quod ſi ſal euanuerit, in quo ſalie
tur? Ad nihilū valet vltra, niſi vt
mittatur foras, ⁊ cōculcet̃ ab homi
nibus. Uos eſtis lux mundi. Non
poteſt ciuitas abſcōdi ſupra mon
tē poſita. Neqꝫ accēdunt lucernā,
⁊ ponunt eā ſub modio, ſed ſuper
candelabrū, vt luceat omnibus, q
i domo ſunt. Sic luceat lux veſtra
corā hominibus, vt videant opera
veſtra bona, ⁊ glorificent patrem
veſtrum qui in cęlis eſt. Nolite pu
tare qm̃ veni ſoluere legē, aut pro
phetas: nō veni ſoluere, ſed adim
plere. Amē quippe dico vobis, do
nec tranſeat cęlū ⁊ terra, iota vnū
aut vnus apex nō pteribit a lege,
donec omnia fiāt. Qui ergo ſolue
rit vnū de mādatis iſtis minimis,
⁊ docuerit ſic homines: minimus
vocabit̃ in regno cęloꝝ. Qui autē
fecerit ⁊ docuerit, hic magnus vo
cabit̃ in regno cęlorū. ⁊ di Credo.
ps.91 Offer. Juſtus, vt palma florebit: ſicut ce
drꝰ, quę in Libano eſt, multiplicabit̃. Sec.
Donis cęleſtibus, quęſumus
dñe, libera nos tribue men
te inſeruire: vt munera quę deferi
mus, intercedēte beato Hierony
mo confeſſore tuo, ⁊ medelam no
bis operentur, ⁊ gloriam. Per do.

Communio.

Fidelis ſeruus, ⁊ prudens, quem conſti mat.24
tuit dñs ſuper familiam ſuam: vt det illis
in tempore tritici menſuram. Poſtcō.
Repleti alimonia cęleſti, quę
ſumus, domine, vt interueniē
te beato Hieronymo confeſſore
tuo, miſericordię tuę gratiam cōn
ſequi mereamur. Per dominum.

FESTA OCTOBRIS.

S. Remigij epiſcopi, ⁊ confeſſ. die 1.
Miſſa. Statuit ei dominus teſtamentum.
Sancti Franciſci confeſſoris. die 4.



Introitus. 2.

Mihi autem abſit gloriari, niſi in Gal.6
cruce dñi noſtri Jeſu Chriſti: per
quem mihi mundus crucifixus
eſt, ⁊ ego mundo. ps. Uoce mea ad do ps.141
minum

minum clamaui: voce mea ad dñm deprecatus ſum. ℣. Gloria patri. Oremus.

Deus, qui eccleſiam tuã beati Franciſci meritis fętu nouę prolis amplificas: tribue nobis, ex eius imitatione, terrena deſpicere: ⁊ cęleſtium donorũ ſemper participatione gaudére. Per domi.

Lcõ epl'ę beati Pauli apl'i ad Gal.

cap. 6. Fratres. Mihi autẽ abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri Jeſu Chriſti: per quem mihi mundus crucifixus eſt, ⁊ ego mũdo. In Chriſto enĩ Jeſu, neq̃ circunciſio aliquid valet, neq̃ pręputiũ: ſed noua creatura. Et quicũque hanc regulam ſecuti fuerint, pax ſuper illos, ⁊ miſericordia, ⁊ ſuper Jſrael Dei. De cętero, nemo mihi moleſtus ſit. Ego enim ſtigmata dñi Jeſu, in corpore meo porto. Gratia dñi noſtri Jeſu Chriſti, cum ſpiritu veſtro fratres. Amen.

ps. 36 Graduale. Os iuſti meditabitur ſapiẽtiam, ⁊ lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex Dei eius in corde ipſius, ⁊ non ſupplantabuntur greſſus eius. Haleluiah, haleluiah. ℣. Franciſcus pauper, ⁊ humilis, cęlum diues ingreditur, hymnis cęleſtibus honoratur. Haleluiah.

Euãg. Confiteor tibi pater. 230.

ps. 88. Offertorium. Veritas mea, ⁊ miſericordia mea cum ipſo: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Munera tibi dñe dicata ſanctifica: ⁊ intercedente beato Frãciſco, ab omni nos culparum labe purifica. Per dominum no.

mat. 24 Cõmu. Fidelis ſeruus ⁊ prudens, quẽ conſtituit dñs ſuper familiam ſuam: vt det illis in tẽpore tritici menſurã. Poſtcom.

Eccleſiam tuã, quęſumus domine, gratia cęleſtis amplificet: quam beati Franciſci illuminare voluiſti glorioſis meritis, ⁊ exemplis. Per dominum noſtrũ.

S. Marci pp̃ ⁊ cõf. Introitus. 3.



Sacerdotes tui domine induant iuſtitiã: ⁊ ſancti tui exultent: propter Dauid ſeruum tuum, non auertas faciem Chriſti tui. ps. 131 Ps. Memento domine Dauid, ⁊ oĩs manſuetudinis eı'. ℣. Gloria patri. Oremus.

Exaudi dñe preces noſtras: ⁊, intercedente beato Marco confeſſore tuo atq̃ pontifice: ſupplicationes noſtras placatus intende. Per dominum noſtrũ Je.

Pro cõ. SS. mar. Sergii, Bacchi, Marcelli, ⁊ Apuleii. Oratio.

Sanctorũ martyrũ tuorũ nos dñe, Sergii, Bacchi, Marcelli, ⁊ Apuleii beata merita proſequantur: ⁊ tuo ſemper faciãt amore feruentes. Per dominum noſt.

Epl'a. Plures facti ſunt ſacerdotes. de communi cõfeſſorũ pont. fo. 232.

Graduale. Sacerdotes eius induant ſalutare, ⁊ ſancti eius exultatione exultabũt. ℣. Jlluc producam cornu Dauid, paraui lucernam Chriſto meo. Haleluiah, haleluiah. ℣. Jurauit dominus, ⁊ non pęnitebit eum: tu es ſacerdos in ęternum, ſecundum ordinem Melchiſedech, Haleluiah.

Euãg. Vigilate, qa neſcitis. 232.

Offertorium. Veritas mea, ⁊ miſericordia mea cum ipſo: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta. ps. 88

Accepta tibi ſit domine ſacra

tę

tę plebis oblatio, pro tuorum ho-
nore ſanctorum: quorum ſe meri-
tis percepiſſe de tribulatione co-
gnoſcit auxilium. Per dominum.

Pro comme. ſanctorum. Secreta.

MAieſtatem tuam nobis dñe,
q̄s, hęc hoſtia reddat immo-
landa placatam, tuorum digna po
ſtulatione ſanctorum. Per domi.

Communio.


mat.24 Beatus ſeruus, quem cũ venerit dñs, in-
uenerit vigilantem. Amen dico vobis: ſup
omnia bona ſua conſtituet eũ. Poſtcom.

DA, q̄s dñe, fidelibus populis,
ſanctorum tuorũ ſemper ve-
neratione lętari, ꝛ eorum perpe-
tua ſupplicatione muniri. Per d.

Pro commem. SS. Poſtcom.

SAcramentis dñe muniamur
acceptis: ſanctorũ martyrum
tuorũ, Sergii, Bacchi, Marcelli, ꝛ
Apuleij intercessione, contra om-
nes nequitias irruentes, armis cę
leſtibus protegamur. Per domi.

die 9 Sanctorũ martyrũ Dionyſij,
Ruſtici, ꝛ Eleutherij. Introit. 3.

eccl.44 

SApientiã ſanctorũ
narrent populi, ꝛ
laudes eorum nunciet
Eccleſia: nomina autẽ
eorum viuent in ſęcu-
lum ſęculi. Ps. Exulta-
ps.32. te iuſti in domino: re-
ctos decet collaudatio.

℣. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ ſpi. Oremus.

DEus, qui hodierna die beatũ
Dionyſium martyrem tuũ
atq; pontificem, virtute cõſtantię
in paſſione roboraſti: quiq; illi ad
prędicandũ gentibus gloriã tuã,
Ruſticum, ꝛ Eleutherium ſociare
dignatus es: tribue nobis, q̄s, eorũ
imitatione pro amore tuo proſpe-
ra mundi deſpicere: ꝛ nulla eius
aduerſa formidare. Per dominũ.

Lectio Actuum Apoſtolorum.

IN diebus illis. Stans Pau- cap.17.
lus in medio Areopagi, ait. Vi-
ri Athenienſes, per omnia quaſi ſu
perſtitioſos vos video. Pręteriẽs
enim ꝛ videns ſimulacra veſtra, in-
ueni ꝛ aram, in qua ſcriptũ erat,
Ignoto Deo. Quod ergo ignorã
tes colitis, hoc ego annũcio vobis.
Deus q fecit mundũ ꝛ omnia quę
in eo ſunt, hic cęli ꝛ terrę cũ ſit do
minus, nõ in manu factis tẽplis ha-
bitat, nec manibus humanis coli-
tur, idigens aliquo: cũ ipſe det om
nibus vitã ꝛ inſpirationẽ ꝛ omnia:
fecitq; ex vno omne genus hominũ
inhabitare ſup vniuerſã faciẽ ter-
rę, definiẽs ſtatuta tẽpora ꝛ termi
nos habitationis eorũ, q̄rere Deũ,
ſi forte attrectent eũ, aut inueniãt,
quãuis non lõge ſit ab vnoquoq;
noſtrũ. In ipſo enĩ viuimus ꝛ mo
uemur, ꝛ ſumus, ſicut ꝛ quidam ve
ſtrorũ poetarum dixerunt: Ipſius Aratus
enĩ ꝛ genus ſumus. Genus ergo
cũ ſimus Dei, non debemus ęſtima
re auro ꝛ argento, aut lapidi ſcul-
pturę artis ꝛ cogitationis homi-
nis diuinũ eſſe ſimile. Et tẽpora q-
dẽ huius ignorãtię deſpiciẽs Deus,
nunc annũciat hominibus, vt oẽs
vbiq; pęnitentiã agãt: eo q ſtatuit
diem in quo iudicaturus eſt orbẽ
in ęquitate, in viro in quo ſtatuit,
fidem prębens omnibus ſuſcitãs
eum a mortuis. Cum audiſſent au
tem reſurrectionem mortuorum,
qui-

quidam quidem irridebãt, quidã
vero dixerũt. Audiem⁹ te de hoc
iterũ. Sic Paul⁹ exiuit de medio
eorum. Quidam vero viri adhęrẽ
tes ei, crediderũt: in quib⁹ ꝛ Dio-
nysius Areopagita, ꝛ mulier no-
mine Damaris, ꝛ alij cum eis.
ps. 123 Grad. Anima nostra ſicut paſſer erepta
eſt de laqueo venantiũ. ℣. Laqueus cõtri-
tus eſt, ꝛ nos liberati ſumus: adiutoriũ no-
ſtrum in nomine dñi, q fecit cęlũ ꝛ terram.
ps. 67 Halãh, hal. ℣. Juſti epulent, ꝛ exultẽt in
conſpectu Dei, ꝛ delectent in lętitia, Hal.
Sequẽtia ſcti euãgel. ſm Lucam.
ca. 6. In illo tpe: Deſcendens Je-
ſus de monte, ſtetit in loco cã
peſtri, ꝛ turba diſcipulorum eius,
ꝛ multitudo copioſa plebis ab
omni Judęa ꝛ Jeruſalem, ꝛ Ma-
ritima ꝛ Tyri ꝛ Sidõnis, q vene-
rant vt audirent eum, ꝛ ſanarẽtur
a languoribus ſuis. Et qui vexa-
bantur a ſpiritibus immundis, cu
rabãtur. Et omnis turba q̃rebat
eũ tãgere: quia virtus de illo exi-
bat, ꝛ ſanabat omnes. Et ipſe ele-
uatis oculis in diſcipulos ſuos di
cebat. Beati pauperes: qm̃ veſtrũ
eſt regnũ Dei. Beati qui nũc eſuri
tis: qm̃ ſaturabimini. Beati q nũc
fletis, qa ridebitis. Beati eritis cũ
vos oderint homines, ꝛ cum ſepa
rauerint vos, ꝛ exprobrauerint, ꝛ
eiecerint nomen veſtrum tanquã
malum, propter filium hominis.
Gaudete i illa die, ꝛ exultate, ecce
eniꝫ merceſ veſtra multa eſt i cęlo.

Offertorium.

ps. 139 Exultabunt ſancti in gloria: lętabuntur
in cubilibus ſuis: exaltationes Dei in fau-
cibus eorum, Haleluiah. Secreta.

Oblata tibi dñe munera po-
puli tui, pro tuorum honore
ſanctorum martyrũ, Dionyſij, Ru
ſtici, ꝛ Eleutherij, ſuſcipe ppitius,
quęſumus: ꝛ eorum nos intercef-
ſione ſanctifica. Per dominuꝫ no.

Communio.

Dico aũt vobis amicis meiſ: ne terreami ps. 12.
ni ab his, qui vos perſequuntur. Poſtc.
Sumptis dñe ſacramẽtis, q̃s,
vt intercedẽtibuſ beatis mar
tyribus tuis, Dionyſio, Ruſtico, ꝛ
Eleutherio, ad redẽptionis ęter-
nę proficiamuſ augmẽtũ. Per do.
¶ S. Calliſti papę ꝛ mar. Intr. 6 die 14



Sacerdotes Dei Dan. 3
benedicite dñm:
ſancti, ꝛ humiles corde
laudate Deuꝫ. ps. Be
nedicite omnia opera
dñi dño: laudate ꝛ ſup-
exaltate eum in ſęcula.
℣. Gloria. Orem⁹.
Deus, qui nos cõſpicis ex no
ſtra infirmitate deficere: ad
amorem tuum noſ miſericorditer,
per ſanctorum tuorum exempla
reſtaura. Per dominum noſtruꝫ.
Epla. Omnis pontifex ex hom.
de communi confeſſorum põtificuꝫ. 232.
Grad. Inueni Dauid ſeruum meum: ps. 88
oleo ſancto meo vnxi eum: manus enim
mea auxiliabitur ei, ꝛ brachium meuꝫ con-
fortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus eccl. 45
in eo: ꝛ filius iniquitatis non nocebit ei.
Halah, halah. ℣. Amauit eum dñs, ꝛ or
nauit eum: ſtolã glorię induit eum. Halah.
Euang. Siquis venit ad me. 224
Offertorium. Veritas mea, ꝛ miſeri ps. 88
cordia mea cum ipſo: ꝛ in nomine meo exal
tabitur cornu eius. Secreta.
Myſtica

Myſtica nobis domine proſit oblatio que nos, ⁊ a reatib⁹ noſtris expediat, ⁊ ppetua ſaluatione confirmet. Per dominum.

Communio.

mat.24 Beatus ſeruus, quẽ cũ venerit dñs inuenerit vigilantem: Amen dico vobis, ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Poſtcõ.

Queſumus oĩps Deus: vt, reatũ noſtrum munera ſacra purificent, ⁊ recte viuẽdi nobis operentur effectum. Per dominum.

die.18. ¶ S. Luce euangeliſte. Introi. 2



ps.138 Mihi autẽ nimis honorati ſunt amici tui Deus: nimis confortatus eſt principatus eorũ. Ps. Dñe probaſti me, ⁊ cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam, ⁊ reſurrectionem meam. ℣. Gloria. Oremus.

Interueniat pro nobis, queſumus domine, ſanctus tuus Lucas Euãgeliſta: qui crucis mortificationem iugiter in ſuo corpore pro tui nominis honore portauit. Per dominum noſtrum. ⁊c.

2.cap.8 Lectõ eplẽ bti Pauli apli ad Cor.

Fratres: Gratias ago Deo, qui dedit eandem ſolicitudinem pro vobis in corde Titi: quoniam exhortationem quidem ſuſcepit: ſed cum ſolicitior eſſet ſua voluntate, profectus eſt ad vos. Miſimus etiam cum illo fratrem noſtrum, cuius laus eſt in euangelio per omnes eccleſias. Non ſolũ autem, ſed ⁊ ordinat⁹ eſt ab eccleſiis comes peregrinationis noſtre: in hanc gratiam, que miniſtratur a nobis ad domini gloriam, ⁊ deſtinatam voluntatem noſtram: deuitantes hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine, que miniſtratur a nobis in domini gloriã. Prouidemus enim bona, non ſolum coram Deo, ſed etiam corã hominibus. Miſimus autem cum illis ⁊ fratrem noſtrum, quem probauimus in multis ſepe ſolicitum eſſe, nunc autem multo ſolicitiorẽ: confidentia multa in vos: ſiue pro Tito, qui eſt ſocius meus, ⁊ in vobis adiutor: ſiue fratres noſtri, apoſtoli eccleſiarũ, gloria Chri. Oſtenſionem ergo que eſt charitatis veſtre ⁊ noſtre glorie pro nobis, in illos oſtendite in facie eccleſiarum.

Graduale. In omnem terram exiuit ps.18 ſonus eorum: ⁊ in fines orbis terre verba eorum. ℣. Celi enarrant gloriam Dei: ⁊ opera manuum eius annunciat firmamentum. Halleluiah, halleluiah. ℣. Ego vos Jo.15 elegi de mundo, vt eatis, ⁊ fructum afferatis, ⁊ fructus veſter maneat, Halleluiah.

Sequẽtia ſancti euãg. ſm Lucam.

In illo tempore: Deſignauit ca.10. dominus ⁊ alios ſeptuaginta duos: ⁊ miſit illos binos ante faciem ſuam, in omnem ciuitatem ⁊ locum, quo erat ipſe venturus. Et dicebat illis. Meſſis quidem multa: operarij autem pauci. Rogate ergo dominum meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuã. Ite, ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos. Nolite portare ſacculũ, neq; perã, neq; calceamẽta: ⁊ neminem per viã ſalutaueritis. In quamcũque domum intraueritis: primum dicite, Pax huic domui. Et, ſi ibi

fuerit filius pacis, requieſcet ſup illuꝫ pax veſtra: ſin autē, ad vos reuertet. In eādem autem domo manete: edentes, ⁊ bibētes, quę apud illos ſunt. Dignus eſt enim operarius mercede ſua. Nolite trāſire de domo in domum. Et in quancunque ciuitatem intraueritis, ⁊ ſuſceperint vos: mādūcate quę apponūtur vobis: ⁊ curate infirmos q̄ in illa ſunt: ⁊ dicite illis. Appropinquabit in vos regnū Dei. Credo.

fo.138 Offertorium. Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui Deus: nimis confortatus eſt principatus eorum. Secre.

Donis cęleſtib⁹ da nobis q̄s dn̄e, libera tibi mente ſeruire: vt munera quę deferim⁹, interueniente beato Euangeliſta tuo Luca, ⁊ medelam nobis operentur, ⁊ gloriam. Per dominum no.

Prefatio de Apoſtolis. folio 113.

mat.19 Communio. Uos, qui ſecuti eſtis me, ſedebitis ſuper ſedes, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Poſtcommunio.

Preſta, quęſumus, omnipotēs Deus: vt, quod de ſancto altari tuo accepimus: precibus beati euāgeliſtę tui Lucę, ſanctificet animas noſtras: ⁊ quod tuti eſſe poſſimus. Per dominum noſtrum.

die 12. ℭ Sancti Hilarionis Abbatis.

Miſſa. Os iuſti meditabitur ſapientiam. de communi vnius Abbatis. folio 235. Et pro commemoratione ſanctarum Urſulę ⁊ ſociarum. Oratio.

Da nobis, quęſumus domine, ſanctarum virginum ⁊ martyrum tuarum, Urſulę ⁊ ſociarum eius, palmas inceſſabili deuotione venerari: vt, quas digna mente non poſſumus celebrare: humilibus ſaltem frequentemus obſequiis. Per do. Secre.

Intende, quęſumus domine, munera altaribus tuis ꝓ ſanctarum martyrum, ⁊ virginū tuarum, Urſulę, ⁊ ſociarum eius feſtiuitate propoſita: vt ſicut, per hęc beata myſteria, illis gloriam contuliſti, ita nobis indulgentiam largiaris. Per dominum. Poſtcom.

Preſta nobis, quęſumus dn̄e, intercedentibus ſanctis martyribus ⁊ virginibus tuis: vt, qđ ore contingimus, pura mente capiamus. Per dominum noſtrum.

ℭ SS. mart. Chryſanti, ⁊ Darię. die 25

Miſſa. Intret in cōſpectu tuo domine. de communi plurium martyrum. 228. excepta oratione, quę dr̄ vt infra. Oratio.

Beatorum martyrum tuorum, dn̄e Chryſanti, ⁊ Darię, quęſumus, adſit nobis oratio: vt, quos veneramur obſequio: eorum pium iugiter experiamur auxilium. Per dominū. Sec.

Populi tui, quęſumus dn̄e, tibi grata ſit hoſtia: quę in natalitijs ſanctorum martyrum tuorum Chryſanthi, ⁊ Darię ſolenniter immolatur. Per do. Poſtcō.

Myſticis domine repleti ſum⁹ votis ⁊ gaudijs: preſta, quęſumus: vt, interceſſionibus ſanctorum martyrum tuorum Chryſanthi ⁊ Darię, quę temporaliter agimus: ſpiritualiter conſequamur. Per dominum noſtrum Ieſum.

ℭ S. Euariſti papę, ⁊ martyris. die 26

Miſſa. Statuit ei dominus teſtamentum. de communi vnius marty. pontific. 223.

In

¶ In Vigilia Apoſtoloꝛum Simonis ꝛ Iudę. Introitus.

ps.78. Intret in conſpectu tuo domine gemitus compeditoꝛum, redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu eoꝛum: vindica ſanguinē ſanctoꝛum tuoꝛum, qui effuſus eſt. ps. Deus venerunt gentes in hereditatem tuam, pollucrūt templum ſanctum tuū, poſuerunt Jeruſalem in pomoꝛum cuſtodiam. ℣. Gloria. Oremus.

Concede, q̄s, op̄s De⁹: vt ſicut apoſtoloꝛū tuoꝝ Simonis, ꝛ Iudę gloꝛioſa natalitia p̄uenim⁹: ſic ad tua beneficia pꝛomerenda, maieſtatem tuam pꝛo nobis ipſi pꝛęueniant. Per dominū noſtrū.

Secūda oro de S. Maria. Cōced. 253.
Tertia, Eccleſię tuę quęſum⁹. 254.
vel pꝛo Papa. Deus omniū fid. 254.
Epla. Spectaculū facti ſum⁹ mū. de cōi confeſſoꝛum non pont. folio. 234.

Grad. Vindica dn̄e ſanguinē ſanctoꝛū tuoꝛū, q effuſus eſt. ℣. Poſuerunt moꝛtalia ſeruoꝛum tuoꝛum dn̄e eſcas volatilibus cęli: carnes ſanctoꝛum tuoꝛum beſtijs terrę.

Euāg. Ego ſum vitis vera: ꝛ pat. vt in cōi martyrū tēpoꝛe Paſchali. 227.

Offertoꝛium. Exultabūt ſancti in gloꝛia, lętabuntur in cubilibus ſuis: exaltationes Dei in faucibus eoꝛum. Secreta.

Muneri b⁹ noſtris dn̄e ſanctoꝛuꝫ apoſtoloꝛū tuoꝛū Simonis, ꝛ Iudę feſta pꝛęcedim⁹, te ſuppliciter depꝛecātes: vt, quę conſciētię noſtrę pꝛępediūtur obſtaculis, illoꝛū meritis grata reddātur. p d.

Secunda ſecreta. Tua domine.
Tertia: Pꝛotege. vel Oblatis.



Communio.

Poſuerunt moꝛtalia ſeruoꝛum tuoꝛū domine eſcas volatilibus cęli, carnes ſanctoꝛum tuoꝛum beſtijs terrę: ſecundum magnitudinem bꝛachij tui, poſſide filios moꝛte punitoꝛum. ps.78 Poſtcommunio.

Sumpto domine ſacramento ſuppliciter depꝛecamur: vt intercedētib⁹ beatis apoſtolis tuis, Simone, ꝛ Iuda: quod tempoꝛaliter gerimus: ad vitam capiamus ęternam. Per dominum noſtruꝫ.

Secunda Poſtcom. Sumptis dn̄e.
Tertia, Queſum⁹ do. vel Hęc nos.

¶ In feſto Apoſtoloꝛum Simonis, ꝛ Iudę. Introitus. 2.



Mihi autē nimis honorati ſunt amici tui Deus: nimis confoꝛtatus eſt pꝛincipatus eoꝛuꝫ. ps. Dn̄e pꝛobaſti me, ꝛ cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam, ꝛ reſurrectionem meam. ℣. Gloꝛia. Oremus.

Deus, q nos p beatos apoſtolos tuos Simonē ꝛ Iudā, ad agnitioneꝫ tui nominis venire tribuiſti: da nobis, eoꝛum gloꝛiā ſempiternaꝫ, ꝛ pꝛoficiendo celebꝛare, ꝛ celebꝛando p̄ficere. Per domi.

Lectō eplę btī Pauli aplī ad Eph.

Fratres: Unicuique noſtrum data eſt gratia ſecundum mēſuram donationis Chꝛiſti. Pꝛopter quod dicit, Aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitateꝫ: dedit dona hominibus. Quod auteꝫ aſcendit, quid eſt, niſi quia ꝛ deſcendit pꝛimum in inferioꝛes partes terrę? Qui deſcendit, ipſe eſt ꝛ ca.4.

qui aſcẽdit ſup omnes cęlos, vt im
plẽret omnia. Et ipſe dedit quoſ
dã quidẽ apoſtolos: quoſdã autẽ
prophetas: alios vero euangeli
ſtas: alios autẽ paſtores ⁊ docto
res, ad cõſummationẽ ſanctorũ: in
opus miniſterij: in ędificationem
corporis Chrĩ: donec occurram⁹
omnes in vnitatem fidei, ⁊ agnitio
nis filij Dei, in viruꝫ perfectum, in
mẽſurã ętatis plenitudinis Chrĩ.
ps.44 Grad. C onſtitues eos principes ſup oẽm
terrã, memores erunt nominis tui dñe. ℣.
Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: ppte
rea populi cõfitebũtur tibi. A lla, alla. ℣.
Nimis honorati ſunt amici tui Deus: ni
ps.138 mis confortatus eſt principatus eorũ. Val.
Sequẽtia ſancti euãg. ſm Johãnẽ.
cap.15. In illo tẽpore: Dixit Jeſus di
ſcipulis ſuis. Hęc mando vo
bis, vt diligatis inuicem. Si mun
dus vos odit, ſcitote, q͂a me priorẽ
vobis odio habuit. Si de mundo
fuiſſetis, mundus quod ſuuꝫ erat,
diligeret. Quia vero de mũdo nõ
eſtis, ſed ego elegi vos de mundo:
ppterea odit vos mũdus. Memẽ
tote ſermonis mei, quẽ ego dixi vo
bis. Nõ eſt ſeruus maior dño ſuo.
Si me pſecuti ſunt, ⁊ vos pſequen
tur. Si ſermonẽ meũ ſeruauerũt: ⁊
veſtrũ ſeruabunt. Sed hęc omnia
faciẽt vobis propter nomen meũ:
quia neſciunt eũ q miſit me. Si nõ
veniſſem, ⁊ locutus eis fuiſſeꝫ: pec
catũ non habẽrent. Nũc autẽ excu
ſationem non habent de peccato
ſuo. Qui me odit, ⁊ patrem meum
odit. Si opera non feciſſem in eis,
quę nemo alius fecit, peccatum nõ
habẽrent. Nunc autẽ, ⁊ viderunt,
⁊ oderunt, ⁊ me, ⁊ patrem meum.
Sed vt impleatur ſermo, q in lege
eorum ſcriptus eſt. Quia odio ha
buerũt me gratis. dicitur C redo.
Offert. I n oẽm terrã exiuit ſonus eorũ, ps.18
⁊ in fines orbis terrę verba eorũ. Secr.
Gloriã dñe ſanctorum apoſto
lorũ tuorũ perpetuã venerã
tes, q̃s: vt eã ſacris myſterijs expia
ti, dignius celebremus. Per dñm.
Pręfatio de Apoſtolis. folio. 113.
Communio. V os, qui ſecuti eſtis me, mat.19
ſedebitis ſuper ſedes iudicantes duodecim
tribus Iſrael. Poſtcommunio.
Perceptis dñe ſacramẽtis ſup
pliciter exoramus: vt interce
dẽtib⁹ beatis apoſtolis tuis Simo
ne ⁊ Juda: quę pro illorum vene
randa gerim⁹ paſſione: nobis pro
ficiant ad medelam. Per dominũ.
¶ In Vig. Omniũ Scõrũ. Intr. die 31
I udicant ſancti gen Sap.3
tes, ⁊ dominantur po
pulis: ⁊ regnabit dñs
Deus illorũ in perpe
tuũ. ps. Exultate iu ps.32
ſti in dño: rectos de
cet collaudatio. ℣.
Gloria pa. nõ dr Gloria in excelſis. Oro.
Domine De⁹ noſter, multipli
ca ſuper nos gratiam tuaꝫ: ⁊
quorũ preuenimus glorioſa ſolẽ
nia: tribue ſubſequi in ſancta pro
feſſione lętitiam. Per dominũ no.
Secũda oõ de Spũ ſcõ. D e⁹ q c.242.
Tertia, E ccleſię tuę, quęſumus.
vel pro Papa. D eus omniũ fi.
Lcõ libri Apo. beati Johãnis apli. ca.5
In diebus illis: Ecce ego Jo
hannes vidi in medio throni
⁊ quatuor animalium, ⁊ in medio
ſenio

ſeniorum, agnum ſtantẽ tanquam occiſuz, habentem cornua ſeptẽ, ⁊ oculos ſeptẽ, qui ſunt ſeptez ſpiritus Dei, miſſi in omnẽ terrã. Et venit, ⁊ accepit librũ de dextera ſedẽtis in throno. Et cuz aperuiſſet librum, quatuor animalia, ⁊ viginti quatuor ſeniores ceciderũt coram agno: habentes ſinguli citharas ⁊ phialas aureas, plenas odoramẽtorũ: quę ſunt orationes ſanctorũ. Et cantabant canticũ nouũ, dicẽtes. Dign⁹ es dñe accipere librũ, ⁊ ſoluere ſignacula eius: qm̃ occiſus es, ⁊ redemiſti nos Deo i ſanguine tuo, ex omni tribu, ⁊ lingua, ⁊ populo, ⁊ natione: ⁊ feciſti nos Deo noſtro regnum ⁊ ſacerdotes: ⁊ regnabimus ſuper terram. Et vidi, ⁊ audiui vocem angelorum multorũ in circuitu throni, ⁊ animaliuz, ⁊ ſeniorum: ⁊ erat numerus coruz millia millium voce magna dicentiũ. Dignus eſt agnus qui occiſus eſt, accipere virtutẽ, ⁊ diuinitatez, ⁊ ſapientiam, ⁊ fortitudinem, ⁊ honorem, ⁊ gloriam, ⁊ benedictionem, in ſęcula ſęculorum. Amen.

Ps.149 **Graduale.** Exultabunt ſancti in gloria: lętabuntur in cubilibus ſuis. ℣. Cantate domino canticum nouum: laus eius in eccleſia ſanctorum.

**Euãg.** Deſcendẽs Jeſus de mõ. de communi plurium marty. folio 229.

**Offertorium.**

Ps.149 Exultabunt ſancti in gloria: lętabuntur in cubilibus ſuis: exaltationes Dei in faucibus eorum.

**Secreta.**

Altare tuum domine Deus muneribus cumulamus oblatis: da queſumus, vt ad ſalutez noſtram, Omnium ſanctorum tuorum precatione proficiant, quorũ ſolennia ventura precurrimus. Per dominũ noſtrũ Jeſum Chri.



**Communio.**

Juſtorum animę in manu Dei ſunt: ⁊ non tanget illos tormentum malitię: viſi ſunt oculis inſipientium mori: illi autem ſunt in pace. Sap.3.

**Poſtcommunio.**

Sacramentis domine ⁊ gaudijs optata celebritate expletis: queſumus, vt eorum precibus adiuuemur, quorum recordationibus exhibentur. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium.

## FESTA NOVEMBRIS.

¶ **In feſto Omnium Sanctoruz.** die 1




**Introitus.** I.

Gaudeamus oẽs in dño, diem feſtum celebrantes, ſub honore ſanctorum omnium: de quorum ſolẽnitate gaudent angeli, ⁊ collaudant filium Dei.

Dei. Ps. Exultate iuſti in dn̄o, rectos de-
cet collaudatio. ℣. Gloria. Oremus.
Omnipotens ſempiterne De⁹, q nos
Omniū Sanctorum tuorū
merita ſub vna tribuiſti celebrita-
te venerari: queſumus: vt, deſidera-
tam nobis tue propitiationis abū
dantiam, multiplicatis interceſſo-
ribus largiaris. Per dominū no.

Lcō libri Apoc. btī Johānis Apli.

ca.7. In diebus illis. Ecce, ego Jo
hannes vidi alterum angelū
aſcendentem ab ortu ſolis, haben-
tem ſignum Dei viui. Et clamauit
voce magna quatuor angelis, qui
bus datum eſt nocére terre ⁊ ma
ri, dicēs. Nolite nocére terre ⁊ ma
ri, neqꝫ arborib⁹: quoadusqꝫ ſigne
mus ſeruos Dei noſtri in frōtibus
eorū. Et audiui numerum ſignato
rum, centū quadraginta quatuor
millia ſignati, ex omni tribu filio-
rū Iſrael. Ex tribu Juda, duode-
ciꝫ millia ſignati. Ex tribu Rubē,
duodecim millia ſignati. Ex tribu
Gad, duodecim millia ſignati. Ex
tribu Aſſer, duodeciꝫ millia ſigna-
ti. Ex tribu Nephtalim, duodeciꝫ
millia ſignati. Ex tribu Manaſſe,
duodecim millia ſignati. Ex tribu
Simeō duodecī millia ſignati. Ex
tribu Leui, duodeciꝫ millia ſigna-
ti. Ex tribu Iſſachar, duodeciꝫ mil
lia ſignati. Ex tribu Zabulō, duo-
decim millia ſignati. Ex tribu Jo-
ſeph, duodecim millia ſignati. Ex
tribu Beniamin, duodecim millia
ſignati. Poſt hec vidi turbam ma-
gnā, quā dinumerare nemo pote-
rat, ex oībus gētibus, ⁊ tribubus,
⁊ populis, ⁊ linguis, ſtantes ante
thronū, ⁊ in conſpectu agni, amicti
ſtolis albis, ⁊ palme in manib⁹ eo-
rū: ⁊ clamabant voce magna dicē-
tes: Salus Deo noſtro: q ſedet ſu
per thronū, ⁊ agno. Et oēs Angeli
ſtabāt in circuitu throni, ⁊ ſeniorū,
⁊ quatuor animaliū: ⁊ ceciderunt
in conſpectu throni in facies ſuas,
⁊ adorauerūt Deū, dicētes, Amē.
Benedictio, ⁊ claritas, ⁊ ſapien-
tia, ⁊ gratiarum actio: honor, vir-
tus, ⁊ fortitudo Deo noſtro, in ſe-
cula ſeculorum. Amen.

Graduale. Timete dominum omnes
ſancti eius: quoniam nihil deeſt timentibus
eum. ℣. Inquirentes autem dominū nō
deficiēt omni bono. Halleluiah, halleluiah.
℣. Venite ad me omnes qui laboratis, ⁊ one
rati eſtis: ⁊ ego reficiam vos. Halleluiah.

Sequētia ſcti euāg. ſm Matthēū.

In illo tēpore. Vidēs Jeſus ca.5.
turbas, aſcēdit in mōtem. Et
cum ſediſſet, acceſſerunt ad eum di-
ſcipuli eius: ⁊ aperiens os ſuū, do-
cebat eos, dicēs. Beati pauperes
ſpiritu: qm̄ ipſorū eſt regnuꝫ celo-
rū. Beati mites: qm̄ ipſi poſſidebūt
terrā. Beati qui lugent: qm̄ ipſi cō
ſolabuntur. Beati, qui eſuriunt, ⁊
ſitiūt iuſtitiā: qm̄ ipſi ſaturabūtur.
Beati miſericordes: qm̄ ipſi miſeri
cordiam conſequentur. Beati mū
do corde: qm̄ ipſi Deuꝫ videbunt.
Beati pacifici: qm̄ filij dei vocabū-
tur. Beati, qui perſecutionē patiū
tur propter iuſtitiā: qm̄ ipſorū eſt
regnū celorꝫ. Beati eſtis, cū maledi
xerint vobis hoīes, ⁊ pſecuti vos
fuerint, ⁊ dixerint omne malū ad-
uerſum vos, mētientes, ppter me.
Gaudete, ⁊ exultate: qm̄ merces ve
ſtra

ſtra copioſa eſt in cęlis. vt: Credo. **Offertorium.** Iuſtorum animę in manu Dei ſunt: ⁊ non tanget illos tormentum mortis: viſi ſunt oculis inſipientium mori, illi autem ſunt in pace. **Secreta.**

MUnera tibi Domine noſtrę deuotionis offerimus: quę ⁊ pro cunctorum tibi grata ſint honore iuſtorum, ⁊ nobis ſalutaria te miſerante reddantur. Per do.

**Communio.** Beati mundo corde, q̃m ipſi Deuz videbunt: beati pacifici, q̃m filij Dei vocabuntur, beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cęlorum. **Poſtcōmu.**

DA, quęſumus domine, fidelibus populis, Omnium Sāctorum tuorum ſemper veneratione lętari: ⁊ coruz perpetua ſupplicatione muniri. Per dominuz.

¶ **Infra oct. Omnium Sāctoruz.** Et in die oct. Miſſa dr̃ ſicut in die. Sed infra octa. ſecunda or̃o dr̃ de Spiritu ſancto. Deus qui corda fideliū. 242. tertia. Eccleſię tuę, q̃ſumus. vel pro Papa. ¶ De feſtis duplicibus, ⁊ ſemiduplicibus infra eā occurrentibus fit, cū cōmem. octa. De ſimplicibus autem fit tantum cōmem.

die 2 ¶ **Secūda die fit Cōmemoratio omnium fidelium Defunctorum,** ⁊ dicitur Miſſa. Requiem ęternam dona. quę loco ſuo circa finez miſſalis hr̃. Si aūt ſecūda dies fuerit dñica, dicta Cōmemoratio Defunctoruz fit feria ſecunda.

die 4 ¶ **Pro commem. ſanctorum martyrū Vitalis, ⁊ Agricolę. Oratio.**

PReſta, quęſumus, omnipotēs Deus, vt, qui ſanctorū martyrū tuorū Vitalis, ⁊ Agricolę ſolennia colimus: eorum apud te itercesſionib⁹ adiuuemur.



Tertia Oratio de Spiritu ſancto: niſi venerit in Dominica: quia tunc tertia Oratio erit de Sanctis. **Secreta.**

OBlatis, quęſumus Domine, placare muneribus: ⁊ intercedentibus ſanctis martyribus tuis Vitale ⁊ Agricola, a cunctis nos defende periculis. **Poſtcom.**

HÆc nos communio Domine purget a crimine: ⁊ intercedētibus ſanctis martyribus tuis Vitale, ⁊ Agricola, cęleſtis remedij faciat eſſe conſortes. Per dominū.

¶ **In die octa. Omnium Sāctorū** die 8.
dicitur Miſſa, vt in die, cum commem. SS. mart. Quatuor Coronatorum. Orō.

PReſta, quęſumus, omnipotens Deus: vt, qui glorioſos martyres fortes in ſua confesſione cognouimus, pios apud te in noſtra intercesſione ſentiamus. Per dominum no. **Secr.**

BEnedictio tua domine larga deſcendat: quę ⁊ munera noſtra, deprecantibus ſanctis martyribus tuis, tibi reddat accepta, ⁊ nobis ſacramentum redemptionis efficiat. Per dominum noſtrū Jeſum Chriſtum. **Poſtcommu.**

CÆleſtibus refecti ſacramentis ⁊ gaudijs, ſupplices te domine deprecamur: vt quorum gloriamur triumphis, protegamur auxilijs. Per dominum noſtrum.

¶ **In Dedic. Baſilicę Saluatoris** die 9
dicitur Miſſa. Terribilis eſt locus iſte. de communi Dedicationis Eccleſię. 239 Et pro commemo. S. Theodori m̃. Orō.

DEus, qui nos beati Theodori martyris tui confesſione glorioſa circundas ⁊ pro-

tegis:pręſta nobis, ex eius imita-
tione proficere, ꝛ oratione fulciri.
Per dominum noſtrum. Secre.
Suſcipe domine fidelium pre-
ces cuꝫ oblationibus hoſtia-
rum:ꝛ intercedente beato Theo-
doro martyre tuo, per hęc pię de-
uotionis officia, ad cęleſtē gloriaꝫ
tranſeamus. Per do. Poſtcōmu.
Preſta nobis, quęſumus do-
mine, intercedente btō Theo
doro martyre tuo, vt, quod ore cō
tingimus, pura mente capiamus.
Per dominum noſtrum Ieſum.

dic 10. ¶ SS.marty. Tryphonis, Reſpi
cij, ꝛ Nymphę. Introitus. 2.

ps.53


Clamauerunt iu-
ſti, ꝛ dominus ex
audiuit eos: ꝛ ex omni-
bus tribulationibus eo
rum liberauit eos. ps.
Benedicam dominum
in omni tempore: ſem-
per laus eiꝰ in ore meo.
℣. Gloria patri, ꝛ filio. Oremus.
Ac nos, quęſumus domine,
ſanctorum martyrum tuoruꝫ
Tryphonis, Reſpicij, ꝛ Nymphę,
ſemper feſta ſectari: quoruꝫ ſuffra
gijs protectionis tuę dona ſentia-
mus. Per dominum noſtrum. ꝛc.
Epiſtola. Non ſunt cōdignę paſſ.
de communi plurium martyrum. 230.
ps.78. Gradua. Uindica dn̄e ſanguinem ſan-
ctorum tuorum, qui effuſus eſt. ℣. Poſue
runt mortalia ſeruoꝝ tuoꝝ dn̄e eſcas vola-
tilibus cęli: carnes ſanctoꝝ tuorum beſtijs
terrę. Halab, halab. ℣. Pretioſa in con-
ſpectu domini mors ſanctorū eius. Halab.
Euang. Attendite a fermen. 231.
Offer. Lętamini in dn̄o, ꝛ exultate iuſti:
ꝛ gloriamini omnes recti corde. Secre.
Munera tibi Domine noſtrę
deuotionis offerimus: quę ꝛ
pro tuorum tibi grata ſint honore
iuſtorum, ꝛ nobis ſalutaria te mi-
ſerante reddantur. Per dominū.
Cōmu. Quicunqꝫ fecerit voluntatē pa- mat.12
tris mei: qui in cęlis eſt: ipſe meus frater, ꝛ
ſoror, ꝛ mater eſt, dicit dominus. Poſtc.
Preſta nobis, quęſumus do-
mine, intercedētibus ſanctis
martyribus tuis, Tryphone, Re-
ſpicio, ꝛ Nympha: vt quod ore cō-
tingimus, pura mēte capiamꝰ. p d.

¶ S.Martini epiſcopi ꝛ confeſſo- dic 11
ris. Introitus. 1.



Statuit ei domi- eccl.45
nus teſtamentuꝫ
pacis, ꝛ principem fe-
cit eum, vt ſit illi, ſacer-
dotij dignitas in ęter-
num. ps. Memento do ps.132
mine Dauid, ꝛ omnis
manſuetudinis eius.
℣. Gloria patri, ꝛ filio. Oremus.
Deus, q cōſpicis, quia ex nul-
la noſtra virtute ſubſiſtimꝰ:
concede propitius, vt interceſſio-
ne beati Martini cōfeſſoris tui at- 3
que pontificis, contra omnia ad-
uerſa muniamur. Per dominum.
Pro cōme. S. Menę mart. Oratio.
Preſta, quęſumus, omnipotēs
Deus: vt, q beati Menę mar-
tyris tui natalitia colimus, inter-
ceſſione eius in tui nominis amo-
re roboremur. Per dominum no.
Lectio libri Sapientię.
Ecce ſacerdos magnus, qui
in diebus ſuis placuit Deo,
ꝛ inuētus eſt iuſtus, ꝛ in tempore
iracun-

iracundię factus eſt reconciliatio. Non eſt inuentus ſimilis illi, qui conſeruaret legẽ excelſi. Ideo iu reiurando fecit illum dñs creſcere in plebẽ ſuã. Benedictionẽ omniũ gentium dedit illi, & teſtamentum ſuũ cõfirmauit ſuper caput eius. Cognouit eũ in benedictionibus ſuis: & cõſeruauit illi miſericordiã ſuã: & inuenit gratiã coram oculis dñi. Magnificauit eũ in conſpectu regum: & dedit illi coronã glorię. Stãtuit illi teſtamentũ ſempiternum: & dedit illi ſacerdotium magnum: & beatificauit illum in gloria. Fũgi ſacerdotio, & habere laudẽ in nomine ipſius: & offerre illi incẽſũ dignũ in odorẽ ſuauitatis.

eccl.44 Graduale. Ecce ſacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit Deo. V. Non eſt inuẽtus ſimilis illi, qui cõſeruaret legẽ excelſi. Alleluia, alleluia. V. Beatus vir ſanct9 Martinus, vrbis Turonis epiſcopus, requieuit: quẽ ſuſceperũt angeli, atq3 archangeli, throni, dominationes, & virtutes. Alleluia.

Sequentia ſancti euangelii ſecundum Lucam.

ca.11 In illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Nemo accendit lucernã, & in abſcõdito ponit, neq3 ſub modio: ſed ſuper candelabrum, vt qui ingrediuntur lumẽ videant. Lucerna corporis tui, eſt oculus tuus. Si oculus tu9 ſimplex fuerit: totũ corpus tuũ lucidũ erit. Si autẽ nequã fuerit: etiã corpus tuũ tẽnebroſũ erit. Vide ergo ne lumen, quod in te eſt, tenebrę ſint. Si ergo totũ corpus tuum lucidũ fuerit, non habens aliquã partẽ tenebrarum, erit lucidũ totũ: & ſicut lucerna fulgoris illuminabit te.

M. N. R.

Offertorium.

Veritas mea, & miſericordia mea cum ipſo, & in nomine meo exaltabitur cornu eius. ps.88.

Secreta.

Da, miſericors De9: vt, hęc nõs ſalutaris oblatio, & a ppriis reatib9 indeſinẽter expẽdiat, & ab omnibus tuea‍t aduerſis. Per do.

Pro comme. ſanctę mart. Secre.

Muneribꝰ noſtris, q̃s dñe, precibuſq3 ſuſceptis: & cęleſtib9 nos munda myſteriis, & clementer exaudi. Per dominũ noſtrum Ie.

Communio.

Beatus ſeruus, quẽ cũ venerit dñs inuenerit vigilãtẽ: amẽ dico vobis, ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. mat.24

Poſtcommunio.

Preſta, quęſumus, dñe Deus noſter: vt, quorum feſtiuitate votiua ſunt ſacramenta: eorum nobis ſalutaria interceſſione reddantur. Per dominum noſtrũ Ieſum.

Pro comme. S. Menę. Poſtcomu.

Da, quęſumus, domine Deus noſter: vt ſicut tuorum commemoratione ſanctorum temporali gratulamur officio: ita ppetuo lętemur aſpectu. Per dominum.

¶ Sancti Martini Papę & marty. die 12.

Miſſa. Sacerdotes Dei benedicite. de communi vnius martyris pont. 224

¶ S. Gregorij Thaumaturgi epiſcopi, & confeſſ. Introitus. die 17



Statuit ei domin9 teſtamentum pacis, & principem fecit eum, vt ſit illi ſacerdotij dignitas in ęternum. Ps. Memento domine Dauid, & omnis mãſuetudinis ei9. V. Gloria eccl.45

ria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui. Oremus.

DA, quęſumus, omnipotens Deus: vt beati Gregorij cōfeſſoris tui atq; pontificis veneranda ſolennitas, ⁊ deuotionē nobis augeat, ⁊ ſalutem. Per dominum.

Epla. Ecce ſacerdos magnus. de cōi confeſſorum Pontificū. fol. 231.

eccl. 44 Grad. Ecce ſacerdos magnus, q in diebus ſuis placuit Deo. ℣. Non eſt inuentus ſimilis illi, qui conſeruaret legē excelſi.

ps. 109 Halle. halle. ℣. Tu es ſacerdos in ęternum ſecundū ordinē Melchiſedech. Hal.

Sequētia ſcti euāg. ſm Marcum.

cap. 11. IN illo tēpore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Habete fidem Dei. Amen dico vobis, quia quicunq; dixerit huic monti, Tollere ⁊ mittere in mare: ⁊ non hęſitauerit in corde ſuo, ſed crediderit, qa quodcūq; dixerit, fiat, fiet ei. Propterea dico vobis: omnia quęcunque orantes petitis, credite, quia accipietis, ⁊ euenient vobis.

Offertorium.

ps. 88 Inueni Dauid ſeruum meū, oleo ſancto meo vnxi eū: manus enim mea auxiliabitur ei, ⁊ brachiū meū confortabit eum. Secr.

SAncti tui, quęſumus domine, nos vbiq; lętificent: vt dum eorum merita recolimus, patrocinia ſentiamus. Per dominum no.

Communio.

mat. 24 Fidelis ſeruus, ⁊ prudens, quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam, vt det illis in tempore tritici menſurā. Poſtcom.

PReſta, quęſumus, omnipotēs Deus: vt, de perceptis muneribus gratias exhibentes, intercedente beato Gregorio confeſſore tuo, atq; pontifice, beneficia potiora ſumamus. Per dominum noſt.

¶ In dedicatione Baſilicarū ſanctorū apoſtolorū Petri, ⁊ Pauli. die 18

Miſſa. Terribilis eſt locus iſte. 239. de cōi Dedicationis Eccleſię.

¶ Sancti Pōtiani Papę ⁊ mart. die 19.

Miſſa. Statuit ei dominus teſtamentū. de cōi vnius martyris pontific. 223.

¶ Sanctę Cecilię virginis, ⁊ martyris. Introitus. 5. die 21.



ps. 118 LOquebar de teſtimonijs tuis in cōſpectu regum, ⁊ non cōfundebar: ⁊ meditabar in mandatis tuis, quę dilexi nimis. ps. Beati immaculati in via qambulant in lege domini. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpi. Oremus.

DEus, qui nos annua beatę Cecilię virginis ⁊ martyris tuę ſolennitate lętificas: da, vt quā veneramur officio, etiam pię conuerſatiōis ſequamur exēplo. Per dominum noſtrum Jeſū Chriſtū.

Epla. Domine Deus meus. 236.

Grad. Audi filia, ⁊ vide, ⁊ inclina aurem tuam: quia concupiuit rex ſpeciem tuā. ℣. ps. 44 Specie tua, ⁊ pulchritudine tua: intende, proſpere, pcede, ⁊ regna. Halle. hal. ℣. Quinque prudentes virgines acceperunt oleū in vaſis ſuis cū lāpadibus, media autē nocte clamor factus eſt, Ecce ſponſus venit, exite obuiam Chriſto dn̄o. Haleluiah. mat. 25

Euangelium. Simile eſt regnū cęlorum decē virginibus. fol. 236.

Offertorium.

ps. 44 Afferentur regi virgines poſt eam: proximę eius afferentur tibi. Secreta.

HAec hoſtia, dn̄e, placationis ⁊ laudis, quęſumus, vt, intercedente

dente beata Cęcilia martyre tua, nos propitiatione tua dignos ſemper efficiat. Per dominū noſtrū.

Communio.

Ps. 118 Confundantur ſuperbi qa iniuſte iniquitatem fecerunt in me: ego autē in mandatis tuis exercebor, ⁊ meditabor in tuis iuſtificationibus: vt non confundar. Poſtcō.

Satiaſti domine familiam tuā muneribus ſacris: eius quęſumus ſemper interuentione nos refoue, cuius ſolēnia celebramus. Per dominū noſtrū Jeſum Chri.

Dic. 23 ¶ Sancti Clemētis Papę ⁊ martyris. Introitus.



Dicit dñs: ſermones mei, quos dedi in os tuum non deficient de ore tuo: ⁊ munera tua accepta erunt ſuper altare meum. Ps.
Ps. 111 Beatus vir q timet dominū: in mandatis eius volet nimis. ℣. Gloria patri. Oremus.

Deus, qui nos annua beati Clemētis martyris tui atq; pōtificis ſolēnitate lętificas: cōcede propitius: vt, cuius natalitia colimus, virtutem quoque paſſionis imitemur. Per dominum noſtrū Jeſum Chriſtum filium tuū. Qui.

Pro cō. S. Felicitatis mart. Orō.

Preſta, quęſumus omnipotens Deus: vt beatę Felicitatis martyris tuę ſolēnia recenſentes, meritis ipſius protegamur, ⁊ precibus.

Tertia oratio. A cunctis. folio. 252:

Lcō eplę bti Pauli aplī ad Phil.

Ca. 3 Fratres: Imitatores mei eſtote: ⁊ obſeruate eos q ita ambulant, ſicut habetis formam noſtrā. Multi enim ambulant, quos ſępe dicebam vobis (nunc autē ⁊ flens dico) inimicos crucis Chriſti: quorum finis interitus, quorū Deus, venter eſt: ⁊ gloria in confuſione ipſorū qui terrena ſapiunt. Noſtra autem conuerſatio in cęlis eſt: vnde etiā ſaluatorē, expectamus dñm noſtrū Jeſum Chriſtū, qui reformabit corpꝰ humilitatis noſtrę, cōfiguratū corpori claritatis ſuę, ſecundum operationē virtutis ſuę, qua poſſit etiā ſubijcere ſibi oia. Itaque fratres mei cariſſimi ⁊ deſideratiſſimi, gaudiū meū, ⁊ corona mea: ſic ſtate ī domino cariſſimi. Euodiā rogo, ⁊ Syntychē deprecor, idipſum ſapere in domino. Etiam rogo, ⁊ te germane cōpar, adiuua illas, quę mecum laborauerunt in euangelio, cum Clemēte, ⁊ cęteris adiutoribus meis, quorum nomina ſunt in libro vitę.

Graduale. Iurauit dominus, ⁊ non pęnitebit eum: tu es ſacerdos in ęternum ſecū dum ordinem Melchiſedech. ℣. Dixit dominus domino meo, ſede a dextris meis. Ps. 109

Halleluiah, halleluiah. ℣. Hic eſt ſacerdos, quem coronauit dominus, Halleluiah.

Sequētia ſcti euāg. ſm Mattheū.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Vigilate, quia neſcitis qua hora dominus veſter venturus ſit. Illud autem ſcitote, quoniā ſi ſciret paterfamilias qua hora fur veniret: vigilaret vtiq;, ⁊ non ſineret perfodi domum ſuā. Ideo ⁊ vos eſtote parati: quia neſcitis qua hora filius hominis venturus ſit. Quis putas, eſt fidelis ſeruus ⁊ prudens, quem cōſtituit Ca. 24.

dñs

dominus ſuper familiam ſuam, vt det illis cibum in tempore? Beatus ille ſeruus, quem cum venerit dñs eius, inuenerit ſic facientem. Amen dico vobis, quoniã ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.

Offertorium.

Ueritas mea, ⁊ miſericordia mea cum ipſo: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius.

Secreta.

Munera tibi domine oblata ſanctifica, ⁊ intercedẽte beato Clemente martyre tuo atq; põtifice, per hec, nos a peccatorum noſtrorum maculis emunda. Per dominum noſtrum Ieſum Chri.

Pro commem. S. Felicitatis. [illegible]

Uota populi tui domine propitiatus intẽde, ⁊ cuius nos tribuis ſolennia celebrare, fac gaudere ſuffragijs.

Communio.

mat. 24 Beatus ſeruus, quem cum venerit dñs, inuenerit vigilantem: amen dico vobis, ſuper omnia bona ſua cõſtituet eũ. Poſtc.

Corporis ſacri ⁊ pretioſi ſanguinis repleti libamine, quęſumus, domine Deus noſter: vt, quod pia deuotione gerimus, intercedente beato Clemente martyre tuo atq; pontifice, certa redẽptione capiamus. Per dominum.

Pro cõm. S. Felicitatis. Poſtcõ.

Supplices te rogam⁹ omnipotẽs Deus: vt intercedẽtibus ſanctis tuis, ⁊ tua in nobis dona multiplices: ⁊ tẽpora nr̃a diſponas.

die 24 ¶ [illegible] Chryſogoni martyris. [illegible]. In virtute tua domine. [illegible] fol. 225. [illegible] Oro.

Adeſto domine ſupplicationibus noſtris: vt, qui ex iniquitate noſtra reos nos eſſe cognoſcimus: beati Chryſogoni martyris tui interceſſione liberemur. Per dominum. Secreta.

Oblatis, quęſumus, domine, placare muneribus: ⁊ intercedente beato Chryſogono martyre tuo, a cunctis nos defende periculis. Per dominum. Poſtcom.

Tui dñe perceptione ſacramẽti, ⁊ a noſtris mundemur occultis, ⁊ ab hoſtium liberemur inſidijs. Per dominum noſtrũ Ie.

die 25 ¶ Sancte Catharine virginis ⁊ martyris. Introitus. 5.



ps. 118 Loquebar de teſtimonijs tuis in cõſpectu regũ, ⁊ non confundebar: ⁊ meditabar in mandatis tuis, quę dilexi nimis. Ps. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. V. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpi. Oremus.

Deus qui dediſti legẽ Moyſi in ſummitate mõtis Sinai, ⁊ in eodẽ loco, per ſanctos angelos tuos, corpus btẽ Catharinę virginis ⁊ martyris tuę mirabiliter collocaſti: pręſta, quęſumus: vt, eius meritis ⁊ interceſſione: ad montẽ qui Chriſtus eſt, peruenire valeamus. Per eundem dominum no.

Lectio libri Sapientię.

Confitebor tibi domine rex, ⁊ collaudabo te Deum ſaluatorem meum. Confitebor nomini tuo, quoniam adiutor ⁊ protector factus es mihi: ⁊ liberaſti cor-

pus

pus meū a perditione. A laqueo linguę iniquę, ⁊ a labijs operātiū mendacium: ⁊ in conſpectu perſequentium factus es mihi adiutor. Et liberaſti me, ſecūdū multitudinē miſericordię nominis tui, a rugientibus pręparatis ad eſcā, de manibus quęrentium animā meā: ⁊ de portis tribulationum quę circundederunt me. A preſſura flāmę q̄ circūdedit me: ⁊ in medio ignis non ſum ęſtuatus. De altitudine ventris inferi, ⁊ a lingua coinquinata, ⁊ a verbo mēdacij: a rege iniquo, ⁊ a ligua iniuſta. Laudabit vſque ad mortē anima mea dn̄s: qm̄ eruis ſuſtinētes te: ⁊ liberas eos de manu anguſtię, dn̄e Deus noſter.

Pſa. 44 Graduale. Dilexiſti iuſtitiam, ⁊ odiſti iniquitatem. ℣. Propterea vnxit te Deus Deus tu⁹ oleo lętitię. Halāb, halāb. ℣. Adducentur regi virgines poſt eam, proximę eius afferentur tibi in lętitia: Halāb.

Sequētia ſcti euāg. ſm̄ Mattheū.

Ca. 25. In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum celorum decem virginibus: quę accipientes lampades ſuas, exierunt obuiam ſponſo ⁊ ſponſę. Quinq; autem ex eis erant fatuę, ⁊ quinque prudentes. Sed quinq; fatuę, acceptis lampadibus, non ſumpſerunt oleum ſecum. Prudentes vero acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampādibus. Moram autem faciente ſponſo, dormitauerūt omnes, ⁊ dormierunt. Media autem nocte clamor factus eſt: Ecce ſponſus venit: exite obuiam ei. Tunc ſurrexerunt omnes virgines illę, ⁊ ornauerunt lampades ſuas. Fatuę autem ſapientibus dixerunt. Date nobis de oleo veſtro: quia lāpades noſtrę extinguuntur. Reſponderunt prudentes dicentes. Ne forte non ſufficiat nobis ⁊ vobis: ite potius ad vendētes, ⁊ ēmite vobis. Dum autē irent ēmere, venit ſponſus: ⁊ quę paratę erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, ⁊ clauſa eſt ianua. Nouiſſime vero veniunt ⁊ reliquę virgines, dicentes. Domine, domine, aperi nobis. At ille reſpondens, ait. Amen dico vobis, neſcio vos. Vigilate itaq;, quia neſcitis diem neque horam.

Offertorium.

Afferentur regi virgines poſt eam: proximę eius afferentur tibi. Pſa. 44.

Secreta.

Suſcipe domine mūnera, quę in beatę Catharinę virginis ⁊ martyris tuę ſolennitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per dominum no.

Communio.

Confundantur ſuperbi, quia iniuſte iniquitatem fecerunt in me: ego autem in mādatis tuis exercebor, ⁊ meditabor in tuis iuſtificationibus, vt non confundar. Pſa. 118

Poſtcommunio.

Auxilient nobis domine ſumpta myſteria: ⁊ intercedente beata Catharina virgine ⁊ martyre tua, ſempiterna faciant protectione gaudēre. Per dominū noſtrum Jeſum Chriſtum filiū tuū.

¶ S. Petri Alexandrini epi, ⁊ m. Die 26.
Miſſa. Statuit ei dominus teſtamentum. de cōi vnius martyris pontificis. 223.


S ANTI ET IVSTI IN DÑO GAVDE





# COMMVNE SANCTORVM.

¶ In vigilia vnius Apoſtoli. Introitus.

E Go antẽ ſicut oliua ſrnctificaui in domo dñi, ſperaui in miſeri- ps.15
cordia Dei mei, ꝛ expectabo nomen tuũ, qñ bonũ eſt ante ꝯſpectum ſanctoꝛ tuoꝛũ. ps. Quid gloriaris in malitia, q̃ potens es in iniqtate? ℣. Glia. Oꝛem⁹.

O A, quęſum⁹ omnipotẽs Deus: vt beati N. apoſtoli tui, quam ꝓuenimus, veneranda ſolennitas, ꝛ deuotionẽ nobis áugeat ꝛ ſalutem. Per dominum noſtrũ.

Lectio uoꝛi Sapientię.

B Enedictio dñi ſup caput iuſti. Ideo dedit illi dñs hęreditatẽ, ꝛ diuiſit ei par- eccl.45 & 46.
tẽ in tribubus duodecim, ꝛ inuẽnit gratiã in ꝯſpectu omnis carnis. Magnificauit eũ in timoꝛe inimicoꝛ: ꝛ in verbis ſuis mõſtra placauit. Gloꝛificauit eũ in ꝯſpectu regũ: ꝛ oſtendit illi gloꝛiã ſuã. In fide ꝛ lenitate ip-





ſius ſanctū fecit illū: ⁊ elegit eū ex omni carne. Et dedit illi corā pręcepta: ⁊ legē vitę ⁊ diſciplinę: ⁊ excelſum fecit illum. Statuit illi teſtamentū ęternū: ⁊ circuncinxit eum zona iuſtitię: ⁊ induit eum dominus coronam glorię. Graduale.

ps.91 Iuſtus, vt palma florebit: ſicut cedrus Libani multiplicabitur in domo domini. ℣. Ad annunciandum mane miſericordiam tuam, ⁊ veritatem tuam per noctem.

Sequētia ſcti euāg. ſm Iohānem.

ca.15. In illo tpe: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Hoc eſt p̄ceptum meū: vt diligatis inuicē, ſicut dilexi vos. Maiorē hac dilectionē nemo habet: vt animā ſuā ponat quis ꝓ amicis ſuis. Vos amici mei eſtis: ſi feceritis q̄ ego p̄cipio vobis. Iam nō dicā vos ſeruos: quia ſeruꝰ neſcit quid faciat dn̄s eius. Vos autē dixi amicos: quia omnia quęcūqꝫ audiui a patre meo, nota feci vobis. Nō vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos, ⁊ poſui vos: vt eatis, ⁊ fructū afferatis: ⁊ fructꝰ veſter maneat: vt quodcunqꝫ petieritis patrem in nomine meo, det vobis.

ps.8 Offertorium. Gloria ⁊ honore coronaſti eum: ⁊ conſtituiſti eū ſuper opera manuum tuarum, domine. Secreta.

Apoſtolicę reuerētię culmen offerimus tibi ſacris myſterijs imbuēdū: pręſta q̄s dn̄e: vt beati apoſtoli tui N. ſuffragiis, cuius natalitia pręuenimus, hęc plebs tua ſemper, ⁊ ſua vota depromat, ⁊ deſiderata percipiat. Per dn̄m.

ps.20 Commu. Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo: gloriam, ⁊ magnum decorem impones ſuper eum domine. Poſtcōmu.

Sancti Apli tui N. q̄s domine, ſupplicatione placatus: ⁊ veniam nobis tribue, ⁊ remedia ſempiterna cōcede. Per dominū.

In Natalitijs Apoſtolorum ⁊ Euang. omnia ſuis locis in proprio Sanctorum.

## IN COMMVNI

Unius marty. Pontifi. Introit. I. eccl.4



Statuit ei dominus teſtamentū pacis, ⁊ principes fecit eū: vt ſit illi ſacerdotij dignitas in ęternū. ps. Memēto dn̄e Dauid, ps.13
⁊ omnis manſuetudinis eius. ℣. Gloria pa. Oremus.

Infirmitatē noſtrā reſpice omnipotēs Deus: ⁊ qa pōdus ꝓprię actionis grauat, beati N. martyris tui atqꝫ pōtificis, interceſſio glorioſa nos protegat. Per dn̄m.

Lectō eplę beati Iacobi Apoſtoli.

Chariſſimi: Beatus vir qui ſuffert tentationem: cap.1
qm̄ cum probatus fuerit, accipiet coronam vitę: quam repromiſit Deus diligentibus ſe. Nemo cum tentatur, dicat quoniam a Deo tētatur. Deus enim intentator malorū eſt: ipſe autem neminem tentat. Unuſquiſqꝫ vero tentatur a concupiſcētia ſua abſtractus ⁊ illectus. Deinde concupiſcentia cū cōceperit, parit peccatū: peccatū vero cū cōſummatū fuerit, generat mortē. Nolite itaqꝫ errare fratres mei dilectiſſimi.

Omne

Omne datũ optimuʒ, ⁊ omne donũ pfectũ de ſurſum eſt, deſcendẽs a patre luminum: apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio. Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis: vt ſimus initium aliquod creaturę eius.

ps.88. Grad. Inueni Dauid ſeruum meum: oleo ſancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, ⁊ brachium meuʒ confortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: ⁊ filius iniquitatis non nocebit ei.

ps.109 Halah, halah. ℣. Tu es ſacerdos in ęternum ſm ordinem Melchiſedech, halah.

Poſt Septuageſimam. Tractus.

ps.20 Deſiderium animę eius tribuiſti ei: ⁊ voluntate labiorum eius non fraudaſti eum. ℣. Quoniam pręueniſti eum in benedictionibus dulcedinis. ℣. Poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo.

Sequẽtia ſancti euãg. ſm Lucam.

Lu.14. In illo tempore. Dixit Jeſus turbis. Si quis venit ad me, ⁊ non odit patrem ſuum, ⁊ matrẽ, ⁊ vxorem, ⁊ filios, ⁊ fratres, ⁊ ſorores, adhuc autẽ ⁊ animã ſuam, nõ poteſt meus eſſe diſcipul9. Et qui non baiulat crucem ſuam, ⁊ venit poſt me: non poteſt meus eſſe diſcipulus. Quis enim ex vobis volẽs turrim ędificare, non prius ſedẽs cõputat ſumptus, qui neceſſarij ſunt, ſi habeat ad perficienduʒ: ne, poſtquã poſuerit fundamẽtũ, ⁊ nõ potuerit perficere: omnes qui vident, incipiant illudere ei, dicẽtes: quia hic homo cępit ędificare, ⁊ non potuit cõſummare? Aut quis rex iturus committere bellum aduerſus aliũ regẽ, non ſedens, prius cogitat, ſi poſſit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad ſe? Alioquin, adhuc illo longe agente, legationem mittens, rogat ea quę pacis ſunt. Sic ergo, omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus quę poſſidet: non poteſt meus eſſe diſcipulus.

Offertorium. Veritas mea, ⁊ miſericordia mea cum ipſo: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. ps.88

Secreta.

Hoſtias tibi domine beati N. martyris tui atque pontificis dicataς, meritis, benignuς aſſume: ⁊ ad perpetuum nobis tribue prouenire ſubſidium. Per domi.

Communio. Semel iuraui in ſancto meo, ſemen eius in ęternum manebit: ⁊ ſedes eius ſicut Sol in conſpectu meo, ⁊ ſicut Luna perfecta in ęternum: ⁊ teſtis in cęlo fidelis. ps.88

Poſtcommunio.

Refecti participatione muneris ſacri, quęſumus domine Deuς noſter: vt beati N. martyriς tui atque pontificis: cuiuς exequimur cultum, ſentiamus effectum. Per dominum noſtrum Jeſum.

De eodem Communi alia Miſſa.

Introitus.



Sacerdotes Dei benedicite dñm: ſancti, ⁊ humiles corde laudate Deuʒ. Ps. Benedicite omnia opera dñi dño: laudate ⁊ ſuperexaltate eum in ſęcula. ℣. Gloria. Oremus. Dan.3

Deus qui nos beati N. martyris tui atque pontificis annua ſolennitate lętificas, concede propitius: vt cuius natalitia colimus, de eiuſdem etiam protectione

ne gaudeamus. Per dominū noſtrum Jeſum Chriſtum filium. ⁊c.

Lectõ eplę btī Pauli apl̃i ad Cor.

Fratres, Benedictus Deus ⁊ pater dñi noſtri Jeſu Chriſti: pater miſericordiarum, ⁊ Deus totius conſolationis: qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra: vt poſſimus ⁊ ipſi conſolari eos q in omni preſſura ſunt, per exhortationem, qua exhortamur ⁊ ipſi a Deo. Quoniam ſicut abūdant paſſiones Chriſti in nobis: ita ⁊ per Chriſtum abundat conſolatio noſtra. Siue autem tribulamur, pro veſtra exhortatione ⁊ ſalute: ſiue conſolamur, pro veſtra conſolatione: ſiue exhortamur, pro veſtra exhortatione, ⁊ ſalute: quę operatur tolerantiam earundem paſſionum, quas ⁊ nos patimur: vt ſpes noſtra firma ſit pro vobis: ſciẽtes, quoniam, ſicut ſocij paſſionū eſtis, ſic éritis ⁊ conſolationis. Jn Chriſto Jeſu domino noſtro.

Graduale. Gloria ⁊ honore coronaſti eum. ℣. Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum, domine. Halleluiah, halleluiah. ℣. Hic eſt ſacerdos quem coronauit dominus, halleluiah.

Poſt Septuageſimam. Tractus.

Beatus vir, qui timet dominum: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius, generatio rectorum benedicet. ℣. Gloria ⁊ diuitię in domo eius: ⁊ iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.

Sequẽtia ſci euang. ſm Mattheū.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Siquis vult venire poſt me, ábneget ſemetipſum, ⁊ tollat crucem ſuam, ⁊ ſequatur me. Qui enim voluerit animã ſuam ſaluam facere, perdet eam. Qui autem perdiderit animã ſuã ꝓpter me, inueniet eã. Quid enim prodeſt homini, ſi vniuerſum mūdum lucretur, animę vero ſuę detrimentum patiatur? Aut quã da bit homo commutationẽ pro anima ſua? Filius enim hominis venturus eſt in gloria patris ſui cum angelis ſuis: ⁊ tunc reddet vnicuique ſecundum opera ſua.

Offertorium. Inueni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum, manus enim mea auxiliabitur ei, ⁊ brachium meũ confortabit eum.

Secreta.

Munera tibi dñe dicata ſanctifica: ⁊ intercedente beato N. martyre tuo atq pontifice: p eádẽ nos placatus intende. Per dominum noſtrum Jeſū Chr̃m.

Communio.

Poſuiſti domine in capite eius coronam de lapide pretioſo.

Poſtcommunio.

Hæc nos communio Domine purget a crimine: ⁊ intercedente beato N. martyre tuo, atq pontifice cęleſtis, remedij faciat eſſe conſortes. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtū filium tuū. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus, ⁊c.

Epiſtolę ⁊ Euangelia pro Pontifice ⁊ martyre aſſignata, legi poſſunt etiam pro martyre non pont. Et quę infra habentur de marty. non pont. etiã pro martyre pont. Item pro martyre pont. legi poſſunt epiſtolę ⁊ euangel. inferius aſſignata pro confeſſore pont. Eplę etiam, ⁊ Euangelia quę in vna miſſa de eodem cõmuni ponuntur, dici poſſunt ⁊ in alijs miſſis de eodem cõ

In

IN COMMVNI
Vnius mart.non Pontifi. Intro.



ps.20 IN virtu-
te tua dñe
lętabitur iuſtus:
⁊ ſuper ſalutare
tuum exultabit
vehementer:de-
ſiderium animę
eius tribuiſti ei.
ps. Quoniam
prębeniſti euꝫ in
benedictionibus dulcedinis:poſuiſti in ca-
pite eius coronam de lapide pretioſo. ℣.
Gloria patri,⁊ filio,⁊ ſpiritui. Oremus.
PReſta, q̃s omnipotens Deꝰ,
vt qui beati N. martyris tui
natalitia colimus:ĩterceſſione eiꝰ,
ĩ tui nominis amore roboremur.p.
Lectio libri Sapientię.
a.10. IUſtuꝫ deduxit dominus per
vias rectas:⁊ oſtendit illi re-
gnum Dei:⁊ dedit illi ſcientiã ſan-
ctorum:honeſtauit illum in labo-
ribus,⁊ compleuit labores illius.
In fraude circumuenientium illũ,
illi affuit:⁊ honeſtũ fecit illuꝫ.Cu-
ſtodiuit eum ab inimicis,⁊ a ſedu-
ctoribus tutauit illum:⁊ certamẽ
forte dedit illi,vt vinceret,⁊ ſciret,
quoniam omniuꝫ potentior eſt ſa-
pientia.Hęc venditum iuſtum nõ
dereliquit:ſed a peccatoribus libe
rauit eum.Deſcenditq́ue cum illo
in foueam:⁊ in vinculis non dere-
liquit eum,donec afferret illi ſce-
ptrum regni,⁊ potentiam aduer-
ſus eos qui eum deprimebant.Et
mendaces oſtendit qui maculaue-
runt eum:⁊ dedit illi claritatem
ęternam,dominus Deus noſter.
Graduale. Beatus vir,qui timet domi ps.111
nuꝫ:in mãdatis eius cupit nimis. ℣. Po
tens in terra erit ſemen eius:generatio re-
ctorum benedicetur. Haleluiah,haleluiah.
℣. Poſuiſti domine ſuper caput eius ps.20.
coronam de lapide pretioſo,haleluiah.
Poſt Septuageſimam. Tractus.
Deſiderium animę eius tribuiſti ei:⁊ vo- ps.20.
luntate labiorum eius non fraudaſti eum.
℣. Quoniam prębeniſti eum in benedi-
ctionibus dulcedinis.℣. Poſuiſti in ca-
pite eius coronam de lapide pretioſo.
Sequẽtia ſcti euãg. ſm Mattheũ.
IN illo tempore.Dixit Ieſus ca. 10.
diſcipulis ſuis.Nolite arbitra
ri,quia venerim pacem mittere in
terrã.Non veni paceꝫ mittere,ſed
gladium.Veni enim ſeparare ho-
minẽ aduerſus patrẽ ſuũ,⁊ filiam
aduerſus matrẽ ſuã:⁊ nurũ aduer
ſus ſocruꝫ ſuã:⁊ inimici hominis,
domeſtici eius.Qui amat patrem
aut matreꝫ pluſq̃ me:nõ eſt me di
gnus.Et qui amat filium aut filiaꝫ
ſuper me:non eſt me dignus.Et q
non accipit crucem ſuã,⁊ ſequitur
me:non eſt me dignus.Qui inue-
nit animam ſuam,perdet eã:⁊ qui
perdiderit animam ſuam propter
me,inueniet eam.Qui recipit vos,
me recipit:⁊ qui recipit me,reci-
pit eum qui me miſit.Qui recipit
prophetam in nomine prophetę:
mercedem prophetę accipiet.Et
qui recipit iuſtum in nomine iuſti:
mercedem iuſti accipiet.Et qui-
cunqꝫ dederit vni ex minimis iſtis
calicem aquę frigidę,tantum in no
mine diſcipuli:amen dico vobis,

non perdet mercedem ſuam.

ps. 8 Offertorium. Gloria ⁊ honore coro-
naſti eum, ⁊ conſtituiſti euꝫ ſuper opera ma-
nuum tuarum domine. Secreta.

Muneribus noſtris, queſum⁹
domine, precibuſque ſuſce-
ptis: ⁊ celeſtibus nos munda my-
ſterijs, ⁊ clemẽter exaudi. Per do.

mat. 16 Cõmunio. Qui vult venire poſt me,
abneget ſemetipſum: ⁊ tollat cruceꝫ ſuam,
⁊ ſequatur me. Poſtcommunio.

Da, queſumus domine Deus
noſter: vt ſicut tuorum com-
memoratione ſanctorum tempo-
rali gratulamur officio: ita perpe-
tuo letemur aſpectu. Per domi.

De eodem Communi alia Miſſa.

Introitus.

ps. 63 Letabitur iuſt⁹ in do-
mino, ⁊ ſperabit in eo
⁊ laudabũtur omnes
recti corde. Ps. Exau-
di Deus orationem
meam cum deprecor:
a timore inimici eripe
animam meam. V. Gloria patri, ⁊ filio,
⁊ ſpiritui ſancto. Oremus.

Preſta, queſumus, omnipo-
tens Deus: vt intercedente
beato N. martyre tuo, ⁊ a cunctis
aduerſitatibus liberemur in cor-
pore, ⁊ a prauis cogitationibus
mũdemur in mẽte. Per dominũ.

Lcõ eple b. Pauli apli ad Timot.

2. cap. 2 Chariſſime: Memor eſto domi-
num Jeſum Chriſtum reſur-
rexiſſe a mortuis, ex ſemine Dauid
ſecundum euangelium meum, in
quo laboro vſqꝫ ad vincula, quaſi
male operans: ſed verbuꝫ Dei nõ
eſt alligatũ. Ideo oĩa ſuſtineo pro-
pter electos: vt ⁊ ipſi ſalutem con-
ſequantur, que eſt in Chriſto Jeſu
cum gloria celeſti. Tu auteꝫ aſſecu- ca. 3.
tus es meam doctrinã, inſtitutio-
nem, propoſitum, fidem, longani-
mitatẽ, dilectionẽ, patientiã, perſe-
cutiones, paſſiones: qualia mihi fa-
cta ſunt Antiochie, Iconij, ⁊ Ly-
ſtris: quales pſecutiones ſuſtinui:
⁊ ex omnibus eripuit me dñs. Et
omnes q volũt pie viuere in Chri-
ſto Jeſu, perſecutiones patiũtur.

Grad. Juſtus cũ ceciderit non collide-
tur, quia dñs ſupponit manum ſuã. V. To- ps. 36.
ta die miſeretur, ⁊ cõmodat: ⁊ ſemen eius
in benedictione erit. Halleluiah, halleluiah. V.
Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris:
ſed habebit lumen vite eterne, halleluiah.

Poſt Septuageſimam. Tractus.

Beatus vir, qui timet dñm, in mandatis 111. ps.
eius cupit nimis. V. Potens in terra erit
ſemen eius, generatio rectorum benedice-
tur. V. Gloria ⁊ diuitie in domo: eius ⁊ iu-
ſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.

Sequẽtia ſcti euãg. ſm Mattheũ.

In illo tempore: Dixit Jeſus ca. 4.
diſcipulis ſuis. Nihil opertũ
quod non reueletur: ⁊ occultum
quod non ſciatur. Quod dico vo-
bis in tenebris, dicite in lumine: ⁊
quod in aure auditis, predicate ſu-
per tecta. Et nolite timere eos qui
occidunt corpus, animaꝫ autẽ nõ
poſſunt occidere: ſed potius eum
timete, qui poteſt ⁊ animam ⁊ cor-
pus perdere in gehennam. Nõne
duo paſſeres aſſe veneunt: ⁊ vnus
ex illis nõ cadet ſuper terram ſine
patre veſtro? Veſtri auteꝫ ⁊ capil-
li capitis, omnes numerati ſunt.
Nolite ergo timere: multis paſſeri-
bus

bus meliores eſtis vos. Omnis er
go qui confitebitur me coram ho-
minibus: confitebor ⁊ ego eum
coram patre meo, qui in celis eſt.
Offertorium. Poſuiſti domine in ca-
p.20 pite eius coronam de lapide pretioſo: vitã
petijt a te, ⁊ tribuiſti ei, halleluiah. Secre.
ACcepta ſit in conſpectu tuo
domine noſtra deuotio: ⁊ eius no
bis fiat ſupplicatione ſalutaris, p
cuius ſolennitate defertur. Per d.

Communio.

Qui mihi miniſtrat, me ſequatur, ⁊ vbi
Jo.12. ſũ ego, illic ⁊ miniſter meus erit. Poſtc.
REfecti participatione mune-
ris ſacri, queſumus domine
De⁹ noſter, vt ſancti N. martyris
tui, cuius exequimur cultum, ſen-
tiamus effectum. Per dominum.

Item alie epiſtole ⁊ euangeliũ,
in communi vnius martyris.

Lectõ epl'e beati Jacobi Apoſtoli.

ca.1. CAriſſimi. Omne gaudiũ exi
ſtimate fratres mei, cum in tẽ
tationes varias incideritis: ſcien-
tes, quod probatio fidei veſtre pa
tientiam operatur. Patientia au-
tẽ opus perfectũ habeat: vt ſitis
perfecti, ⁊ integri, in nullo deficien
tes. Siquis autẽ veſtrũ indiget ſa
pientia, poſtulet a Deo, q dat om-
nibus affluenter, ⁊ non imprope-
rat: ⁊ dabit ei. Poſtulet autẽ in fi-
de nihil heſitãs. Qui enim heſitat,
ſimilis eſt fluctui maris, qui a vẽto
mouetur, ⁊ circunfertur. Nõ ergo
exiſtimet homo ille, q accipiat ali
qd a dño. Uir duplex animo incõ-
ſtãs eſt in omnibus vijs ſuis. Glo-
riet autẽ frater humilis, in exalta-
tione ſua: diues autem in humili-
tate ſua, quoniã ſicut flos feni tran
ſibit. Exortus eſt enim ſol cum ar-
dore, ⁊ areſcit fenum, ⁊ flos eius
decidit, ⁊ decor vultus eius depe-
rijt: ita ⁊ diues i itinerib⁹ ſuis mar
ceſcet. Beatus vir qui ſuffert tẽta-
tionem: quoniã cũ probatus fue-
rit, accipiet coronam vite: quam
repromiſit Deus diligentibus ſe.

Lectio epl'e beati Petri Apoſtoli.

CAriſſimi. Communicantes
Chriſti paſſionibus, gaude- j.ca.4.
te: vt ⁊ in reuelatione glorie eius
gaudeatis exultantes. Si expro-
bramini in nomine Chriſti, beati
eritis: quoniam quod eſt hono-
ris, glorie, ⁊ virtutis Dei, ⁊ qui eſt
eius ſpiritus, ſuper vos requie-
ſcet. Nemo autẽ veſtrũ patiatur,
vt homicida, aut fur, aut maledi-
cus, aut alienorũ appetitor. Si au-
tem vt chriſtianus, non erubeſcat,
glorificet autem Deum in iſto no-
mine. Quoniã tempus eſt, vt inci-
piat iudiciũ a domo Dei. Si autẽ
primum a nobis: quis finis eorũ
qui non credunt Dei euangelio?
Et, ſi iuſtus quidem vix ſaluabit:
impius, ⁊ peccator vbi parebunt?
Itaq;, ⁊ hi, qui patiuntur ſecũdũ
voluntatem Dei, fideli creatori cõ
mẽdẽt animas ſuas in benefactis.

Sequẽtia ſancti euãg. ſm Johãnẽ. ca.12.

IN illo tempore: Dixit Jeſus
diſcipulis ſuis. Amen, amen
dico vobis. Niſi granũ frumenti
cadens in terram, mortuũ fuerit:
ipſum ſolum manet. Si autẽ mor-
tuum fuerit: multum fructum af-
fert. Qui amat animam ſuam, per-
det eam: ⁊ qui odit animam ſuam

in hoc mundo, in vitam eternam
cuſtodit eam. Siquis mihi mini-
ſtrat, me ſequatur: ꝛ vbi ego ſum,
illic ꝛ miniſter meus erit. Siquis
mihi miniſtrauerit, honorificabit
eum pater meus, qui eſt in celis.

IN COMMVNI
Marty. tpe paſch. ſcilicet a Dñica
in oct. Paſc. vſqꝫ ad vig. Pentec.
De vno Martyre. Introitus.



ps. 63 Protexiſti
me De᷒ a
conuentu mali-
gnantium, ha-
leluiah: a multitu-
dine operantiū
iniquitatē, Ha-
leluiah, halelu.
ps. Exaudi de᷒
orationem meā
cum deprecor: a timore inimici eripe ani-
mam meam. ℣. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛc.

Pro martyre Pontifice. Oratio.
1 Infirmitatem noſtram reſpi-
ce omnipotēs Deus: ꝛ quia
pondus proprię actionis grauat:
beatorum martyrum tuorum Fa-
biani, ꝛ Sebaſtiani interceſſio glo-
rioſa nos protegat. Per dominū.
Pro marty. ꝛ pontifi. alia Oratio.
2 Deus, qui nos beati N. mar-
tyris tui atqꝫ pontificis an-
nua ſolennitate letificas: concede
propitius: vt cuius natalitia coli-
mus, de eiuſdem etiam protectio-
ne gaudeamus. Per dominuꝫ no.
Pro martyre tantum. Oratio.
3 Preſta, q̄s, ops Deus: vt q bea-
ti N. martyris tui natalitia co-
limus, interceſſione eius in tui no-
minis amore roboremur. Per d.
Pro martyre tantuꝫ, alia Oratio.
Preſta, q̄s ops De᷒: vt interce- 4
dēte beato N. martyre tuo, ꝛ
a cūctis aduerſitatib᷒ liberemur
in corpore, ꝛ a prauis cogitationi-
bus mundemur in mente. Per d.
Lectio libri Sapientię.
Stabunt iuſti in magna con- ca. 5.
ſtātia aduerſus eos, qui ſe an-
guſtiauerunt, ꝛ qui abſtulerunt la-
bores eorum. Videntes, turbabū-
tur timore horribili, ꝛ mirabūtur
in ſubitatione inſperatę ſalutis, di-
centes intra ſe, pęnitentiam agen-
tes, ꝛ pre anguſtia ſpiritus gemē-
tes. Hi ſunt, quos aliquando ha-
buimus in deriſum, ꝛ in ſimilitu-
dinē improperij. Nos inſenſati, vi-
tā illorum eſtimabamus inſaniam:
ꝛ finem illorum ſine honore. Ecce,
quomodo cōputati ſunt iter filios
Dei, ꝛ inter ſanctos ſors illorū eſt.
Vel epl'a b. Pauli apl'i ad Timoth. Me-
mor eſto. extra tempus Paſchale. 225.
Haleluiah, haleluiah. ℣. Confitebuntur ps. 88.
celi mirabilia tua domine, etenim verita-
tem tuam in eccleſia ſanctorum. Halelu-
iah. ℣. Poſuiſti domine ſuper caput eius ps. 20.
coronam de lapide precioſo, haleluiah.
Sequētia ſcti euāg. ſm Johannē.
In illo tēpore. Dixit Jeſus di- ca. 15
ſcipulis ſuis. Ego ſum vitis
vera: ꝛ pater meus agricola eſt.
Omnem palmitem in me non fe-
rentem fructum, tollet eum: ꝛ om-
nem qui fert fructū, purgabit euꝫ,
vt fructū plus afferat. Iā vos mū-
di eſtis propter ſermonem, quē lo-
cutus ſuꝫ vobis. Manete in me: ꝛ
ego

ego in vobis. Sicut palmes nõ po
teſt ferre fructum a ſemetipſo, niſi
manſerit in vite: ſic nec vos, niſi in
me mãſeritis. Ego ſuꝫ vitis, ⁊ vos
palmites. Qui manet in me, ⁊ ego
in eo, hic fert fructũ multum: quia
ſine me nihil poteſtis facere. Siqs
in me nõ mãſerit, mittetur foras ſi
cut palmes, ⁊ areſcet: ⁊ colligẽt eũ,
⁊ in ignẽ mittent, ⁊ ardet. Si man
ſeritis in me, ⁊ verba mea in vobis
manſerint: quodcunqꝫ volueritis,
petetis, ⁊ fiet vobis. Offertoriuꝫ.
ps. 88 Confitebuntur celi mirabilia tua dñe, ⁊
veritatẽ tuã in eccleſia ſanctoꝝ, Halah, hal.
Pro martyre, ⁊ Pontifice. Secre.
1 Hoſtias tibi, domine, beati N.
martyris tui atqꝫ pontificis
dicatas meritis, benign⁹ aſſume:
⁊ ad perpetuũ nobis tribue pro
uenire ſubſidium. Per dominuꝫ.
Pro mart. ⁊ Põtifice, alia Secr.
2 Munera tibi dñe dicata ſancti
fica: ⁊ intercedẽte beato N.
martyre tuo atqꝫ põtifice, per eã
dem nos placatus intende. Per.
Pro martyre tantum, Secreta.
3 Muneribus noſtris, quęſum⁹
dñe, precibuſqꝫ ſuſceptis: ⁊
cęleſtibus nos munda myſterijs,
⁊ clementer exaudi. Per dominũ.
Pro martyre tantum, alia Secre.
4 Accepta ſit in conſpectu tuo
dñe noſtra deuotio: ⁊ eius no
bis fiat ſupplicatione ſalutaris, p
cuius ſolennitate defertur. Per d.
ps. 63 Communio. Lętabitur iuſtus in do
mino, ⁊ ſperabit in eo: ⁊ laudabuntur om
nes recti corde, haleluiah, haleluiah.
Pro martyre ⁊ Põt. Poſtc.
1 Refecti participatione mune
M. N. R.
ris ſacri, quęſumus, dñe Deus no
ſter: vt, beati N. martyris tui atqꝫ
pontificis, cuius exequimur cultũ,
ſentiamus effectuꝫ. Per dominũ.
Pro mart. ⁊ Põtifice, alia Poſtc.
Hęc nos communio, domine, 2
purget a crimine: ⁊ interce
dente beato N. martyre tuo atqꝫ
pontifice, cęleſtis remedij, faciat eſ
ſe conſortes. Per dominũ noſtrũ.
Pro martyre tantum. Poſtcom.
Da, quęſumus dñe Deus no 3
ſter: vt ſicut tuorum comme
moratione ſanctoruꝫ tẽporali gra
tulamur officio, ita perpetuo lęte
mur aſpectu. Per dominum no.
Pro marty. tantum alia Poſtcõ.
Refecti participatione mune 4
ris ſacri, quęſumus domine
De⁹ noſter: vt, ſancti N. martyris
tui, cuius exequimur cultum, ſen
tiamus effectum. Per dominum.
¶ Epiſtola ⁊ euange. ſupradictę Miſſę di
cuntur etiam in ſequenti miſſa, ⁊ quę in ſe
quenti habentur, dici poſſunt in ſuperiori.
¶ De pluribus martyribus tem
pore Paſchali. Introitus.
Sancti tui domine be
nedicent te, ⁊ gloriaꝫ
regni tui dicent, ha
leluiah. Ps. Exalta
bo te Deus me⁹ rex,
⁊ benedicam nomini
tuo in ſęculũ, ⁊ i ſęcu
lum ſęculi. V. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiri.
Pro pluribus Potifi. ⁊ mar. Oro.
Beatorum martyrũ tuorũ
pariterqꝫ Pontificũ N. ⁊
N nos, quęſum⁹ domine,
feſta tueantur: ⁊ eorum commen
det oratio veneranda. Per domi.

Pro pluribus mart. tātū. Oratio.
2 DEus, qui nos ꝯcedis ſancto-
rum martyrum tuorꝫ N. ⁊
N. natalitia colere: da nobis i eter-
na beatitudine de eorum ſocieta-
te gaudere. Per dominuꝫ noſtrū.
Pro pluribus marty. alia Oratio.
3 DEus, qui nos annua ſancto-
rum martyrum tuorꝫ N. ⁊
N. ſolēnitate letificas: cōcede pro-
pitius: vt quorꝫ gaudemus meri-
tis inſtruamur exemplis. Per do.
Lectio epiſtole beati Petri apli.
i. ca. i. BEnedictus Deus ⁊ pater do-
mini noſtri Jeſu Chriſti: qui
ſm magnam miſericordiam ſuam
regenerauit nos in ſpem viuā, per
reſurrectionem Jeſu Chriſti ex
mortuis, in hereditatem incorru-
ptibilem, ⁊ incontaminatam, ⁊ im-
marceſcibilem, conſeruatam in ce-
lis in vobis, qui in virtute Dei cu-
ſtodimini per fidem, in ſalutem pa-
ratam reuelari in tempore nouiſ-
ſimo: in quo exultabitis, modicuꝫ
nunc ſi oportet cōtriſtari in varijs
tentationibus: vt probatio veſtre
fidei multo pretioſior auro (quod
per igneꝫ probatur) inueniatur in
laudem ⁊ gloriā ⁊ honorē, in reue-
lationem dn̄i noſtri Jeſu Chriſti.
Halſah, halſah. ℣. Sancti tui domine
florebunt ſicut lilium: ⁊ ſicut odor balſami
erunt ante te, Halſah. ℣. Pretioſa in con-
ſpectu dn̄i mors ſanctorum eius, haleluiah.
Sequētia ſcti euag. ſm Johanem.
ca. 15 IN illo tempore: Dixit Jeſus
diſcipulis ſuis. Ego ſum vi-
tis: ⁊ vos palmites. Qui manet in
me, ⁊ ego in eo, hic fert fructū mul-
tum: quia ſine me nihil poteſtis fa-
cere. Siquis in me nō māſerit, mit-
tetur foras ſicut palmes, ⁊ areſcet,
⁊ colligent eū: ⁊ in igneꝫ mittent,
⁊ ardet. Si māſeritis in me, ⁊ ver-
ba mea in vobis manſerint: quod-
cunqꝫ volueritis petetis, ⁊ fiet vo-
bis. In hoc clarificatus eſt pater
meus: vt fructum plurimuꝫ afferа-
tis, ⁊ efficiamini mei diſcipuli. Si-
cut dilexit me pater, ⁊ ego dilexi
vos. Manete in dilectione mea. Si
p̄cepta mea ſeruaueritis, manebi-
tis in dilectione mea: ſicut ⁊ ego
patris mei precepta ſeruaui, ⁊ ma-
neo in eius dilectione. Hec locut⁹
ſuꝫ vobis: vt gaudiū meū in vobis
ſit, ⁊ gaudium veſtruꝫ impleatur.

Offertorium.

Letamini in domino, ⁊ exultate iuſti: ⁊ ps. 31
gloriamini oēs recti corde, halſah, halſah.
Pro plur. Pontifi. ⁊ martyr. Secr.
ADeſto dn̄e ſupplicationi- 1
bus noſtris, quas in ſan-
ctorū tuorū cōmemoratio-
ne deferimus, vt qui noſtre iuſtitie
fiduciā nō habemus, eorū qui tibi
placuerūt meritis adiuuemur. P.
Pro plur. martyr. tantum. Secre.
MUnera tibi domine noſtre 2
deuotionis offerimus, que
⁊ pro tuorum tibi grata ſint hono-
re iuſtorꝫ, ⁊ nobis ſalutaria te mi-
ſerante reddantur. Per dominū.
Pro pluribus martyr. alia Secr.
OBlatis, queſumus domine, 3
placare muneribus: ⁊ inter-
cedentibus ſanctis tuis N. ⁊ N. a
cūctis nos defende periculis. Per
dominum noſtrum Jeſum Chri.
Cōmu. Gaudete iuſti in domino, hale-
luiah, rectos decet collaudatio, Haleluiah.
Pro

Pro plurib. pōtifi. ꝛ mar. Poſtc.

1 Quęſumus dñe ſalutaribꝰ repleti myſterijs: vt quoꝝ ſolennia celebramus, eoꝝ orationibus adiuuemur. Per do.

Pro plur. mart. tantum. Poſtcō.

2 Preſta, nobis, qs, dñe, intercedentibus ſanctis martyribus tuis N. ꝛ N. vt qđ ore cōtingimus, pura mente capiamus. Per dñm.

Pro plurib. marty. alia Poſtcom.

3 Hęc nos communio domine purget a crimine: ꝛ intercedentibus ſanctis martyribus tuis N. ꝛ N. cęleſtis remedij faciat eſſe conſortes. Per dominum noſtrū.

¶ In communi martyrum tēpore Paſchali, alia Epla, ꝛ Euang.

Lectio libri Apocal. b. Johānis apli.

ca.19 In diebus illis: Poſt hęc ego Johannes audiui quaſi vocem magnam turbarum multarū in cęlo dicentiū, Haleluiah. Laus, ꝛ gloria, ꝛ virtus Deo noſtro eſt: quia vera ꝛ iuſta iudicia ſunt eius, qui iudicauit de meretrice magna, quę corrupit terram in proſtitutione ſua, ꝛ vindicauit ſanguinem ſeruorum ſuorū de manibus eius. Et iterum dixerunt, Haleluiah. Et fumus aſcendit in ſecula ſeculorum. Et ceciderunt ſeniores vigintiquatuor, ꝛ quatuor animalia, ꝛ adorauerunt Deum ſedentē ſuper thronū, dicentes: Amen, Haleluiah. Et vox de throno exiuit, dicēs. Laudē dicite Deo noſtro omnes ſancti eius: ꝛ qui timetis eum puſilli ꝛ magni. Et audiui quaſi vocem turbę magnę, ꝛ ſicut vocem aquarum multarū, ꝛ ſicut vocem tonitruorū magnorum, dicentiū, Haleluiah: qm̄ regnauit dñs Deus noſter omnipotēs. Gaudeamus ꝛ exultemus, ꝛ demus gloriā ei: quia venerunt nuptię Agni, ꝛ vxor eiꝰ pręparauit ſe. Et datū eſt illi, vt cooperiat ſe byſſino ſplendēti ꝛ candido. Byſſinum enim iuſtificationes ſunt ſanctorū. Et dixit mihi. Scribe. Beati qui ad cęnam nuptiarum Agni vocati ſunt.

Sequētia ſcti euāg. ſm Johannē.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Amen, amē dico vobis: quia plorabitis, ꝛ flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos autem ꝯtriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudiū. Mulier cum parit, triſtitiā habet, quia venit hora eius: cum autē peperit puerū, iam nō meminit preſſurę propter gaudium, quia natus eſt homo in mūdū. Et vos igitur, nunc quidem triſtitiam habetis, iterum autem videbo vos, ꝛ gaudebit cor veſtrum: ꝛ gaudium veſtrum nemo tollet a vobis. cap.16

IN COMMVNI

plurīū mar. extra tp̄s paſc. Intr.



Intret in cōſpectu tuo dñe gemitꝰ cōpeditorū: redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu eoꝝ: vindica ſanguinem ſanctorū tuoꝝ, qui effuſus eſt. ps.78


S ANTI ET IVSTI IN DÑO GAVD





# COMMVNE SANCTORVM.

**In vigilia vnius Apoſtoli. Introitus.**

EGo autẽ ſicut oliua fructificaui in domo dñi, ſperaui in miſericordia Dei mei, ⁊ expectabo nomen tuũ, qñ bonũ eſt ante ↄſpectum ſanctoꝝ tuoꝝ. ps. Quid gloriaris in malitia, q potens es in iniqtate? ℣. Glia. Oremꝰ. ps.51

OMnipotẽs Deus: vt beati N. apoſtoli tui, quam preuenimus, veneranda ſolennitas, ⁊ deuotionez nobis áugeat ⁊ ſalutem. Per dominum noſtruz.

**Lectio libri Sapientię.**

BEnedictio dñi ſup caput iuſti. Ideo dedit illi dñs hereditatẽ, ⁊ diuiſit ei partẽ in tribubus duodecim, ⁊ inuẽnit gratiaz in ↄſpectu omnis carnis. Magnificauit eũ in timore inimicoꝝ: ⁊ in verbis ſuis mõſtra placauit. Glorificauit eũ in ↄſpectu regũ: ⁊ oſtendit illi gloriã ſuã. In fide ⁊ lenitate ip- eccl.45 ⁊ 46.





ſius ſanctū fecit illū: ⁊ elegit cuȝ ex
omni carne. Et dedit illi corā prę-
cepta: ⁊ legē vitę ⁊ diſciplinę: ⁊ ex-
celſum fecit illum. Statuit illi teſta
mentū ęternū: ⁊ circuncinxit eum
ȝona iuſtitię: ⁊ induit eum domi-
nus coronam glorię. Graduale.
ps. 91 Iuſtus, vt palma florebit: ſicut cedrus Li
bani multiplicabitur in domo domini. ℣.
Ad annunciandum mane miſericordiam
tuam, ⁊ veritatem tuam per noctem.
Sequētia ſcti euāg. ſm Johānem.
ca. 15. In illo tpe: Dixit Jeſus diſci-
pulis ſuis: Hoc eſt p̄ceptum
meū: vt diligatis inuicē, ſicut dilexi
vos. Maiorē hac dilectionē nemo
habet: vt animā ſuā ponat quis ꝑ
amicis ſuis. Vos amici mei eſtis: ſi
feceritis q̄ ego p̄cipio vobis. Jam
nō dicā vos ſeruos: quia ſeruꝰ ne-
ſcit quid faciat dn̄s eius. Vos autē
dixi amicos: quia omnia quęcūqȝ
audiui a patre meo, nota feci vo-
bis. Nō vos me elegiſtis, ſed ego
elegi vos, ⁊ poſui vos: vt eatis, ⁊
fructū afferatis: ⁊ fructꝰ veſter ma
neat: vt quodcunqȝ petieritis pa-
trem in nomine meo, det vobis.
ps. 8 Offertorium. Gloria ⁊ honore coro-
naſti eum: ⁊ conſtituiſti eū ſuper opera ma
nuum tuarum, domine. Secreta.
Apoſtolicę reuerētię culmen
offerimus tibi ſacris myſte-
riis imbuēdū: pręſta q̄s dn̄e: vt bea
ti apoſtoli tui N. ſuffragiis, cuius
natalitia pręuenimus, hęc plebs
tua ſemper, ⁊ ſua vota deprōmat,
⁊ deſiderata percipiat. Per dn̄m.
ps. 20 Commu. Magna eſt gloria eius in ſa-
lutari tuo: gloriam, ⁊ magnum decorem im
pones ſuper eum domine. Poſtcōmu.

Sancti Apli tui N. q̄s domi-
ne, ſupplicatione placatus: ⁊
veniam nobis tribue, ⁊ remedia
ſempiterna cōcede. Per dominū.
In Natalitijs Apoſtolorum ⁊ Euang.
omnia ſuis locis in proprio Sanctorum.

IN COMMVNI
Unius marty. Pontifi. Introit. I.



Statuit ei ecc. 4
dominus
teſtamentū pa-
cis, ⁊ principē
fecit eū: vt ſit il-
li ſacerdotij di-
gnitas in ęter-
nū. ps. Memē ps. 13
to dn̄e Dauid,
⁊ omnis māſue
tudinis eius. ℣. Gloria pa. Oremus.
Infirmitatē noſtrā reſpice om
nipotēs Deus: ⁊ qa pōdus ꝓ
prię actionis grauat, beati N. mar
tyris tui atqȝ pōtificis, interceſſio
glorioſa nos prōtegat. Per dn̄m.
Lctō eplę beati Jacobi Apoſtoli.
Chariſſimi: Beatus vir qui ſuf- cap. 1
fert tentationem: qm̄ cum pro
batus fuerit, accipiet coronam vi-
tę: quam repromiſit Deus diligen
tibus ſe. Nemo cum tentatur, di-
cat quoniam a Deo tētatur. Deus
enim intentator malorū eſt: ipſe au
tem neminem tentat. Vnuſquiſqȝ
vero tentatur a concupiſcētia ſua
abſtractus ⁊ illectus. Deinde con
cupiſcentia cū cōceperit, parit pec
catū: peccatū vero cū cōſummatū
fuerit, generat mortē. Nolite itaqȝ
errare fratres mei dilectiſſimi.
Omne

Omne datū optimuꝫ, ꝛ omne do-
nū pfectū de ſurſum eſt, deſcendēs
a patre luminum: apud quem non
eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis
obumbratio. Voluntarie enim ge
nuit nos verbo veritatis: vt ſimus
initium aliquod creaturę eius.

Ps.88. Grad. Inueni Dauid ſeruum meum: oleo ſancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, ꝛ brachium meū confortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: ꝛ filius iniquitatis non nocebit ei.

Ps.109 Allā, allā. ℣. Tu es ſacerdos in ęternum ſm ordinem Melchiſedech. allā.

Poſt Septuageſimam. Tractus.

Ps.20 Deſiderium animę eius tribuiſti ei: ꝛ voluntate labiorum eius non fraudaſti eum. ℣. Quoniam preueniſti eum in benedictionibus dulcedinis. ℣. Poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo.

Sequētia ſancti euāg. ſm Lucam.

Lu.14. In illo tempore. Dixit Ieſus turbis. Si quis venit ad me, ꝛ non odit patrem ſuum, ꝛ matrē, ꝛ vxorem, ꝛ filios, ꝛ fratres, ꝛ ſorores, adhuc autē ꝛ animā ſuam, nō poteſt meus eſſe diſcipul⁹. Et qui non baiulat crucem ſuam, ꝛ venit poſt me: non poteſt meus eſſe diſcipulus. Quis enim ex vobis volēs turrim ędificare, non prius ſedēs computat ſumptus, qui neceſſarij ſunt, ſi habeat ad perficienduꝫ: ne, poſtquā poſuerit fundamētū, ꝛ nō potuerit perficere: omnes qui vident, incipiant illudere ei, dicētes: quia hic homo cępit ędificare, ꝛ non potuit cōſummare? Aut quis rex iturus committere bellum aduerſus aliū regē, non ſedens, prius cogitat, ſi poſſit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad ſe? Alioquin, adhuc illo longe agente, legationem mittens, rogat ea quę pacis ſunt. Sic ergo, omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus quę poſſidet: non poteſt meus eſſe diſcipulus.

Offertorium. Veritas mea, ꝛ miſericordia mea cum ipſo: ꝛ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Ps.88

Secreta.

Hoſtias tibi domine beati N. martyris tui atque pontificis dicatas, meritis, benignus aſſume: ꝛ ad perpetuum nobis tribue prouenire ſubſidium. Per domi.

Communio. Semel iuraui in ſancto meo, ſemen eius in ęternum manebit: ꝛ ſedes eius ſicut Sol in conſpectu meo, ꝛ ſicut Luna perfecta in ęternum: ꝛ teſtis in cęlo fidelis. Ps.88

Poſtcommunio.

Refecti participatione muneris ſacri, quęſumus domine Deus noſter: vt beati N. martyris tui atque pontificis: cuius exequimur cultum, ſentiamus effectum. Per dominum noſtrum Ieſum.

De eodem Communi alia Miſſa.

Introitus.



Sacerdotes Dei benedicite dñm: ſancti, ꝛ humiles corde laudate Deum. Ps. Benedicite omnia opera dñi dño: laudate ꝛ ſuperexaltate eum in ſecula. ℣. Gloria. Oremus. Dan.3

Deus qui nos beati N. martyris tui atque pontificis annua ſolennitate lętificas, concede propitius: vt cuius natalitia colimus, de eiuſdem etiam protectione

ne gaudeamus. Per dominuʒ nostrum Jesum Christum filium. &c.

Lectó eplę btí Pauli apli ad Cor.

2.ca.1. FRatres, Benedictus Deus & pater dñi nostri Jesu Christi: pater misericordiarum, & Deus totius consolationis: qui consolatur nos in omni tribulatione nostra: vt possimus & ipsi consolari eos q in omni pressura sunt, per exhortationem, qua exhortamur & ipsi a Deo. Quoniam sicut abūdant passiones Christi in nobis: ita & per Christum abundat consolatio nostra. Siue autem tribulamur, pro vestra exhortatione & salute: siue consolamur, pro vestra consolatione: siue exhortamur, pro vestra exhortatione, & salute: quę operatur tolerantiam earundem passionum, quas & nos patimur: vt spes nostra firma sit pro vobis: sciētes, quoniam, sicut socij passionū estis, sic éritis & consolationis. In Christo Jesu domino nostro.

ps.8 Gradnale. Gloria & honore coronasti eum. ℣. Et constituisti eum super opera manuum tuarum, domine. Haleluiah, haleluiah. ℣. Hic est sacerdos quem coronauit dominus, haleluiah.

Post Septuagesimam. Tractus.

ps.111 Beatus vir, qui timet dominum: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius, generatio rectorum benedicet. ℣. Gloria & diuitię in domo eius: & iustitia eius manet in sęculum sęculi.

Sequētia sci euang. sm Mattheū.

ca.16. IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Siquis vult venire post me, ábneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Qui enim voluerit animaʒ suam saluam facere, perdet eam. Qui autem perdiderit animā suā ppter me, inueniet eā. Quid enim prodest homini, si vniuersum mūdum lucretur, animę vero suę detrimentum patiatur? Aut quaʒ dabit homo commutationē pro anima sua? Filius enim hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis: & tunc reddet vnicuique secundum opera sua.

Offertorium. Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum, manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meuʒ confortabit eum. ps.8

Secreta.

MUnera tibi dñe dicata sanctifica: & intercedente beato N. martyre tuo atqʒ pontifice: p eādē nos placatus intende. Per dominum nostrum Jesuʒ Chrm.

Communio.

Posuisti domine in capite eius coronam de lapide pretioso. ps.2

Postcommunio.

HÆc nos communio Domine purget a crimine: & intercedente beato N. martyre tuo, atqʒ pontifice cęlestis, remedij faciat esse consortes. Per dominum nostrum Jesum Christuʒ filium tuū. Qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritus sancti Deus, &c.

Epistolę & Euangelia pro Pontifice & martyre assignata, legi possunt etiam pro martyre non pont. Et quę infra habentur de marty. non pont. etiā pro martyre pont. Item pro martyre pont. legi possunt epistolę & euangel. inferius assignata pro confessore pont. Eplę etiam, & Euangelia quę in vna missa de eodem cōmuni ponuntur, dici possunt & in alijs missis de eodem cōi

In

IN COMMVNI

**Unius mart. non Pontifi. Intro.**

ps.20 

IN virtute tua dñe lętabitur iuſtus: ⁊ ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer: deſiderium animę eius tribuiſti ei. ps. Quoniam pręueniſti euȝ in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui. Oremus.

PReſta, q̃s omnipotens De⁹, vt qui beati N. martyris tui natalitia colimus: itercesſione ei⁹, ĩ tui nominis amore roboremur. p.

**Lectio libri Sapientię.**

ca.10. IUſtuȝ deduxit dominus per vias rectas: ⁊ oſtendit illi regnum Dei: ⁊ dedit illi ſcientiá ſanctorum: honeſtauit illum in laboribus, ⁊ compleuit labores illius. In fraude circunuenientium illũ, illi affuit: ⁊ honeſtũ fecit illuȝ. Cuſtodiuit eum ab inimicis, ⁊ a ſeductoribus tutauit illum: ⁊ certamẽ forte dedit illi, vt vinceret, ⁊ ſciret, quoniam omniuȝ potentior eſt ſapientia. Hęc venditum iuſtum nõ dereliquit: ſed a peccatoribus liberauit eum. Deſcenditque cum illo in foueam: ⁊ in vinculis non dereliquit eum, donec afferret illi ſceptrum regni, ⁊ potentiam aduerſus eos qui eum deprimebant. Et mendaces oſtendit qui maculauerunt eum: ⁊ dedit illi claritatem ęternam, dominus Deus noſter.

**Graduale.** Beatus vir, qui timet dominuȝ: in mãdatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicetur. Haleluiah, haleluiah. ℣. Poſuiſti domine ſuper caput eius coronam de lapide pretioſo, haleluiah. ps.111 ps.20.

**Poſt Septuageſimam. Tractus.**

Deſiderium animę eius tribuiſti ei: ⁊ voluntate labiorum eius non fraudaſti eum. ℣. Quoniam pręueniſti eum in benedictionibus dulcedinis. ℣. Poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. ps.20.

**Sequẽtia ſcti euãg. ſm Matthęũ.**

IN illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Nolite arbitrari, quia venerim pacem mittere in terrá. Non veni paceȝ mittere, ſed gladium. Ueni enim ſeparare hominẽ aduerſus patrẽ ſuũ, ⁊ filiam aduerſus matrẽ ſuá: ⁊ nurũ aduerſus ſocruȝ ſuá: ⁊ inimici hominis, domeſtici eius. Qui amat patrem aut matreȝ pluſq̃ȝ me: nõ eſt me dignus. Et qui amat filium aut filiaȝ ſuper me: non eſt me dignus. Et q non accipit crucem ſuá, ⁊ ſequitur me: non eſt me dignus. Qui inuenit animam ſuam, perdet eá: ⁊ qui perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam. Qui recipit vos, me recipit: ⁊ qui recipit me, recipit eum qui me miſit. Qui recipit prophetam in nomine prophetę: mercedem prophetę accipiet. Et qui recipit iuſtum in nomine iuſti: mercedem iuſti accipiet. Et quicunqȝ dederit vni ex minimis iſtis calicem aquę frigidę, tantum in nomine diſcipuli: amen dico vobis, ca. 10.

non perdet mercedem ſuam.
ps.8 Offertorium. Gloria ꝛ honore coro/naſti eum, ꝛ conſtituiſti eū ſuper opera ma/nuum tuarum domine. Secreta.

Muneribus noſtris, queſumꝰ domine, precibuſque ſuſceptis: ꝛ celeſtibus nos munda myſterijs, ꝛ clemẽter exaudi. Per do.

mat.16 Cõmunio. Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum: ꝛ tollat crucē ſuam, ꝛ ſequatur me. Poſtcommunio.

Da, queſumus domine Deus noſter: vt ſicut tuorum commemoratione ſanctorum temporali gratulamur officio: ita perpetuo letemur aſpectu. Per domi.

De eodem Communi alia Miſſa.

Introitus.

ps.63 Letabitur iuſtꝰ in domino, ꝛ ſperabit in eo ꝛ laudabūtur omnes recti corde. ps. Exaudi Deus orationem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. ℣. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ ſpiritui ſancto. Oremus.

Preſta, queſumus, omnipotens Deus: vt intercedente beato N. martyre tuo, ꝛ a cunctis aduerſitatibus liberemur in corpore, ꝛ a prauis cogitationibus mūdemur in mẽte. Per dominū.

Lectõ epľe b. Pauli apľi ad Timot.

2.cap.2 Chariſſime: Memor eſto dominum Jeſum Chriſtum reſurrexiſſe a mortuis, ex ſemine Dauid ſecundum euangelium meum, in quo laboro vſq; ad vincula, quaſi male operans: ſed verbū Dei nõ eſt alligatū. Ideo oĩa ſuſtineo propter electos: vt ꝛ ipſi ſalutem conſequantur, quę eſt in Chriſto Jeſu cum gloria cęleſti. Tu autē aſſecu- ca.3.
tus es meam doctrinā, inſtitutionem, propoſitum, fidem, longanimitatē, dilectionē, patientiā, perſecutiones, paſſiones: qualia mihi facta ſunt Antiochię, Iconij, ꝛ Lyſtris: quales pſecutiones ſuſtinui: ꝛ ex omnibus eripuit me dn̄s. Et omnes q volūt pie viuere in Chriſto Jeſu, perſecutiones patiūtur.

Grad. Juſtus cū ceciderit non collidetur, quia dn̄s ſupponit manum ſuā. ℣. To- ps.36.
ta die miſeretur, ꝛ cõmodat: ꝛ ſemen eius in benedictione erit. Halľah, halľah. ℣. Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris: ſed habebit lumen vitę ęternę, haleluiah.

Poſt Septuageſimam. Tractus.

Beatus vir, qui timet dn̄m, in mandatis 111.ps
eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius, generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria ꝛ diuitię in domo: eius ꝛ iuſtitia eius manet in ſęculum ſęculi.

Sequẽtia ſcti euág. ſm Matthęū.

In illo tempore: Dixit Jeſus ca.4.
diſcipulis ſuis. Nihil opertū quod non reueletur: ꝛ occultum quod non ſciatur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: ꝛ quod in aure auditis, prędicate ſuper tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animā autē nõ poſſunt occidere: ſed potius eum timete, qui poteſt ꝛ animam ꝛ corpus perdere in gehennam. Nõne duo paſſeres aſſe veneunt: ꝛ vnus ex illis nõ cadet ſuper terram ſine patre veſtro? Veſtri autē ꝛ capilli capitis, omnes numerati ſunt. Nolite ergo timere: multis paſſeribus

bus meliores eſtis vos. Omnis er go qui confitebitur me coram hominibus: confitebor 7 ego eum coram patre meo, qui in cęlis eſt.

Offertorium. Poſuiſti domine in capite eius coronam de lapide precioſo: vitam petijt a te, 7 tribuiſti ei, halleluiah. Secre.

Accepta ſit in conſpectu tuo dñe noſtra deuotio: 7 eius nobis fiat ſupplicatione ſalutaris, p cuius ſolennitate defertur. Per d.

Communio.

Qui mihi miniſtrat, me ſequatur, 7 vbi ſum ego, illic 7 miniſter meus erit. Poſtc.

Refecti participatione muneris ſacri, quęſumus domine Deus noſter, vt ſancti N. martyris tui, cuius exequimur cultum, ſentiamus effectum. Per dominum.

Item alię epiſtolę 7 euangeliũ, in communi vnius martyris.

Lectó eple beati Jacobi Apoſtoli.

ca. 1. Chariſſimi. Omne gaudium exiſtimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis: ſcientes, quod probatio fidei veſtrę patientiam operatur. Patientia autẽ opus perfectum habeat: vt ſitis perfecti, 7 integri, in nullo deficientes. Siquis autẽ veſtrũ indiget ſapientia, poſtulet a Deo, q dat omnibus affluenter, 7 non improperat: 7 dabit ei. Poſtulet autem in fide nihil heſitãs. Qui enim heſitat, ſimilis eſt fluctui maris, quia vẽto mouetur, 7 circunfertur. Nõ ergo exiſtimet homo ille, q accipiat aliqd a dño. Vir duplex animo incõſtãs eſt in omnibus vijs ſuis. Glorieť autẽ frater humilis, in exaltatione ſua: diues autem in humilitate ſua, quoniã ſicut flos fęni trãſibit. Exortus eſt enim ſol cum ardore, 7 arefecit fęnum, 7 flos eius decidit, 7 decor vultus eius deperijt: ita 7 diues i itinerib⁹ ſuis marceſcet. Beatus vir qui ſuffert tẽtationem: quoniã cum probatus fuerit, accipiet coronam vitę: quam repromiſit Deus diligentibus ſe.

Lectio eple beati Petri Apoſtoli.

Chariſſimi. Communicantes Chriſti paſſionibus, gaudete: vt 7 in reuelatione glorię eius gaudeatis exultantes. Si exprobramini in nomine Chriſti, beati eritis: quoniam quod eſt honoris, glorię, 7 virtutis Dei, 7 qui eſt eius ſpiritus, ſuper vos requieſcet. Nemo autẽ veſtrum patiatur, vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorũ appẽtitor. Si autem vt chriſtianus, non erubeſcat, glorificet autem Deum in iſto nomine. Quoniã tempus eſt, vt incipiat iudiciũ a domo Dei Si autem primum a nobis: quis finis eorum qui non credunt Dei euangelio? Et, ſi iuſtus quidem vix ſaluabiť: impius, 7 peccator vbi parebunt? Itaq, 7 hi, qui patiuntur ſecũdũ voluntatem Dei, fideli creatori cõmẽdẽt animas ſuas in benefactis. 1. ca. 4.

Sequẽtia ſancti euãg. ſm Johãnẽ. ca. 12.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Amen, amen dico vobis. Niſi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit: ipſum ſolum manet. Si autẽ mortuum fuerit: multum fructum affert. Qui amat animam ſuam, perdet eam: 7 qui odit animam ſuam in

in hoc mundo, in vitam eternam
cuſtodit eam. Siquis mihi mini-
ſtrat, me ſequatur: ⁊ vbi ego ſum,
illic ⁊ miniſter meus erit. Siquis
mihi miniſtrauerit, honoꝛificabit
eum pater meus, qui eſt in celis.

IN COMMVNI
Marty. tpe paſch. ſcilicet a Dñica
in oct. Paſc. vſq; ad vig. Pentec.
De vno Martyre. Introitus.



ps. 63 Protexiſti me De⁹ a conuentu malignantium, halleluiah: a multitudine operantiũ iniquitatẽ, Halleluiah, halah. ps. Exaudi de⁹ oꝛationem meã
cum depꝛecoꝛ: a timoꝛe inimici eripe ani-
mam meam. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊c.
Pro martyre Pontifice. Oratio.
1 Infirmitatem noſtram reſpi
ce omnipotẽs Deus: ⁊ quia
pondus pꝛopꝛię actionis grauat:
beatoꝛum martyrum tuoꝛum Fa
biani, ⁊ Sebaſtiani interceſſio glo
rioſa nos pꝛotegat. Per dominũ.
Pro marty. ⁊ pontifi. alia Oratio.
2 Deus, qui nos beati N. mar-
tyris tui atq; pontificis an-
nua ſolennitate lętificas: concede
pꝛopitius: vt cuius natalitia coli-
mus, de eiuſdem etiam pꝛotectio-
ne gaudeamus. Per dominu; no.
Pro martyre tantum. Oratio.
3 Preſta, q̃s, omnipotẽs Deus: vt q bea
ti N. martyris tui natalitia co
limus, interceſſione eius in tui no-
minis amoꝛe roboꝛemur. Per d.
Pro martyre tantu;, alia Oratio.
Preſta, q̃s omnipotens De⁹: vt interce 4
dẽte beato N. martyre tuo, ⁊
a cũctis aduerſitatib⁹ liberemur
in coꝛpoꝛe, ⁊ a pꝛauis cogitationi-
bus mundemur in mente. Per d.
Lectio libꝛi Sapientię.
Stabunt iuſti in magna con- ca. 5.
ſtãtia aduerſus eos, qui ſe an
guſtiauerunt, ⁊ qui abſtulerunt la
boꝛes coꝛum. Videntes, turbabũ-
tur timoꝛe hoꝛribili, ⁊ mirabũtur
in ſubitatione inſperatę ſalutis, di
centes intra ſe, pęnitentiam agen-
tes, ⁊ pꝛę anguſtia ſpiritus gemẽ-
tes. Hi ſunt, quos aliquando ha-
buimus in deriſum, ⁊ in ſimilitu-
dinẽ impꝛoperij. Nos inſenſati, vi-
tã illoꝛum eſtimabamus inſaniam:
⁊ finem illoꝛum ſine honoꝛe. Ecce,
quomodo cõputati ſunt iter filios
Dei, ⁊ inter ſanctos ſoꝛs illoꝛũ eſt.
Vel epſtla b. Pauli apli ad Timoth. Memoꝛ eſto. extra tempus Paſchale. 225.
Halleluiah, halleluiah. ℣. Confitebuntur ps. 88.
celi mirabilia tua domine, etenim verita-
tem tuam in eccleſia ſanctoꝛum. Hallelu-
iah. ℣. Poſuiſti domine ſuper caput eius ps. 20.
coꝛonam de lapide pꝛetioſo, halleluiah.
Sequẽtia ſcti euãg. ſm Johannẽ.
In illo tẽpoꝛe. Dixit Jeſus di ca. 15
ſcipulis ſuis. Ego ſum vitis
vera: ⁊ pater meus agricola eſt.
Omnem palmitem in me non fe-
rentem fructum, tollet eum: ⁊ om-
nem qui fert fructũ, purgabit eu;,
vt fructũ plus afferat. Iã vos mũ-
di eſtis pꝛopter ſermonem, quẽ lo
cutus ſu; vobis. Manete in me: ⁊
ego

ego in vobis. Sicut palmes nõ po
teſt ferre fructum a ſemetipſo, niſi
manſerit in vite: ſic nec vos, niſi in
me mãſeritis. Ego ſuꝫ vitis, ⁊ vos
palmites. Qui manet in me, ⁊ ego
in eo, hic fert fructũ multum: quia
ſine me nihil poteſtis facere. Siq̃s
in me nõ mãſerit, mittetur foꝛas ſi-
cut palmes, ⁊ areſcet: ⁊ colligẽt eũ,
⁊ in ignẽ mittent, ⁊ ardet. Si man-
ſeritis in me, ⁊ verba mea in vobis
manſerint: quodcunqꝫ volueritis,
petetis, ⁊ fiet vobis. Offertoriuꝫ.
Ps. 88 Confitebuntur celi mirabilia tua dñe, ⁊
veritatẽ tuã in eccleſia ſanctoꝝ, Halleluiah, hal.
Pro martyre, ⁊ Pontifice. Secre.
1 Hoſtias tibi, domine, beati N.
martyris tui atqꝫ pontificis
dicatas meritis, benign⁹ aſſume:
⁊ ad perpetuũ nobis tribue pꝛo-
uenire ſubſidium. Per dominuꝫ.
Pro mart. ⁊ Põtifice, alia Secr.
2 Munera tibi dñe dicata ſancti-
fica: ⁊ intercedẽte beato N.
martyre tuo atqꝫ põtifice, per eã-
dem nos placatus intende. Per.
Pro martyre tantum, Secreta.
3 Muneribus noſtris, queſum⁹
dñe, pꝛecibuſqꝫ ſuſceptis: ⁊
celeſtibus nos munda myſterijs,
⁊ clementer exaudi. Per dominũ.
Pro martyre tantum, alia Secre.
4 Accepta ſit in conſpectu tuo
dñe noſtra deuotio: ⁊ eius no
bis fiat ſupplicatione ſalutaris, p
cuius ſolennitate defertur. Per d.
Ps. 63 Communio. Letabitur iuſtus in do-
mino, ⁊ ſperabit in eo: ⁊ laudabuntur om-
nes recti corde, haleluiah, haleluiah.
1 Pro martyre ⁊ Põt. Poſtc.
Refecti participatione mune-
Mh. N. R.

ris ſacri, queſumus, dñe Deus no
ſter: vt, beati N. martyris tui atqꝫ
pontificis, cuius exequimur cultũ,
ſentiamus effectuꝫ. Per dominũ.
Pro mart. ⁊ Põtifice, alia Poſtc.
Hec nos communio, domine, 2
purget a crimine: ⁊ interce-
dente beato N. martyre tuo atqꝫ
pontifice, celeſtis remedij, faciat eſ-
ſe conſoꝛtes. Per dominũ noſtrũ.
Pro martyre tantum. Poſtcom.
Da, queſumus dñe Deus no 3
ſter: vt ſicut tuoꝛum comme-
moꝛatione ſanctoꝛuꝫ tẽpoꝛali gra
tulamur officio, ita perpetuo lete-
mur aſpectu. Per dominum no.
Pro marty. tantum alia Poſtcõ.
Refecti participatione mune- 4
ris ſacri, queſumus domine
De⁹ noſter: vt, ſancti N. martyris
tui, cuius exequimur cultum, ſen-
tiamus effectum. Per dominum.
Epiſtola ⁊ euange. ſupꝛadicte Miſſe di-
cuntur etiam in ſequenti miſſa, ⁊ que in ſe-
quenti habentur, dici poſſunt in ſuperioꝛi.

De pluribus martyribus tem-
poꝛe Paſchali. Introitus.

Sancti tui domine be
nedicent te, ⁊ gloꝛiaꝫ
regni tui dicent, ha-
leluiah. Ps. Exalta-
bo te Deus me⁹ rex,
⁊ benedicam nomini
tuo in ſeculũ, ⁊ i ſecu-
lum ſeculi. V. Gloꝛia patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiri.
Pro pluribus Pontifi. ⁊ mar. Oꝛo.
Beatoꝛum martyrũ tuoꝛũ
pariterqꝫ Pontificũ N. ⁊
N. nos, queſum⁹ domine,
feſta tueantur: ⁊ eoꝛum commen-
det oꝛatio veneranda. Per domi.

Pro pluribus mart.tātū. Oratio.
2 Deus,qui nos concedis ſancto-
rum martyrum tuorū N.et
N. natalitia colere:da nobis i eter
na beatitudine de eorum ſocieta-
te gaudere.Per dominū noſtrū.

Pro pluribus marty.alia Oratio.
3 Deus,qui nos annua ſancto-
rum martyrum tuorū N.et
N. ſolēnitate letificas:cōcede pro-
pitius:vt quorū gaudemus meri
tis inſtruamur exemplis.Per do.

Lectio epiſtole beati Petri apli.
i.ca.i. Benedictus Deus et pater do
mini noſtri Jeſu Chriſti:qui
ſm magnam miſericordiam ſuam
regenerauit nos in ſpem viuā,per
reſurrectionem Jeſu Chriſti ex
mortuis, in hereditatem incorru
ptibilem,et incontaminatam,et im
marceſcibilem,conſeruatam in ce
lis in vobis, qui in virtute Dei cu
ſtodimini per fidem,in ſalutem pa
ratam reuelari in tempore nouiſ-
ſimo:in quo exultabitis, modicū
nunc ſi oportet cōtriſtari in varijs
tentationibus:vt probatio veſtre
fidei multo precioſior auro(quod
per ignē probatur)inueniatur in
laudem et gloriā et honorē,in reue-
lationem dñi noſtri Jeſu Chriſti.
Halāh, halāh. V. Sancti tui domine
florebunt ſicut lilium: et ſicut odor balſami
erunt ante te,Halāh. V. Precioſa in con-
ſpectu dñi mors ſanctorum eius,haleluiah.

Sequētia ſcti euag. ſm Johanem.
ca.15 In illo tempore:Dixit Jeſus
diſcipulis ſuis. Ego ſum vi
tis:et vos palmites.Qui manet in
me,et ego in eo, hic fert fructū mul
tum: quia ſine me nihil poteſtis fa
cere.Si quis in me nō māſerit,mit
tetur foras ſicut palmes,et areſcet,
et colligent eū:et in ignē mittent,
et ardet.Si māſeritis in me, et ver-
ba mea in vobis manſerint:quod-
cunqz volueritis petetis,et fiet vo
bis. In hoc clarificatus eſt pater
meus:vt fructum plurimū affera
tis,et efficiamini mei diſcipuli. Si-
cut dilexit me pater, et ego dilexi
vos.Manete in dilectione mea.Si
pcepta mea ſeruaueritis, manebi-
tis in dilectione mea: ſicut et ego
patris mei precepta ſeruaui,et ma-
neo in eius dilectione. Hec locut'
ſū vobis:vt gaudiū meū in vobis
ſit,et gaudium veſtrū impleatur.

Offertorium.

Letamini in domino, et exultate iuſti: et ps.31
gloriamini oēs recti corde,halāh, halāh.

Pro plur. Pontifi.et marty.Secr.
Adeſto dñe ſupplicationi- 1
bus noſtris, quas in ſan-
ctorū tuorū cōmemoratio-
ne deferimus,vt qui noſtre iuſtitie
fiduciā nō habemus,eorū qui tibi
placuerūt meritis adiuuemur. p.

Pro plur.martyr.tantum. Secre.
Munera tibi domine noſtre 2
deuotionis offerimus, que
et pro tuorum tibi grata ſint hono
re iuſtorū,et nobis ſalutaria te mi
ſerante reddantur. Per dominū.

Pro pluribus martyr.alia Secr.
Oblatis, queſumus domine, 3
placare muneribus: et inter-
cedentibus ſanctis tuis N.et N. a
cūctis nos defende periculis.Per
dominum noſtrum Jeſum Chri.

Cōmu. Gaudete iuſti in domino, hale-
luiah,rectos decet collaudatio,Haleluiah.

Pro

Pro plurib. pōtifi. ⁊ mar. Poſtc.

1 Q Ueſumus dñe ſalutaribus repleti myſterijs: vt quorū ſolennia celebramus, eorū orationibus adiuuemur. Per do.

Pro plur. mart. tantum. Poſtcō.

2 P Reſta, nobis, q̄s, dñe, intercedētibus ſanctis martyribus tuis N. ⁊ N. vt qđ ore cōtingimus, pura mente capiamus. Per dñm.

Pro plurib. marty. alia Poſtcom.

3 H Æc nos communio domine purget a crimine: ⁊ intercedentibus ſanctis martyribus tuis N. ⁊ N. cęleſtis remedij faciat eſſe conſortes. Per dominum noſtrū.

¶ In communi martyrum tēpore Paſchali, alia Epla, ⁊ Euang. Lectio libri Apocal. b. Johānis apli.

19 I N diebus illis: Poſt hęc ego Johannes audiui quaſi vocem magnam turbarum multarū in cęlo dicentiū, Halleluiah. Laus, ⁊ gloria, ⁊ virtus Deo noſtro eſt: quia vera ⁊ iuſta iudicia ſunt eius, qui iudicauit de meretrice magna, quę corrupit terram in proſtitutione ſua, ⁊ vindicauit ſanguinem ſeruorum ſuorū de manibus eius. Et iterum dixerunt, Halleluiah. Et fumus aſcendit in ſecula ſeculorum. Et ceciderunt ſeniores viginti quatuor, ⁊ quatuor animalia, ⁊ adorauerunt Deum ſedentē ſuper thronū, dicentes: Amen, Halleluiah. Et vox de throno exiuit, dicēs. Laudē dicite Deo noſtro omnes ſancti eius: ⁊ qui timetis eum puſilli ⁊ magni. Et audiui quaſi vocem turbę magnę, ⁊ ſicut vocem aquarum multarū, ⁊ ſicut vocem tonitruorū magnorum, dicētiū, Halleluiah: qm̄ regnauit dñs Deus noſter omnipotēs. Gaudeamus ⁊ exultemus, ⁊ demus gloriā ei: quia venerunt nuptię Agni, ⁊ vxor eius pręparauit ſe. Et datū eſt illi, vt cooperiat ſe byſſino ſplendēti ⁊ candido. Byſſinum enim iuſtificationes ſunt ſanctorū. Et dixit mihi. Scribe. Beati qui ad cęnam nuptiarum Agni vocati ſunt.

Sequētia ſcti euāg. ſm Johannē.

I N illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Amen, amē dico vobis: quia plorabitis, ⁊ flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos autem ꝯtriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudiū. Mulier cum parit, triſtitiā habet, quia venit hora eius: cum autē peperit puerū, iam nō meminit preſſurę propter gaudium, quia natus eſt homo in mūdū. Et vos igitur, nunc quidem triſtitiam habetis, iterum autem videbo vos, ⁊ gaudebit cor veſtrum: ⁊ gaudium veſtrum nemo tollet a vobis. cap.16

IN COMMVNI

Pluriū mar. extra tp̄s paſc. Intr.



I Ntret in cōſpectu tuo dñe gemitus cōpeditorū: redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu eorū: vindica ſanguinem ſanctorū tuorū, qui effuſus eſt. ps.78

ps. Deus venerunt gētes in hereditatem tuam: polluerunt tēplum ſanctum tuum: poſuerunt Jeruſalem in pomorum cuſtodiam. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpūi ſctō.

Pro plurib. pontifi. ⁊ marty. Orō.

Beatorum martyrum tuorū pariterq; pontificū N. ⁊ N. nos, queſumus domine, feſta tueātur, ⁊ eorum commēdet oratio veneranda. Per dominum noſtrū.

Si non fuerint Pontifices, dicitur oratio vt in ſequenti miſſa.

Lectio libri Sapientię.

ca. 3. Juſtorū animę in manu Dei ſunt: ⁊ non tanget illos tormentum mortis. Viſi ſunt oculis inſipientium mori: ⁊ ęſtimata eſt afflictio exitus illorū. Et ab itinere iuſto abierunt in exterminium: ⁊ quod a nobis eſt iter exterminij: illi autem ſunt in pace. Et ſi coram hominibus tormenta paſſi ſunt: ſpes illorum immortalitate plena eſt. Jn paucis vexati, in multis bene diſponentur: qm̄ Deus tētauit eos, ⁊ inuēnit eos dignos ſe. Tanquam aurum in fornace probauit illos: ⁊ quaſi holocauſti hoſtiam accepit illos: ⁊ in tempore erit reſpectus illorum. Fulgebunt iuſti, ⁊ tanquam ſcintillę in arundineto diſcurrent. Judicabunt nationes, ⁊ dominabuntur populis: ⁊ regnabit dn̄s illorū in perpetuū.

exo. 15. Grad. Glorioſus Deus in ſanctis ſuis: mirabilis in maieſtate, faciēs prodigia. ℣. Dextera tua dn̄e glorificata eſt in virtute: dextera manus tua confregit inimicos.

eccl. 44. Halab, halab. ℣. Corpora ſanctorum in pace ſepulta ſunt, ⁊ nomina eorum viuent in generatione ⁊ generationem. Halelujah.

Poſt Septuageſimam. Tractus.

Qui ſeminant in lacrymis: in gaudio metent. ℣. Euntes ibant, ⁊ flebant, mittentes ſemina ſua. ℣. Venientes autem venient cum exultatione, portātes manipulos ſuos.

Sequētia ſancti euāg. ſm̄ Lucam. ca. 21.

Jn illo tpe. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Cum audieritis pręlia ⁊ ſeditiōes, nolite terreri: oportet primum hęc fieri, ſed nondum ſtatim finis. Tūc dicebat illis. Surget gens contra gentem, ⁊ regnū aduerſus regnum: ⁊ terręmotus magni erunt per loca, ⁊ peſtilentię, ⁊ fames, terroreſque de cęlo, ⁊ ſigna magna erunt. Sed ante hęc omnia, inijcient vobis manus ſuas: ⁊ perſequentur, tradētes in ſynagogas, ⁊ cuſtodias: trahētes ad reges, ⁊ pręſides ꝓpter nomen meum. Cōtinget autē vobis in teſtimoniū. Ponite ergo in cordib⁹ veſtris, nō pręmeditari quēadmodum reſpōdeatis. Ego enim dabo vobis os ⁊ ſapiētiam, cui nō poterunt reſiſtere, ⁊ contradicere, oēs aduerſarij veſtri. Trademini aūt a parētibus, ⁊ fratrib⁹, ⁊ cognatis, ⁊ amicis: ⁊ morte afficiēt ex vobis. Et eritis odio omnib⁹ hominib⁹ propter nomē meū: ⁊ capill⁹ de capite veſtro nō peribit. Jn patiētia veſtra, poſſidebitis aīas veſtras.

ps. 67. Offert. Mirabilis Deus in ſanctis ſuis, Deus Jſrael: ipſe dabit virtutē, ⁊ fortitudinē plebi ſuę: bn̄dictus Deus, Hal. Sec.

Adeſto dn̄e ſupplicationibus noſtris, quas in ſanctorū tuorū cōmemoratione deferimus: vt, qui noſtrę iuſtitię fiduciā non habemus, eorum qui tibi placuerūt meritis

meritis adiuuemur. Per dñm.

Sap.3. Communio. Et ſi coram hominibus tormenta paſſi ſunt, Deus tentauit eos, tanquam aurum in fornace probauit eos: & quaſi holocauſta accepit eos. Poſtcomm.

QUeſumus, dñe, ſalutaribus repleti myſterijs: vt cuius ſolennia celebramus, eius orationibus adiuuemur. Per dominum.

De eodem Communi alia Miſſa.

Introitus.

eccl.44 SApientiam ſanctorũ narrent populi: & laudes eorum nunciet eccleſia, nomina autem eorum viuent in ſeculum ſeculi. ps. Exultate iuſti in domino, rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto. Oremus.

ps.32

DEus, qui nos concedis ſanctorum martyrum tuorũ N. & N. natalitia colere: da nobis in ęterna beatitudine de eorum ſocietate gaudere. Per dominum.

Si fuerint põtifices, dicatur oratio precedentis miſſę, quod & in ſequenti ſeruetur.

Lectio libri Sapientię.

ca.5 IUſti autem in perpetuum viuent: & apud dominũ eſt merces eorum: & cogitatio eorũ apud altiſſimum. Ideo accipient regnũ decóris, & diadema ſpeciei de manu dñi: quoniã dextera ſua teget eos, & brachio ſancto ſuo defendet illos. Accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad vltionem inimicorum. Induet pro thoráce iuſtitiã, & accipiet pro gálea iudicium certum. Sumet ſcutũ inexpugnabile, ęquitatem.

Graduale. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium. ℣. Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus: adiutorium noſtrũ in nomine domini, qui fecit cęlum, & terrã. Haleluiah, haleluiah. ps.123

℣. Iuſti epulentur, & exultent in conſpectu Dei: & delectentur in lętitia, haleluiah. ps.67

Poſt Septuageſimam. Tractus.

Qui ſeminant in lacrymis, in gaudio metẽt. ℣. Euntes ibãt, & flebant, mittentes ſemina ſua. ℣. Venientes autẽ venient cum exultatione, portantes manipulos ſuos. ps.125.

Sequẽtia ſancti euãg. ſm Lucam.

ca.6 IN illo tempore: Deſcẽdens Ieſus de monte, ſtetit in loco campeſtri, & turba diſcipulorũ eius, & multitudo copioſa plebis ab omni Iudęa, & Ieruſalẽ, & Maritima, & Tyri, & Sidonis, qui venerant vt audirent eum, & ſanarentur a languoribus ſuis. Et qui vexabãtur a ſpiritibus immũdis, curabantur. Et omnis turba quęrebat eũ tángere, quia virtus de illo exibat, & ſanabat oẽs. Et ipſe eleuatis oculis in diſcipulos ſuos, dicebat. Beati pauperes, quĩ veſtrũ eſt regnũ Dei. Beati q nũc eſuritis, quoniã ſaturabimini. Beati qui nunc fletis: qa ridebitis. Beati eritis, cum vos oderint homines, & cum ſeparauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen veſtrum tanquam malum, propter filiũ hominis. Gaudete in illa die, & exultate, ecce enim merces veſtra multa eſt in cęlo. Offertoriũ.

Exultabunt ſancti in gloria, lętabuntur in cubilibus ſuis: exaltationes Dei in faucibus eorum, haleluiah. Secre. ps.149

MUnera tibi domine noſtrę deuotionis

uotionis offerimus: quę ⁊ pro tuo
rum tibi grata ſint honore iuſtorũ
⁊ nobis ſalutaria te miſeráte red-
dantur. Per dñm. Communio.
Lu.12 Dico aũt vobis amicis meis: ne terrea
mini ab his, qui vos perſequũt. Poſtc.
Preſta nobis, queſumus do-
mine, intercedentibus ſanctis
martyribus tuis N. ⁊ N. vt quod
ore contingimus, pura mente ca-
piamus. Per dominum noſtrum.

De eodem Communi alia Miſſa.

Introitus.

ps.36 Salus autem iuſtorum a dño: ⁊ protector eorum eſt in tempore tribulationis. ps. Noli emulari in malignãtibus, neqꝫ zelaueris facientes iniquitatem.
V. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpi. Oremus.
Deus qui nos annua ſancto-
rũ martyrũ tuorum N. ⁊ N.
ſolennitate letificas, concede pro-
pitius: vt quorũ gaudemus meri
tis, inſtruamur exẽplis. Per dñm.

Lcõ eplę bti Pauli apli ad Hebr.

ca.10 Fratres. Rememoramini pri
ſtinos dies, in quibus illumi
nati, magnum certamen ſuſtinui-
ſtis paſſionum. Et in altero qui-
dẽ opprobrijs, ⁊ tribulationibus
ſpectaculum facti: in altero autem
ſocij taliter conuerſantium effecti.
Nam ⁊ vinctis compaſſi eſtis: ⁊ ra
pinam bonorum veſtrorũ cũ gau-
dio ſuſcepiſtis, cognoſcentes vos
habere meliorẽ ⁊ manentẽ ſubſtã-
tiam. Nolite itaqꝫ amittere cõfidẽ-
tiam veſtrã, quę magnã habet re-
munerationẽ. Patiẽtia eniꝫ vobis
neceſſaria eſt: vt volũtatem Dei fa-
cientes, reportetis promiſſionem.
Adhuc enim modicum aliquantu-
lũqꝫ, qui venturus eſt veniet, ⁊ nõ
tardabit. Iuſtus autẽ ex fide viuit.
Grad. Clamauerunt iuſti, ⁊ dñs exaudi- ps.33
uit eos: ⁊ ex oĩbus tribulationibus eorum
liberauit eos. V. Iuxta eſt dñs his qui tri-
bulato ſunt corde: ⁊ humiles ſpiritu ſal-
uabitur. Alleluia, alleluia. V. Te martyrũ
cãdidatus laudat exercitus dñe, alleluia.

Poſt Septuageſimam. Tractus.

Qui ſeminant in lacrymis, in gaudio me ps.125
tent. V. Euntes ibant, ⁊ flebant, mittentes
ſemina ſua. V. Uenientes autem venient cũ
exultatione, portantes manipulos ſuos.

Sequẽtia ſcti euãg. ſm Matthęũ.

In illo tempore: Sedẽte Ie ca.24
ſu ſuper montem Oliueti, ac
ceſſerunt ad eũ diſcipuli eius ſecre
to, dicentes. Dic nobis, quando
hęc erunt, ⁊ quod ſignum aduen-
tus tui, ⁊ conſummationis ſęculi?
Et reſpondens Ieſus, dixit eis.
Uidete, ne quis vos ſeducat. Mul
ti enim venient in nomine meo di-
centes, ego ſum Chriſtus: ⁊ mul-
tos ſeducent. Audituri enim eſtis
prelia, ⁊ opiniones preliorum. Ui
dete, ne turbemini. Oportet enim
hęc fieri, ſed nondum eſt finis. Cõ-
ſurget enim gens in gentem, ⁊ re-
gnum in regnum: ⁊ erunt peſtilen
tię, ⁊ fames, ⁊ terręmotus per lo-
ca. Hęc aũt omnia initia ſunt dolo
rum. Tunc tradent vos in tribula
tionẽ, ⁊ occident vos, ⁊ eritis odio
omnibus gẽtibus propter nomẽ
meum. Et tunc ſcandalizabuntur
multi, ⁊ inuicem tradent: ⁊ odio
habebunt inuicem. Et multi pſeu
dopro-

dopꝛophetę ſurgent, ⁊ ſeducent multos: ⁊ quoniã abundabit iniquitas, refrigeſcet charitas multoꝛum. Qui autem perſeuerauerit vſque in finem: hic ſaluus erit.
ſap.3. Offertoꝛium. Iuſtoꝛum animę in manu Dei ſunt, ⁊ non tanget illos toꝛmentũ moꝛtis: viſi ſunt oculis inſipientium moꝛi: illi autem ſunt in pace, Halleluiah. Secr.
Oblatis, quęſumus dñe, placare muneribus: ⁊ intercedétibus ſanctis tuis N. ⁊ N. a cunctis nos defende periculis. Per d.
mat.10 Cõmu. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, dicit dñs, ⁊ quod in aure auditis, pꝛędicate ſuper tecta. Poſtcom.
Hæc nos communio domine purget a crimine: ⁊ intercedétibus ſanctis martyribus tuis N. ⁊ N. cęleſtis remedii faciat eſſe cõſoꝛtes. Per dominũ noſtrum Ie.

¶ Item alię Epiſtolę, ⁊ Euangelia pꝛo pluribus martyribus.

Lectio libꝛi Sapientię.

ca.10. Reddidit Deus iuſtis mercedem laboꝛum ſuoꝛum: ⁊ deduxit illos in via mirabili. Et fuit illis in velaméto diei, ⁊ in luce ſtellarum per noctẽ. Tranſtulit illos per mare rubꝛũ, ⁊ tranſuexit illos per aquam nímiam. Inimicos auté illoꝛum demerſit in mare, ⁊ ab altitudine inferoꝛũ eduxit illos. Ideo iuſti tulerunt ſpolia impioꝛũ: ⁊ decantauerũt dñe nomé ſanctũ tuũ: ⁊ victricé manũ tuã laudauerunt pariter, dñe Deus noſter.

Lcõ eplę bti Pauli apli ad Roũ.

ca.5. Fratres. Iuſtificati ex fide, pacem habeamus ad Deum per dominum noſtrũ Ieſũ Chꝛiſtũm: per quẽ ⁊ habemus acceſſũ per fidem, in gratiam iſtã, in qua ſtamus: ⁊ gloꝛiamur, in ſpe gloꝛię filioꝛum Dei. Non ſolum auté: ſed ⁊ gloꝛiamur in tribulationibus, ſciẽtes q tribulatio patientiã operatur, patiẽtia auté pꝛobationem, pꝛobatio vero ſpẽ. Spes auté nõ cõfundit: quia charitas Dei diffuſa eſt in coꝛdibꝰ noſtris, per Spiritum ſanctũ, qui datus eſt nobis.

Lctõ eplę b. Pauli apli ad Roũ.

Fratres. Non ſunt cõdignę ca.8. paſſiones huiꝰ tẽpoꝛis, ad futurã gloꝛiã, q̃ reuelabit in nobis. Nã expectatio creaturę, reuelationé filioꝛum Dei expectat. Uanitati eni creatura ſubiecta eſt, nõ volẽs: ſed ꝓpter eũ qui ſubiecit eã in ſpe: quia ⁊ ipſa creatura liberabitur a ſeruitute coꝛruptionis, í libertaté glorię filioꝛum Dei. Scimus enim. q omnis creatura ingemiſcit, ⁊ párturit vſq; adhuc. Nõ ſolum autem illa, ſed ⁊ noſipſi pꝛimitias ſpiritꝰ habẽtes, ⁊ ipſi intra nos gemimus, adoptioné filioꝛum Dei: expectãtes redẽptioné coꝛpoꝛis noſtri.

Lcõ eplę beati Pauli apli ad Coꝛ.

Fratres. Exhibeamus nos 2.cap.6 metipſos ſicut Dei miniſtros, in multa patientia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtijs, in plagis, in carceribus, in ſeditionibꝰ, in laboꝛibus, in vigilijs, in ieiunijs. In caſtitate, in ſciẽtia, in lõganimitate, in ſuauitate, in ſpiritu ſancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, í virtute Dei. Per arma iuſtitię a dextris ⁊ a ſiniſtris. Per gloꝛiam, ⁊ ignobilitatẽ: per infa-

infamiam, ⁊ bonam famam: vt ſeductores, ⁊ veraces: ſicut qui ignoti, ⁊ cogniti: quaſi morientes, ⁊ ecce viuimus: vt caſtigati, ⁊ non mortificati: quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes: ſicut egẽtes, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes, ⁊ omnia poſſidentes.

Lcõ epl'e bti Pauli apli ad Heb.

ca.11. Fratres: Sancti per fidem vicerunt regna, operati ſunt iuſticiã: adepti ſunt repromiſſiones. Obturauerunt ora leonum: extinxerunt impetum ignis: effugauerunt aciem gladij: conualuerũt de infirmitate: fortes facti ſunt in bello: caſtra verterunt exterorũ: acceperunt mulieres de reſurrectione mortuos ſuos. Alij aũt diſtẽti ſunt, nõ ſuſcipientes redẽptionẽ: vt meliorem inuenirẽt reſurrectionem. Alij vero ludibria ⁊ verbera experti, inſuper ⁊ vincula ⁊ carceres: lapidati ſunt, ſecti ſunt, tẽtati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt. Circuierunt in melotis, ⁊ in pellibus caprinis: egẽtes, anguſtiati, afflicti: quibus dign⁹ nõ erat mũdus. In ſolitudinibus errãtes, in mõtibus ⁊ ſpelũcis, ⁊ in cauernis terrę. Et hi oẽs teſtimonio fidei probati inuẽti ſunt: In Chriſto Jeſu dño noſtro.

Lectio libri Apocalipſis beati Johannis apoſtoli.

ca.7. In diebus illis. Reſpondit vnus de ſenioribus, ⁊ dixit mihi. Hi, qui amicti ſunt ſtolis albis, qui ſunt? ⁊ vnde venerunt? Et dixi illi. Domine mi, tu ſcis. Et dixit mihi. Hi ſunt, qui venerunt de tribulatione magna, ⁊ lauerũt ſtolas ſuas, ⁊ dealbauerunt eas in ſanguine Agni. Ideo ſunt ante thronum Dei, ⁊ ſeruiunt ei die ac nocte in templo ei⁹: ⁊ qui ſedet in throno, habitabit ſuper illos. Nõ eſurient, neque ſitient amplius: nec cadet ſuper illos Sol, neque vllus eſtus. Quoniam agnus qui in medio throni eſt, reget illos: ⁊ deducet eos ad vitę fontes aquarum: ⁊ abſterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum.

Sequẽtia ſcti euãg. ſm Matthęũ.

In illo tempore. Videns Jeſus turbas, aſcendit in montem. ca.5. Et cum ſediſſet, acceſſerũt ad eum diſcipuli eius: ⁊ aperiens os ſuum, docebat eos, dicens. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorũ eſt regnum cęlorum. Beati mites: quoniam ipſi poſſidebunt terram. Beati qui lugent, qm̃ ipſi conſolabunt. Beati qui eſuriunt, ⁊ ſitiunt iuſtitiã: quoniã ipſi ſaturabuntur. Beati miſericordes: quoniam ipſi miſericordiam conſequẽtur. Beati mundo corde: qm̃ ipſi Deum videbunt. Beati pacifici: quoniam filij Dei vocabuntur. Beati qui perſecutionẽ patiunt ꝓpter iuſtitiam: quoniam ipſorum eſt regnum cęlorum. Beati eſtis, cum maledixerint vobis homines, ⁊ perſecuti vos fuerint, ⁊ dixerint omne malũ aduerſus vos, mentientes propter me. Gaudete, ⁊ exultate, qm̃ merces veſtra copioſa eſt in cęlis.

Sequẽtia ſcti euãg. ſm Matthęũ.

In illo tempore: Reſpondẽs Jeſus dixit. ca.11. Confiteor tibi pater domine cęli, ⁊ terrę, quia abſcon-

abſcōdiſti hęc a ſapientibus ⁊ pru dentibus, ⁊ reuelaſti ea paruulis. Ita pater: quoniam ſic placitum fuit ante te. Omnia mihi tradita ſunt a patre meo. Et nemo nouit filium, niſi pater: neq; patrē quis nouit, niſi filius, ⁊ cui voluerit filius reuelare. Uenite ad me omnes qui laboratis, ⁊ onerati eſtis: ⁊ ego reficiam vos. Tollite iugū meum ſuper vos, ⁊ diſcite a me, quia mitis ſum, ⁊ humilis corde: ⁊ inuenietis requiem animabus veſtris. Iugum enim meum ſuaue eſt, ⁊ onus meum leue.

Sequētia ſancti euāg. ſcdm Lucam.

ca. 11. In illo tempore: Dicebat Ieſus turbis Iudeorum, ⁊ principibus ſacerdotū. Ue vobis, qui ędificatis monumenta prophetarum: patres autem veſtri occiderunt illos. Profecto teſtificamini, q̄ conſentitis operibus patrum veſtrorum: quoniam ipſi quidem eos occiderunt, vos autem ędificatis eorum ſepulcra. Propterea ⁊ ſapientia Dei dixit. Mittam ad illos prophetas ⁊ apoſtolos, ⁊ ex illis occident ⁊ perſequentur: vt inquiratur ſanguis omnium prophetarum, qui effuſus eſt, a conſtitutione mundi, a generatione iſta, a ſanguine Abel, vſque ad ſanguinem Zacharię, qui periit inter altare, ⁊ ędem. Ita dico vobis, requiretur ab hac generatione.

Sequētia ſancti euāg. ſcdm Lucam.

cap. 10 In illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Qui vos audit, me audit: ⁊ qui vos ſpernit, me ſpernit. Qui autē me ſpernit: ſpernit eum qui me miſit. Reuerſi ſunt autem ſeptuaginta duo cum gaudio, dicentes. Domine, etiam dęmonia in nomine tuo ſubiiciūtur nobis. Et ait illis. Uidebam ſatanam ſicut fulgur de cęlo cadentē. Ecce, dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes, ⁊ ſcorpiones, ⁊ ſupra omnem virtutem inimici: ⁊ nihil vobis nocebit. Uerumtamen in hoc nolite gaudere: quia ſpiritus ſubiiciuntur vobis. Gaudete autem, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cęlis.

Sequentia ſcti euang. ſcdm Lucam.

cap. 12. In illo tēpore: dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Attēdite a fermento phariſęorum, quod eſt hipocryſis. Nihil autem opertum, quod non reueletur: neq; abſconditum, quod non ſciatur. Quoniā quę in tenebris dixiſtis, in lumine dicentur: et, quod in aure locuti eſtis in cubiculis, prędicabit in tectis. Dico autem vobis amicis meis, ne terreamini ab his qui occidunt corpus, ⁊ poſt hęc non habent amplius quid faciant. Oſtendā autē vobis quem timeatis. Timete eū, qui, poſtquā occiderit, habet poteſtatē mittere in gehennā. Ita dico vobis, hūc timete. Nōne quinq; paſſeres veneūt dipōdio? ⁊ vnus ex illis nō eſt in obliuione coram Deo? Sed ⁊ capilli capitis veſtri, omnes numerati ſunt. Nolite ergo timere: multis paſſerib⁹ pluris eſtis vos. Dico autē vobis, omnis quicūq; cōfeſſus fuerit me corā hominibus, ⁊ filius hominis confitebitur eū corā angelis Dei.

# IN COMMVNI
## Confeſſorum Pōtific. Introitus.




eccl.45 Statuit ei dominus teſtamentuꝫ pacis, ⁊ principem fecit euꝫ, vt ſit illi ſacerdotij dignitas in eternum. Ps. Memento dñe Dauid, ⁊ omnis māſuetudinis eius. ℣. Gloria. Oremus,

Da, q̄s, oȷ̄s Deus: vt beati N. confeſſoris tui atq; pōtificis veneranda ſolennitas, ⁊ deuotionem nobis augeat, ⁊ ſalutē. Per d.

Lectio libri Sapientie.

eccl.44 Ecce ſacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit Deo, ⁊ inuentus eſt iuſtus: ⁊ in tempore iracundie factus eſt reconciliatio. Non eſt inuētus ſimilis illi, qui cōſeruaret legē excelſi. Ideo iureiurando fecit illuꝫ dñs creſcere in plebem ſuam. Benedictioneꝫ omnium gentiū dedit illi, ⁊ teſtamentum ſuū confirmauit ſuper caput eius. Cognouit euꝫ in benedictionib⁹ ſuis: cōſeruauit illi miſericordiam ſuā: ⁊ inuēnit gratiam coraꝫ oculis dñi. Magnificauit eū in cōſpectu regum: ⁊ dedit illi coronaꝫ glorie. Statuit illi teſtamentū ſempiternū: ⁊ dedit illi ſacerdotiū magnū: ⁊ beatificauit illum in gloria. Fungi ſacerdotio, ⁊ habere laudē in nomine ipſi⁹: ⁊ offerre illi incēſum dignū, in odoreꝫ ſuauitatis.

Graduale. Ecce ſacerdos magnus, qui eccl.44
in diebus ſuis placuit Deo. ℣. Non eſt inuentus ſimilis illi, q cōſeruaret legē excelſi. Halab, halab. ℣. Tu es ſacerdos in eter ps.109
nū, ſecundū ordineꝫ Melchiſedech, halab.

Tpe paſchali, Grad. omittitur vſq; ad Haleluiah. ⁊ additur ſequens ℣. Hic eſt ſacerdos, quem coronauit dominus, halab.

Poſt Septuageſimam. Tractus.

Beatus vir, qui timet dominum: in man ps.111
datis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria ⁊ diuitie in domo ei⁹: ⁊ iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.

Sequētia ſcti euāg. ſm Mattheū.

In illo tēpore: Dixit Jeſus di ca.25.
ſcipulis ſuis parabolaꝫ hāc. Homo quidā peregre proficiſcēs, vocauit ſeruos ſuos, ⁊ tradidit illis bona ſua. Et vni dedit quinq; talēta: alij autē duo: alij vero vnuꝫ. Unicuiq; ſecundum propriam virtutem: ⁊ profectus eſt ſtatiꝫ. Abiit autem qui quinq; talenta acceperat, ⁊ operatus eſt in eis, ⁊ lucrat⁹ eſt alia qnq;. Similiter ⁊ q duo talēta acceperat, lucrat⁹ eſt alia duo. Qui autem vnuꝫ acceperat, abiēs fodit in terram, ⁊ abſcondit pecuniam dñi ſui. Poſt multuꝫ vero tēporis venit dominus ſeruorum illorum, ⁊ poſuit rationem cum eis. Et accedēs qui quinq; talēta acceperat, obtulit alia quinq; talenta, dicēs. Dñe, quinq; talēta tradidiſti mihi: ecce, alia quinq; ſuperlucratus ſuꝫ. Ait illi dñs eius. Euge ſerue bone, ⁊ fidelis: quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam: intra in gaudium domini tui. Acceſſit autem ⁊ qui duo talenta

talenta acceperat, ⁊ ait. Domine,
duo talenta tradidiſti mihi: ecce
alia duo ſuperlucratus ſum. Ait
illi dominus eius. Euge ſerue bo-
ne ⁊ fidelis: quia ſuper pauca fui-
ſti fidelis, ſupra multa te cõſtituā,
intra in gaudium domini tui.
ps. 88 Offert. Inueni David ſeruũ meũ, oleo
ſancto meo vnxi eũ: manus enim mea auxilia
bit ei, ⁊ brachiũ meũ cõfortabit eũ. Secr.
SAncti tui, q̃s dñe, nos vbiq; le-
tificẽt, vt dũ eorũ merita reco
limus, patrocinia ſentiamus. Per.
mat. 24 Cõmu. Fidelis ſeruus ⁊ prudens: quem
conſtituit dñs ſuper familiam ſuam: vt det
illis in tempore tritici menſuram. Poſtc.
PReſta, q̃s, oĩps Deus: vt de pce
ptis muneribus gratias exhi-
bentes, intercedente beato N. cõ-
feſſore tuo atq; põtifice, beneficia
potiora ſumamus. Per dominum.
De eodẽ Cõi alia Miſſa. Introit.
ps. 131 SAcerdotes tui do-
mine induant iuſtitiã:
⁊ ſancti tui exultent:
propter David ſeruũ
tuum, non auertas fa-
ciem Chriſti tui. ps.
Memẽto domine Da
uid, ⁊ omnis manſuetudinis eius. ℣. Glo
ria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſan. Oremus.
EXaudi, quęſumus domine, pre
ces noſtras: quas in beati N.
confeſſoris tui atq; pontificis ſolẽ
nitate deferimus: ⁊, qui tibi digne
meruit famulari, eius intercedẽti
bus meritis, ab omnibus nos abſol
ue peccatis. Per dominum noſtrũ.
Lctõ eplę b. Pauli apli ad Hebr.
ca. 7. FRatres: Plures facti ſunt
ſacerdotes ſecundum legem,
idcirco quod morte prohiberen-
tur permanere. Jeſus autem eo
quod maneat in ęternum, ſempi-
ternum habet ſacerdotium. Un-
de ⁊ ſaluare in perpetuum poteſt,
accedens per ſemetipſum ad Deũ,
ſemper viuens ad interpellandum
pro nobis. Talis enim decebat vt
nobis eſſet Pontifex, ſanctus, in-
nocens, impollutus, ſegregatus a
peccatoribus, ⁊ excelſior cęlis fa-
ctus. Qui non habet quotidie ne-
ceſſitatem (quemadmodum ſacer-
dotes) prius pro ſuis delictis ho-
ſtias offerre, deinde pro populi.
Hoc enim fecit ſemel, ſe offeren-
do dominus noſter Jeſus Chriſtus.
Graduale. Sacerdotes eius induant ps. 131
ſalutare: ⁊ ſancti eius exultatione exulta-
bunt. ℣. Illuc producam cornu David:
paraui lucernam Chriſto meo. Haleluiah,
halah. ℣. Jurauit dominus, ⁊ non pęni- ps. 109
tebit eum, tu es ſacerdos in ęternum, ſecũ-
dum ordinem Melchiſedech, haleluiah.
Tpe paſch. Graduale omittitur, ⁊ addi-
tur ſequens ℣. Amauit eum dñs, ⁊ orna- eccl. 45
uit eum: ſtolam glorię induit eum, Halah.
Poſt Septuageſimam, Tractus.
Beatus vir, qui timet dominum: in man- ps. 111
datis eius cupit nimis. ℣. Potens in ter
ra erit ſemen eius, generatio rectorũ bene-
dicetur. ℣. Gloria ⁊ diuitię in domo eius:
⁊ iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.
Sequẽtia ſcti euãg. ſm Matthęũ.
IN illo tempore: Dixit Jeſus ca. 24.
diſcipulis ſuis. Vigilate, qa
neſcitis qua hora dñs veſter ven-
turus ſit. Illud autem ſcitote, quo
niam ſi ſciret paterfamilias qua ho
ra fur ventret, vigilaret vtiq;, ⁊ nõ
ſineret perfodi domum ſuã. Ideo

⁊ vos eſtote parati: q̄a neſcitis qua
hora filius hominis venturus ſit.
Quis putas, eſt fidelis ſeruus, ⁊
prudens, quem conſtituit domi-
nus ſuper familiam ſuam, vt det
illis cibum in tempore? Beatus il
le ſeruus, quem cum venerit domi
nus eius, inuenerit ſic facientem.
Amen dico vobis, quoniam ſuper
omnia bona ſua conſtituet eum.

ps. 88. Offertorium. Ueritas mea, ⁊ miſeri-
cordia mea cum ipſo: ⁊ in nomine meo exal-
tabitur cornu eius. Secreta.

SAncti N. confeſſoris tui atq;
pōtificis, quęſumus dn̄e, an-
nua ſolēnitas pietati tuę nos red-
dat acceptos, vt per hęc pię placa-
tionis officia, ⁊ illum beata retri-
butio comitetur, ⁊ nobis gratię
tuę dona conciliet. Per dominum.

mat. 24 Cōm. Beatus ſeruus, quem cū venerit
dn̄s, inuenerit vigilātē: amē dico vobis, ſu-
per omnia bona ſua cōſtituet eū. Poſtcō.

DEus fideliū remunerator ani-
marum: pręſta, vt beati N. cō
feſſoris tui atque pontificis, cuius
venerandam celebramus feſtiuita
tem, precibus indulgentiam con-
ſequamur. Per dominum noſtrū.

¶ Item alię Epiſtolę, ⁊ Euange-
lia pro Confeſſore Pontifice.

Lcō ep̄lę bti Pauli ap̄li ad Hebr.

ca. 5. FRatres. Omnis pōtifex ex
hominibus aſſumptus, pro
hominibus cōſtituitur in iis, quę
ſunt ad Deum, vt offerat dona ⁊ ſa
crificia pro peccatis. Qui condo-
lére poſſit iis qui ignorāt ⁊ errant
quoniam ⁊ ipſe circundatus eſt in
firmitate. Et ꝓpterea debet, quē-
admodum pro populo, ita etiam
⁊ pro ſemetipſo offerre pro pecca-
tis. Nec quiſquam ſumit ſibi ho-
norem: ſed qui vocatur a Deo, tan
quam Aaron.

Lcō ep̄lę bti Pauli ap̄li ad Heb.

FRatres: Mementote prępo ca. 13
ſitorum veſtrorum, qui vobis
locuti ſunt verbum Dei: quorum
intuentes exitum conuerſationis,
imitamini fidem. Ieſus Chriſtus
heri ⁊ hodie: ipſe ⁊ in ſęcula. Do-
ctrinis variis, ⁊ peregrinis nolite
abduci. Optimum eſt enim gratia
ſtabilire cor: non eſcis, quę nō pro
fuerunt ambulantibus in eis. Ha
bemus altare, de quo edere nō ha
bēt poteſtatē, qui tabernaculo de-
ſeruiunt. Quorū enim animalium
infertur ſanguis ꝓ peccato in ſan-
cta per pontificem, horum corpo-
ra cremanť extra caſtra. Propter
quod, ⁊ Ieſus, vt ſanctificaret per
ſuū ſanguinē populum, extra por
tā paſſus eſt. Exeamus igiť ad eū
extra caſtra: improperium eius por
tātes. Non enim habemus hic ma
nentē ciuitatem: ſed futurā inquiri
mus. Per ipſum ergo offeramꝰ ho
ſtiam laudis ſemper Deo, ideſt, fru
ctum labiorum confitentiū nomini
eius. Beneficētię autē ⁊ cōmunio-
nis nolite obliuiſci: talibꝰ enim ho-
ſtiis promereť Deus. Obedite prę
poſitis veſtris, ⁊ ſubiacete eis. Ip
ſi enim peruigilant, quaſi rationem
pro animabus veſtris reddituri.

Sequētia ſancti euāg. ſm̄ Lucam.

IN illo tempore: Dixit Ieſus cap. 11
diſcipulis ſuis, Nemo accen
dit lucernam, ⁊ in abſcondito po-
nit, neq; ſub modio: ſed ſuper can
dela-

delabꝛuꝫ, vt q ingrediuntur lumē
videant. Lucerna coꝛpoꝛis tui eſt
oculus tuus. Si ocul⁹ tuus ſimplex
fuerit, totū coꝛpus tuum lucidum
erit. Si autē nequaꝫ fuerit: etiā coꝛ
pus tuū tenebꝛoſum erit. Uide er-
go ne lumē quod in te eſt, tenebꝛę
ſint. Si ergo totū coꝛp⁹ tuū lucidū
fuerit, nō habens aliquaꝫ partem
tenebꝛarum, erit lucidū totum: ⁊ ſi
cut lucerna fulgóꝛis illuminabit te.
Sequētia ſci euang. ſm Marcum.
a.13. IN illo tēpoꝛe: Dixit Jeſus di
ſcipulis ſuis. Uidete, vigila-
te, ⁊ oꝛate. Neſcitis enim quando
tempus ſit. Sicut homo qui pére-
gre pꝛofectus reliquit domū ſuaꝫ:
⁊ dedit ſeruis ſuis poteſtatē cuiuſ-
que operis, ⁊ ianitoꝛi pꝛęcepit, vt
vigilet. Uigilate ergo (neſcitis eniꝫ
quādo dn̄s domus veniat: ſero, an
media nocte, an galli cantu, an ma-
ne) ne, cum venerit repente, inue-
niat vos doꝛmientes. Quod autē
vobis dico, omnib⁹ dico, vigilate.

I N C O M M V N I
Doctoꝛum. Introitus.



eccl.15 IN medio
Eccleſię
aperuit os eius,
⁊ impleuit eum
dominus ſpiritu
ſapientię, ⁊ intel
lectus: ſtolā glo
rię induit eum.
ps.92 Ps. Bonū eſt cō
fiteri dn̄o: ⁊ pſal
lere nōi tuo altiſſime. ℣. Gl'ia. Oꝛem⁹.
DEus, qui populo tuo ęternę
ſalutis beatum N. miniſtruꝫ
M. R. N.

tribuiſti: pꝛęſta q̄s, vt queꝫ doctoꝛē
vitę habuimus in terris, interceſ
ſoꝛē habere mereamur in cęlis. P.
Lctō ep̄lę btī Pauli ap̄li ad Tim.
CArissime. Teſtificoꝛ coꝛā Deo 2.cap.4
⁊ Chꝛiſto Jeſu, qui iudicatu
rus eſt viuos ⁊ moꝛtuos, per aduē
tum ipſius, ⁊ regnum eius: pꝛędica
verbum, inſta oppoꝛtune, impoꝛ-
tune: argue, obſecra, increpa i om-
ni patientia ⁊ doctrina. Erit enim
tempus, cum ſanam doctrinam nō
ſuſtinebunt: ſed ad ſua deſideria
coaceruabunt ſibi magiſtros pꝛu
rientes auribus: ⁊ a veritate qui-
dem auditum auertent, ad fabulas
autem conuertentur. Tu vero vi-
gila, in omnibus laboꝛa, opus fac
euangeliſtę, miniſterium tuum im
ple, ſobꝛius eſto. Ego enim iam de
liboꝛ: ⁊ tempus reſolutionis meę
inſtat. Bonum certamen certaui,
curſuꝫ conſummaui, fidem ſerua-
ui. In reliquo, repoſita eſt mihi co
rona iuſtitię, quam reddet mihi
dominus in illa die iuſtus iudex:
non ſolum autē mihi: ſed ⁊ ijs, qui
diligunt aduentum eius.
Graduale. Os iuſti meditabitur ſapiē ps.36.
tiam, ⁊ lingua eius loquetur iudicium.
℣. Lex Dei eius in coꝛde ipſius, ⁊ nō ſup-
plantabuntur greſſus eius. Haleluiah,
haleluiah. ℣. Amauit eum dn̄s, ⁊ oꝛnauit eccl.45
eum: ſtolam gloꝛię induit eum. Haleluiah.
Tp̄e paſchali, Grad. omittitur ⁊ addit
ſequens ℣. Juſtus germinabit ſicut liliū, oſee.14
⁊ floꝛebit in ęternū ante dominum. Halaꝫh.
Poſt Septuageſimam. Tractus.
Beatus vir, qui timet dominum: in man- ps.111
datis eius cupit nimis. ℣. Potens in ter
ra erit ſemen eius, generatio rectoꝛum be-
 nedicetur.

nedicet. ℣. Gloria ⁊ diuitię in domo eius: ⁊ iuſtitia eius manet in ſęculum ſęculi.

**Sequētia ſcti euāg.ſm Mattheū.**

ca.5 IN illo tpe. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis; Vos eſtis ſal terrę. Quod ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? Ad nihilū valet vltra, niſi vt mittatur foras, ⁊ ɔculceť ab hominibus. Vos eſtis lux mundi. Non poteſt ciuitas abſcōdi ſupra montē poſita. Neq; accēdunt lucernā, ⁊ ponunt eā ſub modio, ſed ſuper candelabrū, vt lúceat omnibus, q i domo ſunt. Sic luceat lux veſtra corā hominibus, vt videant opera veſtra bona, ⁊ glorificent patrem veſtrum qui in cęlis eſt. Nolite putare qm̄ veni ſóluere legē, aut prophetas: nō veni ſoluere, ſed adimplere. Amē quippe dico vobis, donec tranſeat cęlū ⁊ terra, iota vnū aut vnus apex nō p̄teribit a lege, donec omnia fiāt. Qui ergo ſólnerit vnū de mādatis iſtis minimis, ⁊ docuerit ſic homines, minimus vocabiť in regno cęloꝝ. Qui autem fecerit ⁊ docuerit, hic magnus vocabitur in regno cęlorum.

ps.91 **Offer.** Iuſtus, vt palma florebit: ſicut cedr⁹, quę in Libano eſt, multiplicabiť. **Sec.**

SAncti tui N. nobis dn̄e pia nō deſit oratio: quę ⁊ munera noſtra conciliet, ⁊ tuam nobis indulgentiam ſemper obtineat. Per d.

**Communio.**

luc.12 Fidelis ſeruus, ⁊ prudens, quem conſtituit dn̄s ſuper familiam ſuam: vt det illis in tempore tritici menſuram. **Poſtcom.**

VT nobis, domine, tua ſacrificia dent ſalutem, beatus N. confeſſor tuus ⁊ doctor egregius, precator accedat. Per dominum.

**Alia Epiſtola pro Doctoribus.**

**Lectio libri Sapientię.**

IUſtus cor ſuum tradet ad vigilandum diluculo, ad dominum qui fecit illu; ⁊ in conſpectu altiſſimi deprecabitur. Aperiet os ſuū in oratione: ⁊ pro delictis ſuis deprecabitur. Si enim dominus magnus voluerit, ſpiritu intelligētię replebit illum: ⁊ ipſe tanquam imbres emittet eloquia ſapientię ſuę, ⁊ in oratione ɔfitebitur domino. Et ipſe diriget conſiliū eius ⁊ diſciplinā: ⁊ in abſconditis ſuis cōſiliabitur. Ipſe palā faciet diſciplinam doctrinę ſuę, ⁊ in lege teſtamenti dn̄i gloriabiť. Collaudabūt multi ſapientiam eius, ⁊ vſq; in ſęculum non delebitur. Nō recedet memoria eius, ⁊ nomē eius requireť a generatione in generationē. Sapientiā eius enarrabūt gētes, ⁊ laudem eius enūciabit eccleſia. eccl.

## IN COMMVNI Confeſſ.non Pontifi. Introitus.



ps.36 OS iuſti meditabitur ſapientiā, ⁊ lingua eius loqueť iudiciū: lex Dei eius in corde ipſius. **Ps.** Noli ęmulari in malignantibus: neq; zelaueris facientes iniquitatē. ℣. Gloria. **Oremus.**

DEus, qui nos beati N. cōfeſſoris tui annua ſolennitate lętificas:

lętificas: concede propitius: vt cuius natalitia colimus, etiam actiones imitemur. Per dominum no.

Lectio libri Sapientię.

eccl. 31 Beatus vir, qui inuentus eſt ſine macula: et qui poſt aurum non abijt, nec ſperauit in pecunię theſauris. Quis eſt hic, et laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita ſua. Qui probatus eſt in illo, et perfectus inuentus eſt, et erit illi gloria ęterna. Qui potuit trāſgredi, et non eſt tranſgreſſus: facere mala, et non fecit. Ideo ſtabilita ſunt bona illius in Domino: et eleemoſynas illius enarrabit omnis Eccleſia ſanctorum.

ps. 91 Grad. Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedrus Libani multiplicabitur in domo domini. ℣. Ad annunciandum mane miſericordiam tuam, et veritatem tuā per noctem.

Alleluia, alleluia. ℣. Beatus vir, qui ſuffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitę. Alleluia.

Tpe paſch. Graduale omittitur, et additur ſequens ℣. Amauit eum dominus, et ornauit eum: ſtolam glorię induit eum, alleluia.

Poſt Septuageſimam. Tractus.

ps. 111 Beatus vir, qui timet dn̄m: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius, generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria et diuitię in domo eius: et iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.

Sequētia ſcti euāgelij ſm Lucam.

Lu. 12. In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Sint lūbi veſtri pręcincti, et lucernę ardentes in manibus veſtris. Et vos ſimiles hominibus expectantibus dominū ſuū, quādo reuertatur a nuptijs: vt cum venerit, et pulſauerit,

M.R.R.

confeſtim aperiāt ei. Beati ſerui illi, quos cum venerit dn̄s, inuenerit vigilantes. Amē dico vobis, quod pręcinget ſe, et faciet illos diſcūbere, et tranſiēs miniſtrabit illis. Et, ſi venerit in ſecūda vigilia, et, ſi in tertia vigilia venerit, et ita inuenerit: beati ſunt ſerui illi. Hoc autem ſcitote, quoniā ſi ſciret paterfamilias, qua hora fur veniret: vigilaret vtiq;, et non fineret perfodi domum ſuam. Et vos eſtote parati: quia qua hora nō putatis, filius hominis veniet.

Offertorium. Veritas mea, et miſericordia mea cum ipſo: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. ps. 88 Secreta.

Laudis tibi domine hoſtias immolamus in tuorum commemoratione ſanctorum: quibus nos et pręſentibus exui malis confidimus, et futuris. Per dominum.

Cōm. Beatus ſeruus, quē cū venerit dn̄s, inuenerit vigilātem: amē dico vobis, ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. mat. 24 Poſtcō.

Refecti cibo, potuq; cęleſti, Deus noſter, te ſupplices exoramus: vt, in cuius hęc commemoratione percepimus, eius muniamur et precibus. Per dominum.

De eodem Communi alia Miſſa.

Introitus.

Iuſtus, vt palma florebit: ſicut cedrus Libani multiplicabitur plātatus in domo dn̄i, in atrijs domus Dei noſtri. ps. 91 ps. Bonum eſt confiteri domino, et pſallere nomini tuo altiſſime. ℣. Gloria patri, et filio, et ſpiritui. Oremus.

Adeſto dn̄e ſupplicationibus

Gg ij noſtris,

noſtris, quas in beati N. confeſſo-
ris tui ſolennitate deferimus: vt,
qui noſtrę iuſtitię fiducia; non ha
bemus, eius qui tibi placuit preci
bus adiuuemur. Per dominum.

Lcō eplę beati Pauli apſi ad Cor

FRatres: Spectaculum facti
ſumus mundo, ⁊ angelis, ⁊
hominib⁹. Nos ſtulti ꝑpter Chri
ſtum: vos autē prudentes in Chri
ſto. Nos infirmi: vos autē fortes.
Vos nobiles: nos autē ignobiles.
Vſq; in hanc horā, ⁊ eſurim⁹, ⁊ ſi-
timus, ⁊ nudi ſumus, ⁊ colaphis cę
dimur, ⁊ inſtabiles ſumus, ⁊ labo
ramus operantes manibus no-
ſtris. Maledicimur: ⁊ benedicim⁹.
Perſecutionem patimur, ⁊ ſuſti-
nemus. Blaſphemamur, ⁊ obſecra
mus. Tanquam purgamēta huius
mundi, facti ſumus omnium peri-
periplema, raſura, limatura, aut purgatio cū ſuſcaq; rei. pſēma vſque adhuc. Non vt con-
fundam vos hęc ſcribo: ſed vt fi-
lios meos chariſſimos moneo. In
Chriſto Ieſu domino noſtro.

36. ps. Graduale. Os iuſti meditabitur ſapiē
tiam, ⁊ lingua eius loquetur iudicium. ℣.
Lex Dei eius in corde ipſius, ⁊ non ſupplā
tabuntur greſſus eius. Haleluiah, halah.
111. ps. ℣. Beatus vir, qui timet dominum: in mā
datis eius cupit nimis, haleluiah.

Tempore paſchali Graduale omitti-
osee. 14 tur, ⁊ additur ſequens ℣. Iuſtus germi-
nabit ſicut lilium, ⁊ florebit in ęternum an-
te dominum, haleluiah.

Poſt Septuageſimam. Tractus.

111. ps. Beatus vir, qui timet dominum: in man-
datis eius cupit nimis. ℣. Potens in ter
ra erit ſemen eius, generatio rectorum be-
nedicet. ℣. Gloria ⁊ diuitię in domo eius:
⁊ iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.

Sequētia ſancti euāg. ſm Lucam.

IN illo tempore: Dixit Ieſus ca. 12
diſcipulis ſuis. Nolite timē-
re puſillus grex, quia complacuit
patri veſtro dare vobis regnū. Vē-
dite quę poſſidetis, ⁊ date elee-
moſynam. Facite vobis ſacculos
qui non veteraſcunt, theſaurum
non deficientem in cęlis: quo fur
non appropiat, neque tinea cor-
rumpit. Vbi enim theſaurus ve-
ſter eſt, ibi ⁊ cor veſtrum erit.

Offert. In virtute tua dn̄e lętabitur iu ps. 20
ſtus, ⁊ ſuper ſalutare tuū exultabit vehemē-
ter, deſideriū animę eius tribuiſti ei. Sec.

PReſta nobis, q̄s, omnipotēs
Deus: vt noſtrę humilitatis
oblatio, ⁊ ꝑ tuorū tibi grata ſit ho
nore ſanctorum, ⁊ nos corpore pa
riter ⁊ mente purificet. Per dn̄m.

Cōmu. Amen dico vobis, ꝙ vos q reli mat.
quiſtis omnia, ⁊ ſecuti eſtis me, cētuplū acci
pietis, ⁊ vitā ęternā poſſidebitis. Poſtcō.

QVęſumus, omnipotēs Deus:
vt qui cęleſtia alimenta ꝑcepi
mus, intercedēte beato N. confeſ-
ſore tuo, per hęc contra omnia ad-
uerſa muniamur. Per dominum.

Item alia Epiſtola, ⁊ Euangelia pro
Confeſſore non Pontifice.

Lcō eplę b. Pauli apſi ad Philip.

FRatres: Quę mihi fuerunt ca. 3.
lucra, hęc arbitratus ſu; pro
pter Chriſtum detrimēta. Verū-
tamen exiſtimo omnia detrimen-
tum eſſe propter eminentem ſcien
tia; Ieſu Chriſti dn̄i mei: propter
quē omnia detrimentū feci, ⁊ arbi-
tror vt ſtercora, vt Chriſtū lucrifa-
ciā: vt ⁊ inueniar in illo nō habēs
meā iuſtitiā quę ex lege eſt, ſed illā
quę

quę ex fide eſt Chriſti Ieſu, quę ex Deo eſt iuſtitia in fide, ad cognoſcendũ illũ, ⁊ virtutẽ reſurrectionis eius, ⁊ ſocietatẽ paſſionis illi⁹: configuratus morti eius, ſiquo modo occurrã ad reſurrectionẽ q̃ eſt ex mortuis. Non ꝙ iã acceperim, aut iã perfectus ſim: ſequor autẽ, ſiquo modo cõprehẽdã, in quo ⁊ comprehẽſus ſũ a Chriſto Ieſu.

**Sequẽtia ſancti euãg. ſm Lucam.**

ca. 19. IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolã hãc. Homo quidã nobilis abijt in regionẽ longinquam accipere ſibi regnum, ⁊ reuerti. Uocatis autem decem ſeruis ſuis, dedit eis decem mnas, ⁊ ait ad illos. Negociamini dũ venio. Ciues autẽ eius oderãt eum: ⁊ miſerunt legationem poſt illũ, dicẽtes. Nolumus hũc regnare ſuper nos. Et factũ eſt vt rediret accepto regno: ⁊ iuſſit vocari ſeruos, quib⁹ dedit pecuniã: vt ſciret quãtũ quiſq̃ negociatus eſſet. Uenit autẽ primus, dicens. Dñe, mna tua decem mnas acquiſiuit. Et ait illi. Euge ſerue bone, qa in modico fuiſti fidelis, eris poteſtatem habens ſuper decẽ ciuitates. Et alter venit, dicẽs. Domine, mna tua fecit quiq̃ mnas. Et huic ait. Et tu eſto ſuper quinq̃ ciuitates. Et alter venit, dicens. Dñe, ecce mna tua quã habui, repoſita eſt in ſudario. Timui enim te, quia homo auſterus es: tollis quod non poſuiſti, ⁊ metis, quod nõ ſeminaſti. Dicit ei. De ore tuo te iudico ſerue nequam. Sciebas ꝙ ego homo auſter⁹ ſũ, tollẽs quod nõ poſui, ⁊ metẽs qd non ſeminaui. Et quare nõ dediſti pecuniam meã ad menſam, ⁊ ego veniẽs cũ vſuris, vtiq̃ exegiſſem illã? Et aſtantibus dixit. Auferte ab illo mnam, ⁊ date illi qui decẽ mnas habet. Et dixerũt ei. Domine: habet decem mnas. Dico autẽ vobis, quia omni habẽti dabitur, ⁊ abundabit: ab eo autẽ qui nõ habet, ⁊ quod habet, auferet̃ ab eo.

**De eodem Communi pro Abbatibus alia miſſa. Introitus.**

OS iuſti meditabitur ſapientiam, ⁊ lingua eius loquetur iudicium: lex Dei eius in corde ipſi⁹. ps. 36 **Ps.** Noli emulari in malignãtibus: neque zelaueris facientes iniquitatem. **℣.** Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto. **O**remus.

INtercesſio nos, q̃s dñe, beati N. Abbatis commendet: vt, quod noſtris meritis nõ valemus, ei⁹ patrocinio aſſequamur. Per.

**Lectio libri Sapientię.**

DIlectus Deo ⁊ hominibus, eccl. 45 cui⁹ memoria in benedictione eſt. Similẽ illum fecit in gloria ſanctorum, ⁊ magnificauit eum in timore inimicorũ, ⁊ in verbis ſuis monſtra placauit. Glorificauit eũ in conſpectu regum, ⁊ iuſſit illi coram populo ſuo, ⁊ oſtendit illi gloriam ſuam. In fide ⁊ lenitate ipſius ſanctum fecit illum, ⁊ elegit eum ex omni carne. Audiuit enim vocem ipſius, ⁊ induxit illũ in nubem. Et dedit illi coram pręcepta, ⁊ legem vitę, ⁊ diſciplinę.

**Graduale.** **D**omine pręueniſti eum in

bñdictionib⁹ dulcedinis: poſuiſti in capite ei⁹ coronã de lapide p̃tioſo. ℣. Vitã petijt a te, ꝛ tribuiſti ei lõgitudinẽ dierũ ĩ ſclm ſcli. Alla; hallah. ℣. Juſt⁹ vt palma florebit, ſicut cedrus Libani multiplicabit, hallah.

Tpe paſchali Grad. omittitur; ꝛ addit ſequens ℣. Juſtus germinabit ſicut lilium, ꝛ florebit in eternum ante dñm, hallah.

**Poſt Septuageſimam. Tractus.**

Beatus vir, qui timet dominum, in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicet. ℣. Gloria ꝛ diuitie in domo eius: ꝛ iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.

ca. 19. **Sequẽtia ſcti euãg. ſm Mattheũ.**

In illo tempore: Dixit Simon Petrus ad Jeſum. Ecce, nos reliquimus omnia, ꝛ ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis? Jeſus autem dixit illis. Amen dico vobis, q vos qui ſecuti eſtis me: in regeneratione, cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſue: ſedebitis, ꝛ vos ſuper ſedes duodecim, iudicãtes duodecim trib⁹ Jſrael. Et omnis, q reliquerit domũ, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrẽ, aut vxorẽ, aut filios, aut agros propter nomen meum: centuplum accipiet, ꝛ vitam eternam poſſidebit.

ps. 20. Offertorium. Deſiderium anime eius tribuiſti ei domine, ꝛ voluntate labiorum eius non fraudaſti eum: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. **Secreta.**

Sacris altaribus domine hoſtias ſuperpoſitas ſanct⁹. N. abbas, queſumus, in ſalutem nobis prouenire depoſcat. Per do.

mat. 24 Cõmu. Fidelis ſeruus ꝛ prudens, quem conſtituit dñs ſup familiam ſuam: vt det illis in tẽpore tritici menſuram. **Poſtcõ.**

Protegat nos dñe cum tui perceptione ſacramẽti beat⁹ N. abbas pro nobis intercedẽdo: vt, ꝛ conuerſationis eius experiamur inſignia, ꝛ interceſſionis ipſius pcipiamus ſuffragia. Per dominũ.

## IN COMMVNI Virginum.

**Pro virgine ꝛ martyre. Introit.** ps. 118




Loquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu regum, ꝛ nõ cõfundebar: ꝛ meditabar in mandatis tuis, q̃ dilexi nimis. ps. Beati immaculati in via, q ambulãt in lege dñi. ℣. Glia. Oratio.

Deus, qui inter cetera potentie tue miracula, etiam in ſexu fragili victoriam martyrij cõtuliſti: concede propitius: vt qui beate N. virginis ꝛ martyris tue natalitia colimus: per eius ad te exẽpla gradiamur. Per dominũ noſtrũ.

**Lectio libri Sapientie.** eccl. 51

Confitebor tibi Domine rex: ꝛ collaudabo te Deum ſaluatorem meum. Confitebor nomini tuo: quoniam adiutor ꝛ protector factus es mihi: ꝛ liberaſti corpus meũ a perditione. A laqueo lingue inique, ꝛ a labijs operãtium mendacium: ꝛ in conſpectu aſtantium factus es mihi adiutor. Et liberaſti me, ſecundum multitudinẽ miſericordie nominis tui: a rugientibus

giĉtibus ꝑparatis ad eſcá: de manibus querētiũ animá meam, ꝛ de portis tribulationũ, que circundederũt me. A ꝑſſura flāme, que circũdedit me: ꝛ in medio ignis non ſum eſtuata. De altitudine vētris inferi, ꝛ a ligua coinquinata, ꝛ a verbo mendacij, a rege iniquo, ꝛ a lingua iniuſta. Laudabit vſque ad morté anima mea dñm: qm̃ eruis ſuſtinētes te, ꝛ liberas eos de manibus gentium, dñe Deus noſter.

ps.44 Grad. Dilexiſti iuſtitiã, ꝛ odiſti iniquitaté. ℣. Propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo letitie. Haleluiah, haleluiah. ℣. Adducētur regi virgines poſt eam, proxime eius afferētur tibi in letitia; haleluiah.

¶ Tēpore paſch. grad. omittit ꝛ additur ſequens ℣.

ps.44 Specie tua, ꝛ pulchritudine tua: intēde, proſpere ꝓcede, ꝛ regna. hal.

Poſt Septuageſimam. Tractus.

Ueni ſponſa Chriſti, accipe coronã, quã tibi dñs preparauit in eternum: pro cuius amore ſanguinē tuũ fudiſti. ℣. Dilexiſti iuſtitiam, ꝛ odiſti iniquitatem: ꝓpterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo letitie pre cõſortibus tuis. ℣. Specie tua, ꝛ pulchritudine tua: intende, proſpere procede, ꝛ regna.

Ma.25. Sequētia ſcti euãg. ſm Mattheũ.

In illo tpe: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnũ celoꝝ decē virginib⁹: q̃ accipiētes lãpades ſuas, exierũt obuiã ſpõſo ꝛ ſpõſe. Quinque autē ex eis erant fatue, ꝛ quinque prudētes. Sed quinqꝫ fatue, acceptis lãpadibus, non ſumpſerunt oleum ſecũ. Prudentes vero accepertũt oleũ in vaſis ſuis cũ lãpádib⁹. Moɼã autē faciēte ſponſo, dormitauerũt oẽs, ꝛ dormierunt.



Media autē nocte clamor fact⁹ eſt. Ecce, ſpõſus venit: exite obuiã ei. Tũc ſurrexerunt omnes virgines ille, ꝛ ornauerũt lãpades ſuas. Fatue autē ſapiētibus dixerũt. Date nobis de oleo veſtro: qa lãpades noſtre extinguunt. Reſponderũt prudētes dicētes. Ne forte nõ ſufficiat nobis ꝛ vobis: ite potius ad vēdētes, ꝛ émite vobis. Dum autē irent émere, venit ſpõſus: ꝛ que parate erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, ꝛ clauſa eſt ianua. Nouiſſime vero veniunt ꝛ relique virgines, dicētes. Dñe, dñe, aperi nobis. At ille reſpondens, ait. Amen dico vobis, neſcio vos. Uigilate itaqꝫ, quia neſcitis diem neque horam.

Offerto. Afferentur regi virgines poſt eam: proxime eius afferentur tibi. ps.44

Secr. Suſcipe dñe munera, q̃ in beate N. virginis, ꝛ martyris tue ſolēnitate deferimus: cuius nos cõfidim⁹ patrocinio liberari. Per d.

Cõmu. Confundantur ſuperbi, qa iniuſte iniquitatem fecerunt in me: ego autē in mãdatis tuis exercebor, ꝛ meditabor ĩ tuis iuſtificationibus: vt nõ ꝯfundar. ps.118

Poſtc. Auxiliētur nobis dñe ſumpta myſteria: ꝛ intercedente beata N. virgine ꝛ martyre tua, ſempiterna faciãt ꝓtectione gaudere. p.

¶ Item pro Uirgine, ꝛ Martyre alia miſſa. Introitus.

Me expectauerũt peccatores vt perderent me, teſtimonia tua domine intellexi: omnis cõſummationis vidi finem: latum mãdatum tuum nimis. ps.118

Ps. Beati immaculati in via, qui ambulant
in lege domini. ℣. Gloria. Oremus.

Indulgentiam nobis, q̄s dñe
beata N. virgo ⁊ martyr im-
ploret: quę tibi grata ſemper ex-
titit, ⁊ merito caſtitatis, ⁊ tuę pro-
feſſione virtutis. Per dominum
noſtrum Jeſum Chriſtum. ⁊c.

eccl. 51. Lectio libri Sapientię.

Domine Deus meus exalta-
ſti ſuper terram habitationē
meam, ⁊ pro morte defluente de-
precata ſum. Inuocaui dñm, patrē
domini mei, vt non derelinquat
me in die tribulationis meę, ⁊ in
tempore ſuperborum ſine adiuto-
rio. Laudabo nomen tuū aſſidue,
⁊ collaudabo illud in confeſſio-
ne, ⁊ exaudita eſt oratio mea. Li-
beraſti me de perditione, ⁊ eripui-
ſti me de tempore iniquo. Propte-
rea confitebor tibi, ⁊ laudem dicā
ps. 44. nomini tuo, Dñe Deus noſter.

Graduale. Adiuuabit eam Deus vul-
tu ſuo: Deus in medio eius non commo-
uebitur. ℣. Fluminis impetus lętificat ci-
uitatem Dei: ſanctificauit tabernaculum
ſuum altiſſimus. Haleluiah, haleluiah.
℣. Hęc eſt virgo ſapiens, ⁊ vna de nume-
ro prudentum, haleluiah.

Tpe paſch. Graduale omittitur, ⁊ additur
ſequens ℣. O quam pulchra eſt caſta ge-
neratio cum claritatē, haleluiah.

ps. 44. Poſt Septuageſimam. Tractus.

Veni ſpōſa Chriſti, accipe coronam, quā
tibi dñs pręparauit in ęternum: pro cuius
amore ſanguinem tuū fudiſti. ℣. Dilexiſti
iuſtitiam, ⁊ odiſti iniquitatē: ꝓpterea vnxit
te Deus, Deus tuus oleo lętitię, pręcon-
ſortibus tuis. ℣. Specie tua, ⁊ pulchritu-
dine tua: intēde, proſpere procede, ⁊ regna.

Sequētia ſcti euāg. ſm Matthēū.

In illo tempore: Dixit Jeſus ca. 13.
diſcipulis ſuis parabolam
hanc. Simile eſt regnum cęlorum
Theſauro abſcōdito in agro: quē
qui inuenit homo, abſcondit, ⁊ pręꝛ
gaudio illius vadit, ⁊ vendit vni-
uerſa quę habet, ⁊ emit agrum il-
lum. Iterum, Simile eſt regnum
cęlorum homini negociatori, quę-
renti bonas margaritas. Inuen-
ta autem vna pretioſa margarita,
abijt, ⁊ vēdidit omnia quę habuit,
⁊ emit eam. Iterum, Simile eſt re-
gnum cęlorum ſagenę miſſę in ma-
re, ⁊ ex omni genere piſcium con-
greganti. Quam, cum impleta eſ-
ſet, educentes, ⁊ ſecus litus ſeden-
tes, elegerunt bonos in vaſa, ma-
los autem foras miſerunt. Sic erit
in cōſummatione ſęculi. Exibunt
angeli, ⁊ ſeparabunt malos de me-
dio iuſtorum, ⁊ mittent eos in ca-
minum ignis. Ibi erit fletus ⁊ ſtri-
dor dentium. Intellexiſtis hęc om-
nia? Dicunt ei. Etiā domine. Ait
illis. Ideo, omnis ſcriba doctus
in regno cęlorum, ſimilis eſt homi-
ni patrifamiliās, qui profert de the-
ſauro ſuo noua, ⁊ vetera.

Offertorium. Diffuſa eſt gratia in la- 44. ps.
bijs tuis, propterea benedixit te Deus in
ęternum, ⁊ in ſęculum ſęculi, halah. Secr.

Hoſtias tibi domine beatę N.
virginis ⁊ martyris tuę dica-
tas meritis benignus aſſume: ⁊ ad
perpetuum nobis tribue prouent-
re ſubſidium. Per dominum noſt.

Cōmu. Feci iudicium ⁊ iuſtitiam, do- 118. ps.
mine, non calumnientᷣ mihi ſuperbi, ad om-
nia mandata tua dirigebar, omnem viam
iniquita-

iniquitatis odio habui. Poſtcommu.

Diuini muneris largitate ſatiati, queſumus domine Deus noſter, vt intercedente beata N. virgine ꝛ martyre tua, in eius ſemper participatione viuamus. Per.

IN COMMVNI

Plurium Virginum ꝛ mart.

Omnia dicũtur vt ſup. pro vna virg. ꝛ marty. excepta oratione, quę dicitur vt ſequitur, ꝛ Epiſtola, De virginibus pceptũ domini. quę dicitur vt infra in communi Virginum non Martyrum. Oremus. Oratio.




Da nobis, quęſumus domine Deus noſter: ſanctarum virginum ꝛ martyrum tuarum N. ꝛ N. palmas inceſſabili veneratione venerari: vt, quas digna mente non poſſumus celebrare, humilibus ſaltẽ frequentemus obſequijs. Per dominum no. Secreta.

Intende, queſumus, domine, munera, altaribus tuis pro ſanctarum martyrum, ꝛ virginum tuarum N. ꝛ N. feſtiuitate propoſita: vt ſicut per hęc beata myſteria illis gloriam contuliſti, ita nobis indulgentiã largiaris. P. Poſtcõ.

Preſta nobis, quęſumus, domine, intercedẽtibus ſanctis martyribus atq; virginibus tuis: vt, quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per dominum.

Pro virgine tantum. Introitus.

Dilexiſti iuſtitiam, ꝛ o- 44. ps.
diſti iniquitatem: propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo letitię, pre conſortibus tuis. Ps. Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ ſpiritui ſancto. Oremus.

Exaudi nos Deus ſalutaris noſter, vt, ſicut de btẽ N. virginis tuę feſtiuitate gaudem⁹: ita pię deuotionis erudiamur affectu. P.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Cor.

Fratres: Qui gloriatur, in cap. 10.
dño glorietur. Non enim qui ꝛ 11.
ſeipſum cõmẽdat, ille probatus eſt: ſed quem Deus commendat. Utinam ſuſtineretis modicũ quid inſipientię meę: ſed ꝛ ſupportate me. Æmulor enim vos Dei ęmulatione. Deſpondi enim vos vni viro: virginẽ caſtam exhibẽre Chriſto.

Graduale. Specie tua, ꝛ pulchritudi- 44. ps.
ne tua, intende, proſpere procede, ꝛ regna. ℣. Propter veritatem, ꝛ manſuetudinem, ꝛ iuſtitiam, ꝛ deducet te mirabiliter dextera tua. Halleluiah, halleluiah. ℣. Adducentur regi virgines poſt eam, proximę eius afferentur tibi in letitia, halleluiah.

Tempore paſch. Graduale omittitur, ꝛ additur
ſequens ℣. Specie tua, ꝛ pulchritudine 44. ps.
tua, intẽde, proſpere procede, ꝛ regna, hal.

Poſt Septuageſimam. Tractus.

Audi filia, ꝛ vide, ꝛ inclina aurem tuam: 44. ps.
quia cõcupiuit rex ſpeciem tuam. ℣. Vultum tuum deprecabuntur oẽs diuites plebis: filię regũ in honore tuo. ℣. Adducentur regi virgines poſt eã: proximę eius afferentur tibi. ℣. Afferentur in letitia ꝛ exultatione:

tatione: adducentur in templum regis.
**Euangelium.** Simile eſt regnuz celorum decez virginibus. *vt ſup.*
**Offertorium.** Filię regum in honore tuo, aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato, circundata varietate. **Secre.**
ACcepta tibi ſit domine, ſacra tę plebis oblatio, pro tuoruz honore ſanctorum: quorum ſe meritis de tribulatione percepiſſe cognoſcit auxilium. Per dominum.
ps.25 **Communio.** Quinque prudentes virgines acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus: media autem nocte clamor factus eſt, Ecce ſponſus venit: exite obuiam Chriſto domino. **Poſtcommunio.**
SAtiaſti, dñe, familiam tuã muneribus ſacris: ei⁹, quęſum⁹, ſemper interuentione noſ rẽfoue, cuius ſolennia celebramus. Per.

## ¶ Item pro Virgine tantum, alia miſſa. Introitus.

ps.44 VUltum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: adducentur regi virgines poſt eam: proximę ei⁹ adducent tibi in lętitia ⁊ exultatione.
**Ps.** Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. **V.** Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto. **Oremus.**
EXaudi nos Deus ſalutaris noſter: vt ſicut de beatę **N.** virginis tuę feſtiuitate gaudemuſ, ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per dominum noſtrum, ⁊c.
**Lctõ eplę btī Pauli aplī ad Cor.**
1.ca.7. FRatres: De virginibus pręceptũ dñi non habeo: cõſiliuz autem do, tanquaz miſericordiam conſecutus a domino, vt ſim fidelis. Exiſtimo enim hoc bonum eſſe, propter inſtanteʒ neceſſitatem, quĩ bonum eſt homini ſic eſſe. Alligatus es vxori: noli quęrere ſolutionẽ. Solut⁹ eſ ab vxore: noli quęrere vxorẽ. Si autẽ acceperis vxorem, nõ peccaſti. Et, ſi nupſerit virgo; non peccauit. Tribulationẽ tãmen carniſ habebunt huiuſmodi. Ego autẽ vobis parco. Hoc itaqʒ dico fratres, tẽpus breue eſt. Reliquum eſt, vt ⁊ qui habent vxores, tãquã nõ habenteſ ſint: ⁊ qui flent, tãquã non flentes: ⁊ qui gaudent, tãquã non gaudentes: ⁊ qui emũt tãquã non poſſidentes: ⁊ qui vtuntur hoc mundo, tãquaz nõ vtãtur. Prẽterit enim figura huiuſ mũdi. Volo autẽ vos ſine ſolicitudine eſſe. Qui ſine vxore eſt, ſolicituſ eſt q̃ dñi ſunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cuʒ vxore eſt: ſolicitus eſt quę ſunt mundi, quomodo placeat vxori: ⁊ diuiſus eſt. Et mulier innupta, ⁊ virgo, cogitat q̃ domini ſunt: vt ſit ſancta, ⁊ corpore, ⁊ ſpiritu. In Chriſto Ieſu dño noſtro.
**Grad.** Concupiuit rex decorem tuum, quoniam ipſe eſt dominus Deus tuus. **V.** ps.44
Audi filia, ⁊ vide, ⁊ inclina aurem tuam.
Halleluiah, halah. **V.** Hęc eſt virgo ſapiens, ⁊ vna de numero prudentiũ; halah.
*Tpe paſchali, Grad. omittitur ⁊ additur ſequens verſus.* O quàm pulchra eſt, Sap.4
caſta generatio cum claritate, halleluiah.

**Poſt Septuageſimam, Tractus.**

Audi filia, ⁊ vide, ⁊ inclina aurem tuam: ps 44
quia concupiuit rex ſpeciem tuam. **V.** Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: filię regum in honore tuo.
**V.**

℟. Adducent regi virgines poſt eã: proxime eius afferent tibi. ℣. Afferent in letitia, ⁊ exultatione: adducentur in templũ regis.

Euãgelium. Simile eſt regnũ celorum theſauro abſcõdito in agro: vt ſupra in miſſa virg. ⁊ marty. fol. 236.

ps. 44. Offertorium. Afferentur regi virgines poſt eam: proxime eius afferentur tibi, in letitia ⁊ exultatione: adducentur in templum regi domino. Secreta.

Accepta tibi ſit domine ſacrate plebis oblatio, pro tuorũ honore ſanctorum: quorum ſe meritis de tribulatione percepiſſe cognoſcit auxilium Per dominum.

mat. 13 Cõm. Simile eſt regnum celorum homini negociatori querẽti bonas margaritas: inuẽta autẽ vna precioſa margarita, dedit omnia ſua, ⁊ comparauit eam. Poſtcõmu.

Satiaſti domine familiam tuam muneribus ſacris: cuius, queſumus, ſemper interuentione nos refoue: cuius ſolennia celebramus. Per dominum noſtrum Jeſum.

I N C O M M V N I
ſanctarũ mart. nõ Uirginũ.
Pro vna martyre nõ Uirgine.
Introitus.

ps. 118 

Me expectauerũt peccatores, vt perderẽt me, teſtimonia tua domine intellexi: omnis cõſummationis vidi finẽ: latum mandatũ tuum nimis. Ps. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria. Oremus.

Deus, qui inter cetera potẽtie tue miracula, etiã in ſexu fragili victoriã martyrii contuliſti: cõcede propitius, vt q beate N. martyris tue natalitia colimus: p eius ad te exempla gradiamur. Per d.

Si fuerint plures. Oratio.

Da nobis, q̃s, dñe Deus noſter, ſanctarum martyrũ tuarum N. ⁊ N. palmas inceſſabili veneratione venerari: vt quas digna mente nõ poſſumus celebrare, humilibus saltẽ frequentemus obſequiis. Per dominum noſtrum. ⁊c.

Lectio libri Sapientie.

Confitebor tibi domine rex, ⁊ collaudabo te Deum ſaluatorem meum. Confitebor nomini tuo, quoniam adiutor ⁊ protector factus es mihi: ⁊ liberaſti corpus meũ a perditione: A laqueo lingue inique, ⁊ a labiis operantium mendacium: ⁊ in conſpectu aſtantium factus es mihi adiutor. Et liberaſti me, ſecundum multitudinẽ miſericordie nominis tui, a rugientibus preparatis ad eſcam, de manibus querentium animã meã: ⁊ de portis tribulationum que circundederunt me. A preſſura flãme q circũdedit me: ⁊ in medio ignis non ſum eſtuatus. De altitudine ventris inferi, ⁊ a lingua coinquinata, ⁊ a verbo mẽdacii: a rege iniquo, ⁊ a ligua iniuſta. Laudabit vſque ad mortẽ anima mea dñs: quia eruis ſuſtinẽtes te: ⁊ liberas eos de manu anguſtie, dñe Deus noſter.

Graduale. Dilexiſti iuſtitiam: ⁊ odiſti iniquitatem. ps. 44 ℣. Propterea vnxit te Deus

Deus

Deus tuus oleo letitie. H aleluiah, haläh.
ps.44. ℟. Specie tua, ⁊ pulchritudine tua, inten-
de, proſpere procede, ⁊ regna: haleluiah.
¶ Tempore paſchali Graduale omitti-
tur, ⁊ additur ſequens ℟. Propter verita-
tem, ⁊ manſuetudinem, ⁊ iuſtitiam, ⁊ dedu-
cet te mirabiliter dextera tua, haleluiah.

**Poſt Septuageſimam. Tractus.**

ps.44 Ueni ſpõſa Chriſti, accipe coronam, quã
tibi dñs preparauit in eternum: pro cuius
amore ſanguinem tuũ fudiſti. ℟. Dilexiſti
iuſtitiam, ⁊ odiſti iniquitatẽ ꝓpterea vnxit
te Deus, Deus tuus oleo letitie, pre con-
ſortibus tuis. ℟. Specie tua, ⁊ pulchritu-
dine tua: intẽde, proſpere procede, ⁊ regna.

**Sequẽtia ſcti euãg. ſm Mattheũ.**

ca.13 IN illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolã hãc. Simile eſt regnum celorũ theſauro abſcondito in agro: quem qui inuenit homo, abſcõdit, ⁊ pre gaudio illius vadit, ⁊ vendit vniuerſa que habet, ⁊ emit agrum illum. Iterum, Simile eſt regnũ celorũ homini negociatori, q̃renti bonas margaritas. Jnuẽta autẽ vna pretioſa margarita, abijt ⁊ vendidit omnia que habuit, ⁊ emit eã. Iterũ, Simile eſt regnũ celorũ ſagene miſſe in mare, ⁊ ex omni genere piſcium congregãti. Quam, cum impleta eſſet, educẽtes, ⁊ ſecus litus ſedentes, elegerũt bonos in vaſa, malos autẽ foras miſerũt. Sic erit in conſummatione ſeculi. Exibũt angeli, ⁊ ſeparabunt malos de medio iuſtorum, ⁊ mittent eos in caminũ ignis. Ibi erit fletus ⁊ ſtridor dentium. Intellexiſtis hec omnia? Dicunt ei. Etiam domine. Ait illis. Ideo, omnis ſcriba doctus in regno celorum, ſimilis eſt homini patrifamilias, qui profert de theſauro ſuo noua ⁊ vetera.

**Offertorium.** Diffuſa eſt gratia in la- ps.44
bijs tuis, ꝓpterea benedixit te Deus in eter
nũ, ⁊ in ſeculum ſeculi, haleluiah. **Secre.**

SUſcipe, dñe, munera, q̃ in beate N. martyris tue ſolẽnitate deferimus: cuius nos confidimus, patrocinio liberari. Per dominũ.

**Si fuerint plures. Secreta.**

INtende q̃s, dñe munera altaribus tuis pro ſanctarũ martyrũ tuarum N. ⁊ N. feſtiuitate ꝓpoſita: vt, ſicut per hec beata myſteria illis gloriam contuliſti, ita nobis indulgentiã largiaris. Per d.

**Communio.** Principes perſecuti ſunt me gratis, ⁊ a verbis tuis formidauit cor meum: letabor ego ſuper eloquia tua, quaſi qui inuenit ſpolia multa. **Poſtcommu.**

AUxiliẽtur nobis dñe ſumpta myſteria: ⁊ intercedente beata N. martyre tua, ſempiterna faciãt protectione gaudere. Per d.

**Si fuerint plures. Poſtcõmunio.**

PReſta nobis, queſumus, dñe, intercedẽtibus ſanctis martyribus tuis: vt, quod ore cõtingimus, pura mente capiamus. Per dñm.

¶ **Pro nec virgine nec martyre.**

**Introitus.**



ps.118 COgnoui dñe quia equitas iudicia tua ⁊ in veritate tua humiliaſti me: confige timore tuo carnes meas, a mandatis enim tuis timui. **Ps.** Beati immaculati in via, qui ambulant in lege dñi. ℣. Gloria. **Oremus.**

Exaudi

Exaudi nos Deꝰ ſalutaris noſter: vt, ſicut de beatę N. feſtiuitate gaudemus: ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per dñm.

Lectio libri Sapientię.

pu. 31. Mulierem fortem quis inueniet? Procul, ⁊ de vltimis finibus pretium eius. Confidit in ea cor viri ſui: ⁊ ſpolijs nõ indigebit. Reddet ei bonum, ⁊ non malum, omnibus diebus vitę ſuę. Quęſiuit lanã ⁊ linũ: ⁊ operata eſt conſilio manuũ ſuarũ. Facta eſt quaſi nauis inſtitoris, de longe portans panem ſuũ. Et de nocte ſurrexit, deditq; prędam domeſticis ſuis: ⁊ cibaria ancillis ſuis. Cõſiderauit agrũ, ⁊ emit eũ: de fructu manuu; ſuarum plãtauit vineam. Accinxit fortitudine lũbos ſuos: ⁊ roborauit brachiũ ſuũ. Guſtauit, ⁊ vidit, qa bona eſt negociatio eius: nõ extinguet in nocte lucerna eius. Manum ſuam miſit ad fortia: ⁊ digiti eius apprehenderunt fuſum. Manum ſuã aperuit inopi: ⁊ palmas ſuas extendit ad pauperem. Nõ timebit domui ſuę a frigoribꝰ niuis: oẽs enim domeſtici eiꝰ veſtiti ſunt duplicibus. Stragulatã veſtẽ fecit ſibi, byſſus ⁊ purpura indumentũ eiꝰ. Nobilis in portis vir eius, quãdo ſederit cum ſenatoribus terrę. Sindonẽ fecit ⁊ vendidit, ⁊ cingulum tradidit Chananęo. Fortitudo ⁊ decor indumentũ eius, ⁊ ridebit in die nouiſſimo. Os ſuũ aperuit ſapientię: ⁊ lex clemẽtię in lingua eius. Cõſiderauit ſemitas domus ſuę: ⁊ panẽ ocioſa non comẽdit. Surrexerũt filij eius, ⁊ beatiſſimam prędicauerunt: vir eius, ⁊ laudauit eam. Multę filię cõgregauerunt diuitias: tu ſupergreſſa es vniuerſas. Fallax gratia, ⁊ vana eſt pulchritudo: mulier timens dominum, ipſa laudabitur. Date ei de fructu manuum ſuarum: ⁊ laudent eam in portis opera eius.

Graduale. Diffuſa eſt gratia in labijs ps. 44.
tuis, propterea benedixit te Deus in ęternum. ℣. Propter veritatem ⁊ manſuetudinem, ⁊ iuſtitiam deducet te mirabiliter dextera tua. Haleluiah, halah. ℣. Spe ps. 44.
cie tua, ⁊ pulchritudine tua, intende, proſpere procede, ⁊ regna: haleluiah.

Tempore paſchali Graduale omittitur, ⁊ additur ſequens ℣. Propter veritatem, ⁊ manſuetudinem, ⁊ iuſtitiam, deducet te mirabiliter dextera tua, haleluiah.

Poſt Septuageſimam. Tractus.

Audi filia, ⁊ vide, ⁊ inclina aurem tuam: ps. 44.
quia concupiuit rex ſpeciem tuam. ℣. Vultũ tuũ deprecabuntur omnes diuites plebis: filię regum in honore tuo. ℣. Adducentur regi virgines poſt eã: proximę eius afferentur tibi. ℣. Afferentur in lętitia, ⁊ exultatione: adducentur in tẽplum regis.

Euang. Simile eſt regnũ cęlorũ theſauro abſcondito in agro. 238.

Offertorium. Diffuſa eſt gratia in la ps. 44.
bijs tuis, propterea benedixit te Deus in ęternum, ⁊ in ſeculum ſeculi. Secreta.

Accepta tibi ſit domine ſacratę plebis oblatio, pro tuorum honore ſanctorum: quorum ſe meritis de tribulatione percepiſſe cognoſcit auxiliũ. Per. Communio.

Dilexiſti iuſtitiam, ⁊ odiſti iniquitatem: ps. 44.
propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lętitię prę cõſortibus tuis. Poſtc.

Satiaſti domine familiam tuã muneri

muneribus ſacris: eius, queſumꝰ, ſemper interuentione nos reſoue, cuius ſolēnia celebramus. Per dominum noſtrū Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit ⁊ regnat i vnitate ſpiritus ſancti Deꝰ, per omnia ſecula ſeculorū. Amen.

¶ Item alia Epiſtola pro Vidua.

Lcō eplę btī Pauli aplī ad Timo.

1.cap.5 Chariſſime. Viduas honora, quę vere vidue ſunt. Si qua autē vidua filios aut nepotes habet: diſcat primum domū ſuam regere, ⁊ mutuā vicem reddere parentibus. Hoc enim acceptum eſt corā Deo. Quę autem vere vidua eſt ⁊ deſolata: ſperet in Deū, ⁊ inſtet obſecrationibus, ⁊ orationibꝰ nocte ⁊ die. Nā quę in delitijs eſt, viuēs mortua eſt. Et hoc precipe, vt irreprehēſibiles ſint. Siquis aūt ſuorum ⁊ maxime domeſticorum curā non habet: fidē negauit, ⁊ eſt infideli deterior. Vidua eligat nō minus ſexaginta annorū, quę fuerit vnius viri vxor, in operibꝰ bonis teſtimonium habens: ſi filios educauit, ſi hoſpitio recēpit, ſi ſanctorum pedes lauit: ſi tribulationem patientibus ſubminiſtrauit: ſi omne opus bonum ſubſecuta eſt.

¶ In Anniuerſario Dedicationis Eccleſię. Introitus.

gen.28 Terribilis eſt locꝰ iſte: hic domus Dei eſt, ⁊ porta celi, ⁊ vocabitur aula Dei. Ps. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum: concupiſcit, ⁊ deficit anima mea in atria domini. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto. Oremus.

Deus, q nobis p ſingulos annos, huius ſancti tēpli tui cōſecrationis reparas diem, ⁊ ſacris ſemper myſterijs repreſentas incolumes: exaudi preces populi tui, ⁊ preſta: vt, quiſquis hoc tēplum beneficia petiturus ingredit: cuncta ſe impetraſſe letetur. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Lcō libri Apoc. btī Iohānis Aplī.

In diebus illis: Vidi ciuitatē ca.21 ſanctā Ieruſalem, nouam, deſcendentē de cęlo, a Deo paratā, ſicut ſponſam ornatā viro ſuo. Et audiui vocē magnā de throno dicentem. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus: ⁊ habitabit cum eis. Et ipſi populus eius erunt: ⁊ ipſe Deus cū eis erit eorū Deus. Et abſterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorū: ⁊ mors vltra non erit, neq luctus, neq clamor, neque dolor erit vltra, quę prima abierunt. Et dixit qui ſedebat in throno. Ecce noua facio omnia.

Grad. Locus iſte a Deo factꝰ eſt, ineſti- ecc.
mabile ſacramentum, irreprehenſibilis eſt.
℣. Deus, cui aſtat angelorū chorus, exau ps.13
di preces ſeruorum tuorum. Alleluiah, alleluiah. ℣. Adorabo ad templum ſanctum ps.12
tuum, ⁊ confitebor nomini tuo: halleluiah.

¶ Tēpore paſchali, Graduale omittitur, ⁊ additur ſequens ℣. Bene fundata eſt do- mat.7
mus dn̄i, ſuper firmam petram, Halleluiah.

Poſt Septuageſimam. Tractus. ps.12

Qui confidunt in domino, ſicut mons Sion, non commouebitur in ęternum, qui habitat in Ieruſalem. ℣. Montes in circuitu eius, ⁊ dominus in circuitu populi ſui, ex hoc, nunc, ⁊ vſq in ſeculum.

Sequen-

Sequẽtia ſancti euãg. ſm Lucam.
he. 19 IN illo tẽpore: Ingreſſus Ie-
ſus perambulabat Iericho.
Et ecce vir nomine Zacheus: ⁊
hic erat princeps publicanorum,
⁊ ipſe diues. Et quęrebat videre
Ieſum quis eſſet: ⁊ nõ poterat prę
turba, quia ſtatura puſillus erat.
Et pręcurrens, aſcendit in arbo-
rem ſycomorum, vt videret eum:
quia inde erat tranſiturus. Et cũ
veniſſet ad locum, ſuſpiciens Ie-
ſus vidit illum, ⁊ dixit ad eũ. Zac-
chęe, feſtinans deſcẽde: quia hodie
in domo tua oportet me manere.
Et feſtinans deſcendit: ⁊ excepit il
lum gaudens. Et cũ viderent, oẽs
murmurabant, dicentes: ꝙ ad ho
minẽ peccatorem diuertiſſet. Stãs
autem Zacheus dixit ad Ieſum.
Ecce, dimidium bonorum meorũ
domine do pauperibus: ⁊, ſiquid
aliquem defraudaui, reddo qua-
druplum. Ait Ieſus ad eum. Quia
hodie ſalus domui huic facta eſt:
eo ꝙ ⁊ ipſe ſit filius Abrahę. Ve-
nit enim filius hominis quęrere, ⁊
ſaluu facere, qđ perierat. Credo.
I. paral. ca. 29. Offertorium. Domine Deus in ſim
plicitate cordis mei lętus obtuli vniuerſa: ⁊
populum tuum qui repertus eſt, vidi cum
ingenti gaudio: Deus Iſrael cuſtodi hanc
voluntatem, domine Deus. Secreta.
ANnuc, q̃s, dñe p̃cib⁹ noſtris:
vt, quicunq; intra templi hu
ius, cuius anniuerſariũ dedicatio-
nis diem celebramus, ambitu cõ
tinemur, plena tibi atq; pfecta cor
poris ⁊ animę deuotione placea-
mus: vt, dũ hęc vota pręſentia red-
dim⁹, ad ęterna pręmia, te adiuuã-
te, peruenire mereamur. Per do.
Communio. Dom⁹ mea, domus ora-
tionis vocabitur, dicit dominus: in ea om-
nis qui petit accipit, ⁊ qui quęrit inuenit,
⁊ pulſanti aperietur. Poſtcommu.
DEus, q de viuis ⁊ electis la-
pidib⁹ ęternũ maieſtati tuę
pręparas habitaculũ: auxiliare po
pulo tuo ſupplicãti: vt quod eccle-
ſię tuę proficit corporalibus ſpa-
tijs, ſpiritualibus amplificeť aug-
mentis. Per dominum noſtrum.
¶ Infra Octa. Dedicationis Eccleſię, ⁊
in die octauę dr̃ miſſa vt ſup. in Anniuerſa-
rio Dedic. Eccleſię: ſed infra oct. dr̃ ſecun-
da orõ de S. Maria. Concede q̃ſum⁹.
tertia Eccleſię. vel pro Papa.
¶ In ipſa die Dedic. Eccleſię miſſa dr̃ vt
ſupra in Anniuerſario Dedic. exceptis ora
tionibus, quę dicuntur vt infra. Oratio.
DEus, qui inuiſibiliter om-
nia cõtines, ⁊ tamen pro
ſalute generis humani ſi-
gna tuę potẽtię viſibiliter oſtẽdis:
tẽplũ hoc potentia tuę inhabita-
tionis illuſtra: ⁊ concede, vt oẽs q
huc deprecaturi cõueniũt, ex qua-
cunq; tribulatione ad te clamaue
rint, conſolationis tuę beneficia cõ
ſequãtur. Per dominũ. Secreta.
DEus, qui ſacrandorũ tibi au
ctor es munerũ, effunde ſup
hanc orationis domũ benedictio-
nem tuã: vt ab omnibus in ea inuo
cantibus nomen tuũ, defenſionis
tuę ſentiatur auxiliũ. Per. Poſtc.
QVęſumus, omnipotẽs Deus:
vt in hoc loco, quem nomini
tuo indigni dedicauimus, cunctis
petentibus, aures tuę pietatis ac-
commodes. Per dominũ noſtrũ.

¶ In

¶ In ipſa die Dedicationis altaris totũ officium agitur vtſup. in anniuerſario Dedicationis Eccleſię, prçter orationes, loco quarum dicuntur ſequentes. Oratio.

Deus, qui ex omni coaptatione ſanctorum, ęternum tibi condis habitaculũ: da ędificationi tuę incremẽta cęleſtia: vt quorum hic reliquias pio amore complectimur, eorũ ſemper meritis adiuuemur. Per do. Secre.

Omnipotẽs ſempiterne Deꝰ, altare hoc nomini tuo ędificatũ cęleſtis virtutis benedictione ſanctifica, ⁊ omnibus in te ſperantibus auxilij tui munus oſtẽde: vt hic, ⁊ ſacramentorũ virtus, ⁊ votorũ obtineat̃ effectus. Per. Poſtc.

Quęſumus omnipotẽs Deus: vt in hoc loco nomini tuo dedicato: cunctis petentibus aures tuę pietatis accõmodes. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtũ filium tuum, Qui tecum viuit ⁊ re

¶ Sequentes Miſſę Votiuę, licet pro Sacerdotis deuotione quacunq̃ die dici poſſint p hebdomodã, qñ feſtũ duplex non occurrit, (qȯ tamen paſſim niſi rationabili de cauſa fieri nõ debet, ſed quoad fieri poteſt miſſa cũ officio cõueniat) cuiq̃ tamẽ diei ꝓpria miſſa poteſt aſſignari, vt feria ſecũda, (niſi dicat̃ ꝓ defunctis) miſſa de Trinitate. Feria iij. de Angelis. Feria iiij. de Apoſtolis. Feria v. de Spiritu ſancto. Feria vj. de Cruce. Sabbatho de S. Maria. In ipſis nõ dr̃ Gloria in excel. nec Credo. niſi pro publica Eccleſię cauſa. In Miſſa autem beatę Marię, ⁊ in Miſſa Angelorũ dicitur tantùm Gloria in excelſis.

¶ Miſſa de S. Trinitate. Intro.



Benedicta ſit ſancta Trinitas, atque indiuiſa vnitas: cõfitebimur ei, quia fecit nobiſcum miſericordiã ſuam. Ps. Domine dominus noſter, quam admirabile eſt nomen tuũ in vniuerſa terra. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto. Oremus.

Omnipotẽs ſempiterne Deꝰ, q dediſti famulis tuis in confeſſione verę fidei ęternę trinitatis gloriam agnoſcere, ⁊ in potentia maieſtatis adorare vnitatem: quęſumus, vt eiuſdem fidei firmitate, ab omnibus ſemper muniamur aduerſis. Per dominum noſtrũ.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Cor.

Fratres: Gaudete, ꝑfecti eſtote, exhortamini, idem ſapite, ca.13.
pacem habete, ⁊ Deus pacis, ⁊ dilectionis erit vobiſcum. Gratia domini noſtri Jeſu Chriſti, ⁊ charitas Dei, ⁊ communicatio ſancti ſpiritus; ſit cum omnibus vobis, Amen. Graduale.

Benedictus es domine, q intueris abyſſos, ⁊ ſedes ſuper Cherubim. ℣. Benedictus es domine in firmamento cęli, ⁊ laudabilis in ſęcula. Halleluiah, halleluiah. ℣. Benedictus es dñe Deus patrum noſtrorum, ⁊ laudabilis in ſęcula, halleluiah.

¶ Tempore paſchali graduale omittitur, vſq̃ ad pͥmũ Halleluiah. ⁊ additur alius verſus vt ſequitur ℣. Benedicamus patrem, ⁊ filium cum ſancto ſpiritu, hal'ah. Dan.

Poſt Septuageſimam. Tractus.

Te Deum patrem ingenitum, te filium vnigenitum, te ſpiritum ſanctum paraclitum,

tum, ſanctam, ⁊ indiuiduam Trinitatem, toto corde confitemur, laudamus, atque benedicimus. ℣. Quoniam magnus es tu, ⁊ faciens mirabilia, tu es Deus ſolus. ℣. Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio, in ſecula ſempiterna, o beata Trinitas.

Sequētia ſcti euāg. ſm̄ Iohannē.

…p.15. ⁊ 16. IN illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Cum venerit paraclitus, quem ego mittam vobis a patre, ſpiritū veritatis, qui a patre procedit: ille teſtimoniū perhibebit de me. Et vos teſtimoniū phibebitis: quia ab initio mecum eſtis. Hęc locutus ſuꝫ vobis, vt nō ſcādalizemini. Abſqꝫ ſynagogis faciēt vos. Sed venit hora, vt omnis qui interficit vos arbitretꝰ ſe obſequiū pręſtare Deo. Et hęc facient vobis: quia non nouerunt patreꝫ, neqꝫ me. Sed hęc locutus ſum vobis: vt cum venerit hora eorū, reminiſcamini quia ego dixi vobis.

Offertorium.

Benedictus ſit Deus pater, vnigenitusqꝫ Dei filius, ſanctus quoqꝫ ſpiritus: quia fecit nobiſcum miſericordiam ſuam. Secr.

SAnctifica, quęſumus, dn̄e Deꝰ noſter, per tui ſancti nominis inuocationē, huius oblationis hoſtiam: ⁊ per eam noſmetipſos tibi perfice munus ęternum. Per do. Pręfatio de ſancta Trinitate. Qui cū vnigenito tuo. folio. 110. Commu.

Tob.12. Benedicimus Deum cęli, ⁊ coram omnibus viuētibus cōfitebimur ei: quia fecit nobiſcum miſericordiam ſuam. Poſtcom.

PRoficiat nobis ad ſalutē corporis ⁊ animę, domine Deus noſter, huius ſacramēti ſuſceptio: ⁊ ſēpiternę ſanctę Trinitatis, eiuſdemque indiuiduę vnitatis confeſſio. Per dominum noſtrum Je.



¶ Tempore paſchali in fine introitus, Offertorij, ⁊ Communionis: tam in ſuperiori, quām in ſequentibus miſſis, vbi non habetur, additur Halleluiah.

¶ Pro gratiarum actione dr̄ miſſa de S. Trinitate, vel de Spiritu ſancto, vel de S. Maria, additis ſequētibus orationib. Orō.

DEus, cuiꝰ miſericordię nō eſt numerus, ⁊ bonitatis infinitus eſt theſaurus: piiſſimę maieſtati tuę pro collatis donis gratias agimus, tuā ſemp clementiam exorātes: vt, qui petentibus poſtulata concedis: eoſdē nō deſerens, ad pręmia futura diſponas. Per dominum noſtrū. Secr.

ODorē dn̄e ſacrificij huius cuꝫ gratiarum actionibus ſuſcipe ſuauitatis, ⁊ pſta: vt, quos exaudire, ⁊ incolumes ſeruare dignatꝰ es: ab omni in poſterū aduerſitate cuſtodias: ⁊ in tuo ſeruitio ⁊ amore concreſcant. Per do. Poſtcō.

DEus, qui neminē in te ſperātē, nimium affligi pmittis, ſed piū precibus pſtas auditū: pro poſtulationibꝰ noſtris, votiſqꝫ ſuſceptis gratias agimus, te piiſſime deprecātes: vt p hęc quę ſumpſimꝰ, a cūctis eripi mereamur aduerſis. p.

¶ Miſſa de Angelis. Introitus.



BEnedicite dominū omnes angeli eius, potētes virtute: qui facitis verbum eius, ad audiendam vocem ſermonum eius. Ps. Benedic aīa mea dn̄o, ⁊ oīa que intra me ſunt, no- Ps.102

mini ſancto eius. ℣. Gloria. Oremus.

Deus, q miro ordine, angelorum miniſteria, hominumqꝫ diſpēſas: concede ꝓpitius, vt quibus tibi miniſtrātibus, in cęlo ſemper aſſiſtitur, ab his, in terra, vita noſtra muniatur. Per dominum.

Lcō libri Apoc. bti Iohānis Apli.

cap. 5. In diebus illis. Audiui vocem angelorum multorū in circuitu throni ⁊ animalium, ⁊ ſeniorum, ⁊ erat numerus eorū millia millium, dicentiū voce magna. Dignus eſt agnus, qui occiſus eſt, accipere virtutem, ⁊ diuinitatem, ⁊ ſapientiā, ⁊ fortitudinem, ⁊ honorē, ⁊ gloriam, ⁊ benedictionem. Et oēm creaturā quę in cęlo eſt, ⁊ ſuper terrā, ⁊ ſub terra, ⁊ quę ſunt in mari, ⁊ quę in eo, oēs audiui dicētes. Sedenti in throno, ⁊ agno. Benedictio, ⁊ honor, ⁊ gloria, ⁊ poteſtas in ſecula ſeculorū. Et quatuor animalia dicebant. Amen. Et vigintiquatuor ſeniores ceciderūt in facies ſuas: ⁊ adorauerunt viuentem in ſecula ſeculorum.

ps. 148 Graduale. Laudate dñm de cęlis, laudate eū in excelſis. ℣. Laudate eū omnes angeli eius, laudate eum oēs virtutes eius.

ps. 137 Halab, halab. ℣. In cōſpectu angelorū pſallam tibi, adorabo ad templum ſanctum tuum, ⁊ confitebor nomini tuo, haleluiah.

¶ Tempore paſchali Graduale omittitur, ⁊ additur ſequēs ℣. Angelus domini mat. 26 deſcendit de cęlo, ⁊ accedens reuoluit lapidem, ⁊ ſedebat ſuper eum, haleluiah.

Poſt Septuageſimam. Tractus.

ps. 102 Benedicite dominū omnes angeli eius: potentes virtute, qui facitis verbum eius. ℣. Benedicite domino omnes virtutes eius: miniſtri eius, qui facitis voluntatem eius. ℣. Benedicite domino omnia opera eius: in omni loco dominationis eius, benedic anima mea domino.

Sequētia ſcti euāg. ſm Iohānem.

In illo tempore: Vidit Ieſus Nathanael venientem ad ſe: ⁊ dicit de eo. Ecce vere Iſraelita, in quo dolus non eſt. Dicit ei Nathanael. Vnde me noſti? Reſpondit Ieſus, ⁊ dixit ei. Priuſquam te Philippus vocaret, cum eſſes ſub ficu, vidi te. Reſpondit ei Nathanael, ⁊ ait: Rabbi, tu es filius Dei, tu es rex Iſrael. Reſpōdit Ieſus, ⁊ dixit ei. Quia dixi tibi, Vidi te ſub ficu, credis: maius his videbis. Et dicit ei. Amen, amen dico vobis, videbitis cęlū apertum, ⁊ angelos Dei aſcendentes, ⁊ deſcēdentes ſupra filium hominis. ca. 1.

Offertorium. Stetit angelus iuxta aram templi, habens thuribulum aureum in manu ſua: ⁊ data ſunt ei incenſa multa: ⁊ aſcendit fumus aromatum de manu angeli in conſpectu Dei. Apo.

Secreta.

Hoſtias tibi dñe laudis offerimus, ſuppliciter deprecātes: vt eaſdem angelico pro nobis interueniente ſuffragio, ⁊ placatus accipias, ⁊ ad ſalutem, noſtrā prouenire concedas. Per dominum.

Cōmu. Angeli, Archangeli, Principatꝰ, ⁊ Poteſtates, Virtutes cęlorū, Dominationes, ⁊ Throni, Cherubim atque Seraphim, dñm benedicite in ęternū. Poſtc.

Repleti, dñe, benedictione cęleſti, ſuppliciter imploramus: vt, qđ fragili celebramꝰ officio: ſanctorū angelorū atqꝫ archāgelorū nobis ꝓdeſſe ſentiamꝰ auxilio. P d.

Alia

Alia miſſa votiua de ſancto Michaele archangelo, prout in eius dedicatione menſe Septembri. folio. 222.

Miſſa votiua de ſanctis apoſtolis Petro ⁊ Paulo. Introitus.



Mihi autē nimis honorati ſunt amici tui De⁹: nimis cōfortatus eſt principatus eorū. Ps. Domine probaſti me, ⁊ cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſsionē meā, ⁊ reſurrectionē meam. ℣. Gloria patri. Oremus.

Deus cui⁹ dextera beatū Petrum ambulantem in fluctibus, ne mergeret, erexit: ⁊ coapoſtolū eius Paulū, tertio naufragātē de profundo pelagi liberauit: exaudi nos propitius, ⁊ cōcede, vt amborū meritis, eternitatis gloriā conſequamur. Qui viuis ⁊ regn.

Lectio Actuum Apoſtolorum.

ca. 5. In diebus illis: Per manus Apoſtolorū fiebant ſigna ⁊ prodigia multa in plebe. Et erant vnanimiter omnes in porticu Salomonis. Ceterorū autē nemo audebat ſe coniungere illis: ſed magnificabat eos populus. Magis autē augebatur credentiū in dn̄o multitudo virorū ac mulierum: ita vt in plateas eijcerent infirmos, ⁊ ponerēt in lectulis ⁊ grabatis: vt veniēte Petro, ſaltē vmbra illius obūbraret quēquam illorū, ⁊ liberarentur ab infirmitatibus ſuis. Cōcurrebat autē ⁊ multitudo vicinarū ciuitatum Jeruſalē, afferētes egros ⁊ vexatos a ſpiritib⁹ immundis: qui curabantur omnes.

M. N. R.

Graduale. Conſtitues eos principes ps. 44. ſuper omnem terrā: memores erunt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij, propterea populi confitebuntur tibi. Halah, halah. ℣. Nimis honorati ſunt amici tui Deus, nimis confortatus eſt principatus eorum, haleluiah.

Poſt Septuageſimam, Tractus.

Qui ſeminār in lacrymis, in gaudio metent. ps. 123 ℣. Euntes ibant ⁊ flebāt mittētes ſemina ſua. ℣. Venientes autē venient cum exultatione portantes manipulos ſuos.

Sequē. ſancti euāg. ſm Mattheū.

ca. 19. In illo tpe: Dixit Simon Petrus ad Jeſum. Ecce, nos reliquimus omnia, ⁊ ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis? Jeſus autē dixit illis. Amē dico vobis, ꝙ vos qui ſecuti eſtis me: in regeneratione, cū ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſue: ſedebitis ⁊ vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Jſrael. Et ois, q reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrē, aut matrē, aut vxorē, aut filios, aut agros ꝑpter nomen meum: cētuplum accipiet, ⁊ vitam eternam poſsidebit.

Offert. In oēm terrā exiuit ſonus eorū: ps. 18. ⁊ in fines orbis terre verba eorum. Sec.

Offerimus tibi dn̄e preces ⁊ munera: q̄ vt tuo ſint digna conſpectu, apoſtolorum tuorum Petri ⁊ Pauli precibus adiuuemur. Per dominum noſtrum.

Prefatio de Apoſtolis. folio. 113.

Cōmunio. Vos, qui ſecuti eſtis me, mat. 19 ſedebitis ſuper ſedes: iudicantes duodecim tribus Jſrael. Poſtcommunio.

Protege dn̄e populū tuum: ⁊ apoſtolorum tuorū Petri

 ⁊ Pauli

⁊ Pauli patrocinio confidentem, perpetua defenſione conſerua. Per dominum noſtrum.

¶ Tempore paſchali dr̃ Miſſa, vt in feſto ſancti Marci. fol. 181. p̃ter orationẽ, epiſtolam, ⁊ euangeliũ, quę dicuntur vtſupra.

## ¶ Miſſa de Spiritu ſancto.



Sap. 1. **Introitus.** 8

SPiritus dñi repleuit orbem terrarum: ⁊ hoc, quod continet omnia, ſcientiam habet vocis. Ps.

ps. 76. Exurgat Deus, ⁊ diſſipentur inimici eius: ⁊ fugiant, qui oderunt eum, à facie eius. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Oremus.

DEus, qui corda fideliũ, ſancti Spiritus illuſtratione docuiſti: da nobis in eodẽ ſpiritu recta ſápere: ⁊ de eius ſemper cõſolatione gaudére. Per dominum noſtrum, in vnitate eiuſdem, ⁊c.

ca. 8. **Lectio Actuum Apoſtolorum.**

IN diebus illis. Cum audiſſent apoſtoli, qui erãt Jeroſolymis: q̃a recepit Samária verbum Dei, miſerũt ad eos Petrũ ⁊ Johannem. Qui cum veniſſent, orauerunt pro ipſis, vt acciperent ſpiritum ſanctum. Nondum enim in quemquam illorũ venerat: ſed baptizati tantum erãt in nomine domini Jeſu. Tunc imponebant manus ſuper illos: ⁊ accipiebant Spiritum ſanctum.

Graduale. Beata gẽs, cuius eſt dominus Deus eorum: populus quẽ elegit dominus in hereditatem ſibi. ℣. Verbo domini cęli firmati ſunt, ⁊ ſpiritu oris ei⁹ omnis virtus eorum. Haleluiah, haleluiah. 32. ps.

Hic genuflectitur ℣. Veni ſancte Spiritus, reple tuorũ corda fidelium: ⁊ tui amoris in eis ignem accende, Haleluiah.

¶ Tẽpore paſchali Graduale omittitur, ⁊ additur ſequens ℣. Emitte ſpiritũ tuũ, ⁊ creabuntur: ⁊ renouabis faciẽ terrę, halah. ps. 1

**Poſt Septuageſimam. Tractus.**

Emitte ſpiritum tuum, ⁊ creabũtur: ⁊ renouabis faciẽ terrę. ℣. O quã bon⁹ ⁊ ſuauis eſt, dñe, ſpiritus tuus in nobis. ℣. Veni ſancte Spiritus: reple tuorũ corda fidelium: ⁊ tui amoris in eis ignem accende.

**Sequẽtia ſc̃ti euãg. ſc̃m Johannẽ.**

ca. 14. IN illo tp̃e, Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Si q̃s diligit me, ſermonẽ meum ſeruabit, ⁊ Pater meus diliget eum, ⁊ ad euʒ veniemus, ⁊ manſionẽ apud eum faciemus. Qui nõ diligit me, ſermones meos non ſeruat. Et ſermonẽ quẽ audiſtis, non eſt meus: ſed eius, q̃ miſit me, patris. Hęc locutus ſum vobis apud vos manẽs. Paráclit⁹ aũt ſpiritus ſanctus, quem mittet pater in nomine meo: ille vos docebit oĩa, ⁊ ſúggeret vobis oĩa, quęcunque dixero vobis. Pacem

relinquo vobis, pacē meā do vobis. Non quō mūdus dat, ego do vobis. Non turbetur cor veſtrū, neqꝫ formidet. Audiſtis, quia ego dixi vobis: Uado ꝛ venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtique, qa vado ad patrē: quia pr̄ maior me eſt. Et nūc dixi vobis priuſ quā fiat: vt cum factū fuerit, credatis. Jam non multa loquar vobiſcum. Uenit enim princeps mundi huius, ꝛ in me nō habet quicquā. Sed, vt cognoſcat mundus, quia diligo patrem: ꝛ, ſicut mandatum dedit mihi pater, ſic facio.

Ps. 67. Offert. Confirma hoc Deus, qđ operatus es in nobis: ā tēplo ſancto tuo, qđ eſt ī Jerl'm, tibi offerēt Reges munera. Sec.

Munera, q̄s dn̄e, oblata ſanctifica: ꝛ corda noſtra, ſancti ſpiritus illuſtratione emunda. Per dominum, in vnitate eiuſdem.

Præfatio. Qui aſcendens. fol. 109.

Act. 2. Commu. Factus eſt repēte de celo ſonus aduenītis ſpirit⁹ vehemētis, vbi erant ſedentes: ꝛ repleti ſunt oēs ſpiritu ſancto, loquentes magnalia Dei. Poſtcōmu.

Sancti ſpiritus, q̄s dn̄e, corda nr̄a mūdet infuſio: ꝛ ſui roris intima aſperſione fęcundet. Per dn̄m noſtrum. in vnitate eiuſdem.

¶ Ad poſtulandam gratiam Spiritus ſancti, dicitur Miſſa vt ſupra, cum ſequētibus orationibus. Oratio.

Deus, cui omne cor patet, ꝛ omnis volūtas loquit̄, ꝛ quē nullū latet ſecretū: purifica per infuſionē ſancti ſpirit⁹ cogitationes cordis noſtri: vt te perfecte diligere, ꝛ digne laudare mereamur. Per do. in vnita. eiuſd. Secreta.

M. R. N.

Hæc oblatio, quęſumus domine, cordis nr̄i maculas emundet: vt ſancti Spiritus digna efficiatur habitatio. Per dominum. in vnitate eiuſdem. Poſtcommu.

Concede, q̄s, ops Deus, ſanctum nos ſpiritū votis promereri ſedulis: quatenus eius gratia, ꝛ ab omnibus liberemur tētationibus, ꝛ peccatorū noſtrorum indulgētiam mereamur accipere. Per dn̄m. in vnitate eiuſdem ſpi.

¶ Poteſt etiam in hac v. feria dici Miſſa votiua de ſanctiſſimo ſacramento quę habetur in eius feſto.

¶ Miſſa votiua de Sācta Cruce.




Introitus.

Nos aūt gloriari oportet in Cruce dn̄i noſtri Jeſu Chriſti: ī quo eſt ſalus, vita, ꝛ reſurrectio noſtra, per quē ſaluati ꝛ liberati ſumus. Ps. Deus miſereatur noſtri, ꝛ benedicat nobis: illuminet vultum ſuum ſuper nos, ꝛ miſereatur noſtri. Gal. 6 Ps. 66.

℣. Gloria patri. Oremus.



Deus,

Deus, q̄ vnigeniti filij tui pretioſo ſanguine, viuificę Crucis vexillum ſanctificare voluiſti: concede quęſumus, eos, qui eiuſdem ſanctę Crucis gaudent honore, tua quoq; vbiq; protectione gaudere. Per eundem dominum.

Lcō eplę bti Pauli apli ad Phil.

cap. 2. Fratres: Chriſtus factus eſt pro nobis obediens vſq; ad mortem: mortem autem Crucis. Propter quod ⁊ De⁹ exaltauit illum: ⁊ donauit illi nomē, quod eſt ſuper omne nomen: vt in nomine Jeſu: omne genu flectař, cęleſtiū, terreſtriū, ⁊ infernorū: Et omnis lingua confiteatur, quia dñs Jeſus Chr̄s in gloria eſt Dei patris.

Phi. 2 Graduale. Chriſtus factus eſt pro nobis obediens vſq; ad mortē: mortē autem crucis. ℣. Propter quod ⁊ De⁹ exaltauit illum: ⁊ dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen. Haleluiah, haľah. ℣. Dulce lignum, dulces clauos, dulcia ferēs pōdera: quę ſola fuiſti digna ſuſtinere regem cęlorum, ⁊ dominum, Haleluiah.

¶ Tēpore paſchali, Graduale omittitur, ⁊ additur ſequens ℣. Dicite in gentibus, quia dominus regnauit a ligno, Haleluiah.

Poſt Septuageſimam. Tractus.

Pſa. 95. Adoramus te Chriſte, ⁊ benedicimus tibi: quia p crucē tuā redemiſti mūdū. ℣. Tuam crucē adoramus dñe, tuā glorioſam recolimus paſſionē: miſerere nr̄i, q paſſus es pro nobis. ℣. O crux benedicta, quę ſola fuiſti digna portare regē cęlorum, ⁊ dominū.

Sequētia ſcti euāg. ſm Mattheū.

ca. 20. In illo tēpore: Aſſumpſit Jeſus duodecim diſcipulos ſuos ſecreto, ⁊ ait illis. Ecce, aſcendim⁹ Jeroſolymam, ⁊ filius hominis tradetur principibus ſacerdotum, ⁊ ſcribis: ⁊ condēnabunt eum morte: ⁊ tradent eum Gentibus, ad illudendum, ⁊ flagellandum, ⁊ crucifigendum: ⁊ tertia die reſurget.

Offertorium. Protege domine plebem tuam per ſignum ſanctę crucis ab omnibus inſidijs inimicorum omnium: vt tibi gratam exhibeamus ſeruitutem, ⁊ acceptabile tibi fiat ſacrificium noſtrum. Secre.

Hæc oblatio, quęſum⁹ dñe, ab omnib⁹ nos purget offenſis: quę in ara crucis immolata, etiā totius mundi tulit offenſam. Per d.

Prefatio de Cruce. Qui ſalutem. 106.

Commu. Per ſignū crucis de inimicis noſtris libera nos Deus noſter. Poſtc.

Adeſto nobis dñe De⁹ noſter: ⁊, quos ſanctę crucis lętari facis honore: eius quoq; perpetuis defende ſubſidijs. Per dominum.

¶ Tempore paſchali, loco primę orationis dicitur ſequens. Oratio.

Deus, qui pro nobis filiū tuū crucis patibulū ſubire voluiſti, vt inimici a nobis expelleres poteſtatē: cōcede nobis famulis tuis: vt reſurrectionis gratiā cōſequamur. Per eundem dominum no.

Et ad Introitum, Offertoriū, ⁊ Poſt cōmunionem additur Haleluiah, vt ſup. in propria Rub. dictum eſt. folio. 179.

Alia miſſa de Paſſione Domini noſtri Jeſu Chriſti. Introitus.

Humiliauit ſemetipſum dominus Jeſus Chriſtus vſque ad mortem; mortem autem Crucis, propter quod ⁊ Deus exaltauit illum, ⁊ donauit illi nomen, quod Phi. 2

Ps. 88. qđ eſt ſuper oẽ nomen. Ps. Miſericordias Domini in ęternum cantabo, in generatione ⁊ generationem. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto. Oremus.

DOmine Jeſu Chriſte, qui de celis ad terrā de ſinu patris deſcendiſti, ⁊ ſanguinem tuū preciosum in remiſſionem peccatorum noſtrorum ſudiſti: te humiliter deprecamur: vt in die iudicij, ad dexteram tuam audire mereamur, Venite benedicti. Qui viuis, ⁊ regnas cum Deo patre. in vnit.

ca. 12. Lectio Zacharię prophetę.

HAEc dicit dominus: Effundaꝫ ſuper domuꝫ Dauid, ⁊ ſuper omnes habitantes Jeruſalem, ſpirituꝫ gratię, ⁊ miſerationis: ⁊ aſpicient in eum quem confixerunt: ⁊ plangent euꝫ planctu, quaſi ſuper vnigenitum: ⁊ dolebunt ſuper eū, vt doleri ſolet in morte primogeniti. In illa die erit planctus magnus in Jeruſalem: ⁊ dicetur: Quid ſunt plagę iſtę in medio manuum tuarum? Et dicet. His plagatus ſum in domo eorum qui diligebant me. Framea ſuſcitare ſuper paſtorem meum, ⁊ ſuper viruꝫ cohęrentem mihi, dicit dominus exercituum. Percute paſtorem, ⁊ diſpergentur oues. Ait dominus omnipotens. Graduale.

Ps. 68. Improperium expectauit cor meū ⁊ miſeriam, ⁊ ſuſtinui, qui ſimul mecum contriſtaretur, ⁊ non fuit: conſolantem me quęſiui, ⁊ non inueni. ℣. Dederunt in eſcam meam fel, ⁊ in ſiti mea potauerūt me aceto. Halleluiah, halleluiah. ℣. Aue rex noſter: tu ſolus noſtros es miſeratus errores, patri obediens, ductus es ad crucifigendum, vt agnus manſuetus ad occiſionem, halah.

¶ Tēpore paſchali, Graduale omittitur, ⁊ additur ſequens ℣. Tibi gloria hoſanna: tibi triumphus ⁊ victoria: tibi ſumme laudis ⁊ honoris corona. Halleluiah.

Poſt Septuageſimam. Tractus.

Iſa. 53 Vere languores noſtros ipſe tulit, ⁊ dolores noſtros ipſe portauit. ℣. Et nos putauimus eum quaſi leproſum, ⁊ percuſſuꝫ a Deo, ⁊ humiliatū. ℣. Ipſe autē vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra. ℣. Diſciplina pacis ſuper eū: ⁊ liuore eiꝰ ſanati ſumus.

Sequētia ſci euang. ſm Johannē.

cap. 19. IN illo tempore. Sciens Jeſus quia iam omnia conſummata ſunt, vt conſummaretur ſcriptura, dixit, Sitio. Vas ergo poſitum erat aceto plenum. Illi autēꝫ ſpongiam aceto plenam, hyſſopo circumponentes, obtulerunt ori eius. Cū ergo accepiſſet Jeſus acetum, dixit, Conſummatum eſt. Et inclinato capite trādidit ſpirituꝫ. Judęi ergo, qm̄ paraſceue erat, vt non remanerent in cruce corpora ſabbatho (erat enīꝫ magnus dies ille ſabbathi) rogauerunt Pilatū, vt frangerentur eorum crura, ⁊ tollerentur. Venerunt ergo milites: ⁊ primi quidem fregerunt crura: ⁊ alterius, qui crucifixus eſt cuꝫ eo. Ad Jeſum autēꝫ cum veniſſent, vt viderunt eum iaꝫ mortuum, nō fregerunt eius crura, ſed vnus militum, lancea latus eius aperuit, ⁊ continuo exiuit ſanguis ⁊ aqua. Et qui vidit teſtimonium perhibuit: ⁊ verum eſt teſtimoniuꝫ eius.

Offert. Inſurrexerūt in me viri iniqui: abſque miſericordia quęſierunt me interfi-

cere: ⁊ non pepercerunt in faciem meam ſpuere, lanceis ſuis vulnerauerũt me, ⁊ cõcuſſa ſunt omnia oſſa mea. Secreta.

Oblatum tibi domine, ſacrificium, intercedente vnigeniti filij tui paſſione viuificet nos ſemper ⁊ muniat. Qui tecum viuit.

ps. 21. Communio. Foderunt manus meas, ⁊ pedes meos, dinumerauerunt omnia oſſa mea. Poſtcommunio.

Domine Ieſu Chriſte fili Dei viui, qui hora ſexta pro redẽptione mundi crucis patibulum aſcendiſti, ⁊ ſanguinem tuum pretioſum in remiſſionem peccatorum noſtrorum fudiſti: te humiliter deprecamur: vt poſt obitum noſtrũ, paradiſi ianuas, nos gaudenter introire concedas. Qui viuis, ⁊ reg.

¶ Miſſa votiua de Sãcta Maria, a Dominica i. Aduentus vſq; ad Natiuitatẽ Dñi. Introitus.

Iſa. 45 

Rorate cęli deſuper ⁊ nubes pluant iuſtum, aperiatur terra, ⁊ germinet ſaluatorẽ.

ps. 84. Ps. Benedixiſti domine terrã tuã, auertiſti captiuitatem Iacob. ℣. Gloria patri.

Oremus.

Deus, q de beatę Marię virginis vtero, verbum tuũ angelo nunciante carnẽ ſuſcipere voluiſti: pręſta ſupplicibus tuis: vt qui vere eam genitricẽ Dei credimus, eius apud te interceſſionibꝰ adiuuemur. Per eundem dominũ.

Lectio Iſaię prophetę.

In diebus illis: Locutus eſt dominus ad Achaz, dicens. Pete tibi ſignum a domino Deo tuo in profundum inferni, ſiue in excelſum ſupra. Et dixit Achaz. Nõ petam: ⁊ non tentabo dominũ. Et dixit. Audite ergo domus David. Nũquid parũ vobis eſt, moleſtos eſſe hominibus: quia moleſti eſtis ⁊ deo meo. Propter hoc, dabit dominus ipſe vobis ſignum. Ecce, virgo concipiet, ⁊ pariet filium, ⁊ vocabitur nomen eius, Emmanuel. Butyrum ⁊ mel cõmedet, vt ſciat reprobare malum, ⁊ eligere bonũ. 7. cap

Grad. Tollite portas principes veſtras: ⁊ eleuamini portę ęternales, ⁊ introibit rex glorię. ℣. Quis Aſcendet in montẽ Dñi: aut quis ſtabit in loco ſancto eius: innocẽs manibus, ⁊ mundo corde. Halleluiah, halleluiah. ℣. Aue Maria, gratia plena, dominus tecũ, benedicta tu in mulierib', hal'ah. ps. 23

Sequẽtia ſcti euãgel. ſm Lucam.

In illo tẽpore: Miſſus eſt angelus Gabriel a Deo in ciuitatem Galilęę, cui nomen Nazareth, ad virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Ioſeph, de domo David: ⁊ nomen virginis Maria. Et ingreſſus Angelus ad eã dixit. Aue, gratia plena, dominꝰ tecum: benedicta tu in mulieribus. Quę cum audiſſet, turbata eſt in ſermone eius, ⁊ cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait Angelus ei. Ne timeas Maria: inueniſti enim gratiam apud Deum: Ecce conci- Luc. 1.

pies

pies in vtero, ꝛ paries filiũ: ꝛ vocabis nomẽ ei⁹ Jeſuꝫ. Hic erit magnus: ꝛ filius altiſſimi vocabitur. Et dabit illi dñs De⁹ ſedẽ Dauid patris ei⁹: ꝛ regnabit in domo Jacob in ęternum: ꝛ regni eius non erit finis. Dixit autẽ Maria ad Angelum. Quomodo fiet iſtud, qm̃ virum nõ cognoſco? Et reſpondẽs Angelus, dixit ei. Spiritus ſanct⁹ ſuperueniet in te, ꝛ virtus altiſſimi obũbꝛabit tibi. Jdcoq; ꝛ qđ naſcetur ex te ſanctum vocabitur fili⁹ Dei. Et ecce Eliſabeth cognata tua, ꝛ ipſa concepit filium in ſenectute ſua. Et hic mẽſis eſt ſextus illi, quę vocatur ſterilis: qa nõ erit impoſſibile apud Deũ oẽ verbuꝫ. Dixit autẽ Maria, Ecce ancila dñi: fiat mihi ſecundum verbum tuuꝫ.

Offerto. Aue Maria, gratia plena, dominus tecũ: benedicta tu in mulieribus, ꝛ benedictus fructus ventris tui. Secreta.

In mentibus noſtris, quęſum⁹ dñe verę fidei ſacramẽta cõfirma: vt, qui conceptũ de virgine Deum verum ꝛ hominem confitemur: per eiuſdem ſalutiferę reſurrectionis potentiam, ad ęternam mereamur peruenire lętitiaꝫ. Per eundem dominum noſtrum.

Pꝛefatio. Et te in veneratione beatę Marię. fol. 112. quę in ſequentibus quoquę Miſſis de ſancta Maria dicitur.

Iſa. 7. Communio. Ecce virgo concipiet, ꝛ pariet filium, ꝛ vocabitur nomen eius Emmanuel. Poſtcommunio.

Gratiam tuã, q̃s dñe, mẽtibus noſtris infunde: vt qui, angelo nunciante, Chꝛiſti filij tui incarnationem cognouimus, per paſſionẽ eius ꝛ crucẽ, ad reſurrectionis gloꝛiã perducamur. Per eundem.

## A Natiuitate Domini vſq; ad Purificationem. Introitus.



Vultũ tuũ deprecabuntur oẽs diuites plebis: adducẽtur regi virgines poſt eã: proximę eius adducentur tibi in lętitia ꝛ exultatione. ps. Eructauit coꝛ meum verbũ bonum dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri. Oremus. ps. 44.

Deus, q ſalutis ęternę beatę Marię virginitate fęcũda, humano generi pmia pſtitiſti: tribue q̃s: vt ipſaꝫ p nobis itercedere ſentiamus: p quã meruimus auctoꝛẽ vitę ſuſcipere, dñm noſtrũ Jeſum Chꝛiſtum filium tuum. Qui tecuꝫ.

Lectõ epłę bti Pauli apli ad Titũ.

Chariſſimę: Apparuit benignitas, ꝛ humanitas, ſaluatoris noſtri Dei: non ex operibus iuſtitię quę fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericoꝛdiam ſaluos nos fecit: per lauacrum regenerationis ꝛ renouationis ſpirit⁹ ſancti, quẽ effudit in nos abunde, per Jeſuꝫ Chꝛiſtũ ſaluatoꝛẽ noſtrũ: vt iuſtificati gratia ipſius, hęredes ſimus ſecundum ſpem vitę ęternę: In Chꝛiſto Jeſu domino noſtro. ca. 3.

Grad. Speciosus forma pꝛę filijs hominum, diffuſa eſt gratia in labijs tuis. ℣. Eructauit coꝛ meum verbum bonum: dico ego opera mea regi: lingua mea calamus, ſcribę velociter ſcribentis. Halleluiah, halleluiah. ℣. ps. 44.

℟. Poſt partū virgo inuiolata permāſi-
ſti: Dei genitrix intercede pꝛo nobis, Hal.
Poſt Septuageſimam Tractus.
Gaude Maria virgo. vt in ſequēti miſſa.
Sequētia ſcti euāgelij ſm Lucam.
cap. 2. IN illo tpe: Paſtoꝛes loque-
bantur adinuicem. Trāſea-
mus vſque Bethlehem, ⁊ videa-
mus hoc verbū quod factum eſt,
quod fecit dñs, ⁊ oſtendit nobis.
Et venerunt feſtinantes: ⁊ inue-
nerunt Mariā ⁊ Joſeph, ⁊ infan-
tem poſitū in pꝛeſepio. Uidentes
autem, cognouerunt de verbo,
quod dictum erat illis, de puero
hoc. Et omnes qui audierunt, mi-
rati ſunt: ⁊ de his, que dicta erant
a paſtoribus ad ipſos. Maria au-
tem cōſeruabat omnia verba hec,
conferens in coꝛde ſuo. Et reuerſi
ſunt paſtoꝛes, gloꝛificantes ⁊ lau-
dantes Deum, in omnibus que
audierant ⁊ viderant: ſicut dictū
eſt ad illos.
Offertoꝛium. Felix nanque es ſacra
virgo Maria, ⁊ omni laude digniſſima:
quia ex te oꝛtus eſt ſol iuſtitie, Chꝛiſtus
Deus noſter. Secreta.
MUneribus noſtris, queſum⁹
domine pcibuſqꝫ ſuſceptis:
⁊ celeſtibus nos munda myſterijs,
⁊ clementer exaudi. Per dominū
noſtrum Jeſum Chꝛiſtum filium.
Communio. Beata viſcera Marie
virginis, que poꝛtauerunt eterni patris fi-
lium. Poſtcommunio.
HAc nos communio domine
purget a crimine: ⁊ intercedē
te beata Dei genitrice Maria: ce-
leſtis remedij faciat eſſe conſoꝛtes.
Per eundem dominum noſtrum.

A Purificatione vſque ad Pa-
ſcha. Introitus.
SAlue ſancta parens,
enixa puerpera regē,
qui celū, terramqꝫ re-
git in ſecula ſeculoꝛū.
Ps. Eructauit coꝛ ps. 44
meū verbum bonum:
dico ego opera mea
regi. ℣. Gloꝛia patri, ⁊ filio. Oremus.
COncede nos famulos tuos,
queſumus dñe Deus, perpe-
tua mentis ⁊ coꝛpoꝛis ſanitate gau
dere: ⁊ gloꝛioſa beate Marie ſem-
per virginis interceſſione: a pꝛeſen
ti liberari triſtitia, ⁊ eterna pfrui
letitia. Per dominum noſtrū Je.
Lectio libꝛi Sapientie.
AB initio ⁊ ante ſecula creata eccl. 24
ſum, ⁊ vſqꝫ ad futurum ſecu-
lum non deſinā: ⁊ in habitatione
ſancta, coꝛā ipſo miniſtraui. Et ſic
in Sion firmata ſum: ⁊ in ciuitate
ſanctificata ſimiliter requieui: ⁊ in
Jeruſalem poteſtas mea. Et radi
caui in populo honoꝛificato: ⁊ in
partes Dei mei hereditas illi⁹: ⁊ in
plenitudine ſanctoꝛū detētio mea.
Graduale. Benedicta ⁊ venerabilis es
virgo Maria: que ſine tactu pudoꝛis inuen
ta es mater ſaluatoꝛis. ℣. Uirgo Dei geni
trix, quem totus nō capit oꝛbis in tua ſe
clauſit viſcera factus homo. Haleluiah,
halah. ℣. Uirga Jeſſe floꝛuit: virgo, Deū
⁊ hominem genuit: pacem Deus reddi-
dit, in ſe reconcilians ima ſummis. Halah.
Poſt Septuageſimam. Tractus.
Gaude Maria virgo, cunctas hereſes ſo
la interemiſti. ℣. Que Gabꝛielis archan-
geli dictis credidiſti. ℣. Dum virgo Deū
⁊ hominem genuiſti: ⁊ poſt partum vir-
go

go inuiolata permanſiſti. ℣. Dei genitrix intercede pro nobis.

Sequētia ſancti euāg. ſm Lucam.

ca.11. IN illo tempore Loquēte Jeſu ad turbas, extollens vocem quedam mulier de turba dixit illi. Beatus venter qui te portauit, ⁊ vbera que ſuxiſti. At ille dixit. Quinimmo, beati qui audiūt verbum Dei, ⁊ cuſtodiunt illud.

Offertorium.

Felix namq; es ſacra virgo Maria, ⁊ omni laude digniſſima: quia ex te ortus eſt ſol iuſtitie, Chriſtus Deus noſter. Secreta.

Tua domine propitiatione, ⁊ beate Marie ſemper virginis interceſſione: ad perpetuam atq; preſentem, hec oblatio nobis proficiat proſperitatem, ⁊ pacē. Per dominum noſtrum Jeſum Chri.

Cōm. Beata viſcera Marie virginis, q̄ portauerūt eterni patris filium. Poſtcō.

Sumptis domine ſalutis noſtre ſubſidijs: da queſumus: beate Marie ſemper virginis patrocinijs nos vbiq; protegi: in cuius veneratione, hec tue obtulimus maieſtati. Per dominum no.

¶ A Paſcha vſq; ad Pentecoſtē.

Introitus.



Salue ſancta parēs enixa puerpera regē, qui celū, terramq; regit in ſecula ſeculorum, haleluiah.
ps.44. Ps. Eructauit cor meū verbū bonū: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria. Oremus.

Concede nos famulos tuos, q̄s dn̄e Deus perpetua mentis ⁊ corporis ſanitate gaudere: ⁊ glorioſa beate Marie ſemp virginis interceſſione, a p̄ſenti liberari triſtitia, ⁊ eterna perfrui letitia. Per.

Lectio libri Sapientie.

AB initio ⁊ ante ſecula creata ſum: ⁊ vſq; ad futurū ſeculū Eccleſ. ca.24.
nō deſinā: ⁊ in habitatione ſancta corā ipſo miniſtraui. Et ſic in Siō firmata ſum: ⁊ in ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui: ⁊ in Jeruſalē poteſtas mea. Et radicaui in populo honorificato: ⁊ in partes Dei mei hereditas illius: ⁊ in plenitudine ſanctorum detentio mea.

Halab, halab. ℣. Uirga Jeſſe floruit, virgo Deum ⁊ hominē genuit, pacem Deus reddidit, in ſe reconcilians ima ſummis. Halab. ℣. Aue Maria, gratia plena, dn̄s tecum, benedicta tu in mulieribus. Halab.

Sequētia ſcti euāg. ſm Johannē.

IN illo tempore: Stabant au- ca.19.
tem iuxta crucem Jeſu mater eius, ⁊ ſoror matris eius Maria Cleophe, ⁊ Maria Magdalene. Cum vidiſſet ergo Jeſus matrem, ⁊ diſcipulum ſtantem quem diligebat, dicit matri ſue. Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit diſcipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora, accepit eam diſcipulus in ſua.

Offertorium.

Beata es virgo Maria, que omnium portaſti creatorē: genuiſti qui te fecit, ⁊ in eternum permanes virgo, Halab. Secreta.

Tua dn̄e propitiatione, ⁊ beate Marie ſemp virginis interceſſione: ad perpetuam atque preſentē hec oblatio nobis proficiat pro-

pꝛoſperitatem ⁊ pacem. Per dominum noſtrum. Pꝛefatio. 112

**Communio.** Beata viſcera Marie virginis, que portauerunt eterni patris filiuꝫ. Halelniah. **Poſtcommunio.**

Sumptis domine ſalutis noſtre ſubſidijs: da, queſumus, beate Marie ſemper virginis patrocinijs nos vbiqꝫ pꝛótegi: in cuius veneratione, hec tue obtúlim⁹ maieſtati. Per dominum noſtruꝫ.

**A Pentecoſte vſqꝫ ad Aduentuꝫ.**

**Introitus.** 2.



Salue ſancta parẽs, enixa puerpera regẽ: qui celuꝫ, terramque regit in ſecula ſeculorum.
ps. 44. **ps.** Eructauit coꝛ meuꝫ verbum bonuꝫ: dico ego opera mea regi. **℣.** Gloꝛia patri. **Oꝛemus.**

Concede nos famulos tuos, queſumus domine Deus, perpetua mentis ⁊ coꝛpoꝛis ſanitate gaudére: ⁊ glorioſa beate Marie ſemper virginis interceſſione, a pꝛeſẽti liberari triſtitia, ⁊ eterna perfrui letitia. Per dominum noſtrũ.

Eccle. **Lectio libꝛi Sapientie.**
ca. 24. Ab initio ⁊ ante ſecula creata ſum: ⁊ vſqꝫ ad futurum ſeculum non deſinam: ⁊ in habitatione ſancta coꝛaꝫ ipſo miniſtraui. Et ſic in Sion firmata ſum: ⁊ in ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui: ⁊ in Jeruſalẽ poteſtas mea. Et radicaui in populo honoꝛificato: ⁊ in partes Dei mei hereditas illi⁹: ⁊ in plenitudine ſanctoꝝ detẽtio mea.

**Graduale.** Benedicta ⁊ venerabilis es virgo Maria: q̃ ſine tactu pudoꝛis inuẽta es mater ſaluatoꝛis. **℣.** Virgo Dei genitrix, quẽ totus non capit oꝛbis, in tua ſe clauſit viſcera factus homo. Haleluiah, haleluiah. **℣.** Poſt partum virgo inuiolata permanſiſti: Dei genitrix intercede pꝛo nobis, haleluiah.

**Sequẽtia ſancti euãg. ſm Lucam.**

In illo tempoꝛe. Loquẽte Jeſu ad turbas. Extollens vocem quedam mulier de turba, dixit illi. Beatus venter qui te poꝛtauit, ⁊ vbera que ſuxiſti. At ille dixit. Quinimo, beati qui audiunt verbum Dei, ⁊ cuſtodiunt illud. cap. 11.

**Offertoꝛium.**

Aue Maria gratia plena, dñs tecum: benedicta tu in mulieribus ⁊ benedictus fructus ventris tui. **Secreta.**

Tua domine pꝛopitiatione, ⁊ beate Marie ſẽper virginis interceſſione: ad perpetuam atqꝫ pꝛeſentem hec oblatio nobis pꝛoficiat pꝛoſperitatem ⁊ paceꝫ. Per dominum noſt. Pꝛefatio. 112.

**Communio.**

Beata viſcera Marie virginis: que poꝛtauerunt eterni patris filium. **Poſtcõmu.**

Sumptis domine ſalutis noſtre ſubſidijs: da, q̃s, beate Marie ſemp virginis patrocinijs nos vbiqꝫ pꝛotegi: in cuius veneratione, hec tue obtulimus maieſtati. Per dñm noſtrũ Jeſum Chꝛiſtũ.

¶ Alie Miſſe votiue pro diuerſis quacunque die dicende, niſi fuerit Dominica, vel officium duplex. Que tamen paſſim non dicantur niſi vrgenti de cauſa, vt ſupꝛa dictum eſt de alijs miſſis votiuis.

Miſſa

¶ Miſſa pro quacunq̃ neceſſitate. Introitus. I

S Alus populi ego ſu3, dicit dominus: de qua cũq3 tribulatione clamauerint ad me, exaudiam eos: ⁊ ero illorum dominus in perpetuũ. ps. Attendi te popule meus legem meam: inclinate aurem veſtram in verba oris mei. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto. Oremus.

I Neffabilẽ nobiſ domine miſericordiã tuã clemẽter oſtende: vt ſimul noſ, ⁊ a peccatiſ omnibus exuas: ⁊ a penis, quas pro hiſ meremur, eripias. Per dominum.

Lectio Jeremie prophete.

cap.41. S I iniquitates noſtre contenderint contra nos Domine: fac propter nomen tuum: quoniã multe ſunt auerſiones noſtre. Tibi peccauimus expectatio Jſrael, ſaluator ei⁹ i tẽpore tribulationiſ. Tu autẽ in nobis es dñe, ⁊ nomen tuũ inuocatũ eſt ſup nos: ne derelinquas nos, domine De⁹ noſter. Graduale. Liberaſti nos dñe ex affligẽtibus nos: ⁊ eos, qui nos oderunt, confudiſti. ℣. Jn Deo laudabimur tota die, ⁊ nomini tuo confitebimur in ſecula. Halleluiah, halah. ℣. Propitius eſto domine peccatis noſtris: nequando dicant gentes, vbi eſt Deus eorum? halleluiah.

¶ Tempore paſchali Graduale omittitur, ⁊ additur ſequẽs. ℣. Exaltabo, ⁊ letabor in miſericordia tua: quoniam reſpexiſti humilitatem meam: ſaluaſti de neceſſitatibus animam meam, halleluiah.

Poſt Septuageſimam. Tractus.

D E neceſſitatibus meis eripe me dñe, vide humilitatẽ meã, ⁊ laborẽ meũ: ⁊ dimitte oĩa peccata mea. ℣. Ad te dñe leuaui animã meã: De⁹ meus in te cõfido, nõ erubeſcã: neq3 irrideant me inimici mei. ℣. Etenim vniuerſi qui te expectant non confundentur: confundantur oẽs facientes vana.

Sequẽtia ſcti euãg. ſm Marcum.

I N illo tempore: Dixit Jeſus ca.11. diſcipulis ſuis. Habete fide3 Dei. Amen dico vobis, quia quicunq3 dixerit huic mõti, Tollere, ⁊ mittere in mare: ⁊ non heſitauerit in corde ſuo, ſed crediderit, qa quodcũq3 dixerit, fiat: fiet ei. Propterea dico vobis: Omnia q̃cunque orantes petitis, credite quia accipietis, ⁊ euenient vobis.

Offert. Si ambulauero in medio tribu ps.137 lationis, viuificabis me dñe, ⁊ ſuper irã inimicorum meorum extendes manum tuam, ⁊ ſaluum me fecit dextera tua. Secreta.

P Urificet noſ dñe, q̃s, munerĩſ preſentiſ oblatio: ⁊ dignoſ ſacra participatione perficiat. Per.

Cõmu. Memẽto verbi tui ſeruo tuo do 118.ps. mine, in quo mihi ſpem dediſti: hec me conſolata eſt in humilitate mea. Poſtcõmu.

P Reſta, q̃s dñe: vt terreniſ affectibuſ expiati: ad ſuperni plenitudinem ſacramẽti, cuius libauimus ſancta, tendamus. Per dñm.

¶ Miſſa pro peccatis. Jntroitus.

M Iſereris omnium do Sap. mine, ⁊ nihil odiſti eo 11. rum que feciſti: diſſimulans peccata hominum propter penitentiam, ⁊ parcens illis, quia tu es dominus Deus noſter. ps. Miſerere mei Deus, ps.56. miſerere mei, quoniam in te confidit anima

ma mea. ℟. Gloria patri, ⁊ ſi. Oremus.

EXaudi, q̄s dn̄e, ſupplicum preces, ⁊ confitentium tibi parce peccatis: vt pariter nobis indulgē tiā tribuas benign⁹, ⁊ pacē. Per.

Lcō eplē bti Pauli apli ad Rom.

ca.7. FRatres: Cōdelector legi dei ſecundum interiorem hominem. Uideo autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mētis mee: ⁊ captiuantē me in lege peccati, q̄ eſt in mēbris meis. Infelix ego homo, qs me liberabit de corpore mortis hui⁹? Gratia Dei p Jeſum Chriſtum dn̄m noſtrum.

ps.78. Graduale. Propitius eſto dn̄e peccatis noſtris, nequando dicant gētes, vbi eſt Deus eorum? ℣. Adiuua nos Deus salutaris noſter, ⁊ propter honorē nominis tui dn̄e libera nos. Alleluiah, halleluiah. ℣. Deus iudex, iuſtus, fortis, ⁊ patiens: nūquid iraſcetur per ſingulos dies? halleluiah.

¶ Tēpore paſchali, Graduale omittitur,
ps.50 ⁊ additur ſequens ℣. Auditui meo dabis gaudium, ⁊ letitiam, ⁊ exultabunt oſſa humiliata, halleluiah.

Poſt Septuageſimam. Tractus.

ps.129 De profundis clamaui ad te domine, domine exaudi vocem meam. ℣. Fiant aures tue intendentes in orationem ſerui tui. ℣. Si iniquitates obſeruaueris domine, domine, quis ſuſtinebit?

Sequētia ſcti euāgel. ſm Lucam.

cap.11. IN illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Petite, ⁊ dabitur vobis: querite, ⁊ inuenietis: pulſate, ⁊ aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: ⁊ qui querit, inuenit: ⁊ pulſanti aperietur. Quis autem ex vobis patrem petit panem, nūquid lapidē dabit illi? Aut piſcē: nūquid ſerpētē pro piſce dabit illi? Aut ſi petierit ouū: nunquid porriget illi ſcorpionem? Si ergo vos, cū ſitis mali, noſtis bona data dare filijs veſtris: quanto magis pater veſter de celo, dabit ſpiritum bonum petentibus ſe?

Offert. Domine exaudi orationē meā: ⁊ clamor meus ad te perueniat. Secre.

HOſtias tibi domine placationis ⁊ laudis offerimus: vt delicta noſtra miſeratus abſoluas, ⁊ nutantia corda tu dirigas. Per d.

Commu. Petite, ⁊ accipietis: querite, ⁊ inuenietis: pulſate, ⁊ aperietur vobis: omnis enim q petit, accipit: ⁊ q querit, inuenit: ⁊ pulſanti aperiet, halleluiah. Poſtcom.

PReſta nobis eterne ſaluator: vt pcipientes hoc munere veniam peccatorum, deinceps peccata vitemus. Per dominum noſtrū.

¶ Miſſa pro eligēdo ſummo Pōtifice ſede vacante dicitur de Spiritu ſancto, vel vt ſequitur.



Introitus.

SUſcitabo mihi ſacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum ⁊ animam meam faciet, ⁊ edificabo ei domum fidelem, ⁊ ambulabit coram Chriſto meo cunctis diebus. Ps. Memēto domine David, ⁊ omnis manſuetudinis eius. ℣.

℟. Gloria patri, ⁊ filio. Oremus.
Supplici dñe humilitate depo
ſcimus: vt ſacroſanctę Roma
nę eccleſię concedat pontificem il
lum tua immenſa pietas: qui ⁊ pio
in nos ſtudio ſemper tibi placeat,
⁊ tuo populo pro ſalubri regimi
ne ſit aſſidue ad gloriam tui nomi
nis reuerendus. Per dominum.
Lectó eplę b. Pauli apli ad Hebr.
c.4.⁊ 5. Fratres. Adeamus cum fidu
cia ad thronum gratię eius:
vt miſericordiam conſequamur, ⁊
gratiam inueniamus in auxilio op
portuno. Omnis nanque ponti
fex ex hominibus aſſumptus, pro
hominibus conſtituitur in his,
quę ſunt ad Deum: vt offerat do
na ⁊ ſacrificia pro peccatis. Qui cõ
dolére poſſit his qui ignorãt ⁊ er
rant, qm̃ ⁊ ipſe circũdatus eſt in
firmitate: ⁊ propterea debet, quẽ
admodum pro populo, ita ⁊ pro
ſemetipſo offerre ꝓ peccatis. Nec
quiſquam ſumit ſibi honorem: ſed
qui vocatur a Deo, tanquã Aarõ.
Sic ⁊ Chriſtus nõ ſemetipſuꝫ cla
rificauit, vt pontifex fieret: ſed qui
locutus eſt ad eũ: Filius meus es
tu, ego hodie genui te. Quẽadmo
dum, ⁊ in alio loco dicit. Tu es ſa
cerdos in ęternum, ſecundum or
dinem Melchiſedech. Qui in die
bus carnis ſuę, preces, ſupplicatio
neſqꝫ ad eum, qui poſſit eum ſal
uum facere a morte, cum clamore
valido ⁊ lacrymis offerens, exau
ditus eſt pro ſua reuerentia.
Leui. 21 Graduale. Pontifex ſacerdos magnus
inter fratres ſuos, ſuper cuius caput fuſuꝫ
eſt vnctionis oleum, ⁊ cuius manus in ſa
cerdotio conſecratę ſunt; veſtituſque eſt
ſanctis veſtibus: debuit per omnia fratri
bus ſimilari. ℣. Ut miſericors fieret, ⁊
fidelis pontifex ad Deum, vt repropitia
ret debita populi. Haleluiah, haleluiah.
℣. Sacerdos ſit ſanctus, ſicut ego ſuꝫ do
minus, qui ſanctifico vos, haleluiah.
Tẽpore paſchali Graduale omittitur,
⁊ additur ſequens ℣. Ego ſum paſtor bo Jo.10.
nus: ⁊ cognoſco oues meas, ⁊ cognoſcunt
me meę, haleluiah.
Poſt Septuageſimam. Tractus.
Surge dñe in requiem tuã, tu, ⁊ arca ſan Ps.131
ctificationis tuę. ℣. Sacerdotes tui in
duãtur iuſtitiã, ⁊ ſancti tui exultatione exul
tabunt. ℣. Propter David ſeruum tuum
non auertas faciem Chriſti tui.
Seq̃uẽtia ſcti euãg. ſm Johannẽ.
In illo tempore: Dixit Jeſus ca.14.
diſcipulis ſuis. Si diligitis me
mandata mea ſeruate. Et ego ro
gabo patrem, ⁊ aliũ paraclituꝫ da
bit vobis, vt maneat vobiſcum in
ęternũ, ſpiritũ veritatis, quẽ mun
dus non poteſt accipere, quia non
videt eum, nec ſcit eum. Uos autẽ
cognoſcetis eum: quia apud vos
manebit, ⁊ in vobis erit. Nõ relin
quam vos orphanos: veniam ad
vos. Adhuc modicũ, ⁊ mundus iã
me non videt. Uos autem videbi
tis me: qa ego viuo, ⁊ vos viuetis.
Offertorium.
Non participẽtur ſancta, donec exurgat 3 Eſdr. 5.d
pontifex in oſtenſione ⁊ veritate. Secre.
Tuę nobis dñe abũdãtia pie
tatis idulgeat: vt p ſancta mu
nera, quę tibi reuerẽter offerim⁹,
gratum maieſtati tuę pontificem,
ſanctę matris Eccleſię regimini
preeſſe gaudeamus. Per dominũ.
Commu-

## Communio.

V eſte ſancta vteř Pōtifer, q fuerit cōſti/
tutus, ⁊ qui ingredietur tabernaculū teſti/
moniȷ̈,vt miniſtret in ſanctuario. Poſtc.
PRetioſi corporiſ ⁊ ſanguiniſ
tui nos dñe ſacramēto reſe/
ctos mirifica tuę gratia maieſtatiſ
de illiuſ ſummi Pontificis confeſ/
ſione lętificet: qui ⁊ plebē tuā vir/
tutibus inſtruat, ⁊ fidelium mēteſ
ſpiritualium aromatū odore per/
fundat. Qui viuis ⁊ regnas.
¶ In die creationis, ⁊ coronationis Pa/
pę, ⁊ eiuſdem diei anniuerſario, dr̄ Miſſa
vt in Cathedra beati Petri. folio.169.
cū Ozone D eꝰ omniū fideliū.
omiſſis orationibꝰ SS. Petri ⁊ Pauli.
¶ In anniuerſario creationis epī dicitur
ſequens miſſa. Introitus. Sacerdotes tui.
de communi confeſſ. pontif. folio.232.
omiſſa oratione feſti, cuius loco dr̄ oratio.
D eꝰ omniū fideliū. ſicut p Papa,
⁊ vbi dr̄, Eccleſię tuę p̄eſſe voluiſti.
noīet eccleſiā cui pręeſt, dicēs: Eccleſię
N. vel huic pręeſſe voluiſti. Epl̄a dr̄
O mnis pontifex. de cōi confeſ. pon/
tifi. fol.232. ⁊ Euang. V idete, vigi/
late, ⁊ orate. de eodem cōi. fo.233.
¶ Miſſa ad tollendū ſchiſma, vel
pro quacūq; neceſſitate Eccleſię.

## Introitus.

SAluos nos fac dñe
Deus nr̄, ⁊ congrega
nos de nationibus: vt
cōfiteamur noī ſācto
tuo, ⁊ glorientur ī lau/
de tua. ps. Cōfitemi/
ni dño, qm̄ bonꝰ, qm̄ ī
ſeculū miſericordia eiꝰ. ℣. Gl. O remꝰ.
DEꝰ qui errata corrigis, ⁊ di/
ſperſa cōgregas, ⁊ cōgrega/
ta cōſeruas, q̄s, ſup populū Chri/
ſtianū tuę vnionis gratiā clemēter
infunde: vt diuiſione reiecta, vero
paſtori eccleſię tuę ſe vniens, tibi
digne valeat famulari. Per dñm.
Lcō eplę btī Pauli apl̄i ad Eph.
FRatres: Obſecro vos vt di/ ca.4.
gne ambuletis vocatione q̄
vocati eſtis, cū omni humilitate ⁊
manſuetudine, cū patiētia, ſuppor/
tantes inuicē in charitate: ſoliciti
ſeruare vnitatē ſpiritus in vincu/
lo pacis. Vnū corpus, ⁊ vnus ſpi/
ritus: ſicut vocati eſtis in vna ſpe
vocationis veſtrę. Vnus dñs, vna
fides, vnū baptiſma. Vnus Deus
⁊ pater omniū, qui eſt ſuper oēs, ⁊
per omnia, ⁊ in omnibus nobis.
Vnicuiq; aūt noſtrū data eſt gra/
tia ſecundū mēſuram donationis
Chriſti: donec occurramus oēs in
vnitatē fidei, ⁊ agnitionis filiȷ̈ Dei,
in virū pfectū, in menſuram ętatis
plenitudinis Chriſti: vt iā non ſi/
mus paruuli, fluctuantes, ⁊ circū/
feramur omni vento doctrinę, in
nequitia hominū, in aſtutia, ad cir/
cumuētionē erroris. Veritatē aūt
facientes in charitate, creſcamꝰ in
illo p omnia, qui eſt caput, Chriſtꝰ:
ex quo totū corpus cōpactū ⁊ cō/
nexū p oēm iuncturā ſubminiſtra
tionis, ſecundū operationē, in mē/
ſurā vniuſcuiuſq; mēbri augmen
tū corporis facit in ędificationem
ſui in charitate. Hoc igitur dico ⁊
teſtificor in dño: vt iam non ambu
letis ſicut ⁊ gentes ambulāt, in va
nitate ſenſus ſui, tenebris obſcura
tum habentes intellectū, alienati
a vita Dei per ignorantiā, quę eſt
in

in illis propter cęcitatē cordiſ ipſo
rū. Qui deſperantes, ſemetipſos
tradiderunt impudicitię, in opera
tionē immunditię omnis, in auari
tiā. Uos autē nō ita didiciſtis Chri
ſtum: ſi tamen illum audiſtis, ⁊ in
ipſo edocti eſtis: ſicut eſt veritas
in Chriſto Jeſu domino noſtro.
Graduale. Rogate, quę ad pacem ſunt
Jeruſalem: ⁊ abundantia diligentibus te.
℣. Fiat pax in virtute tua, ⁊ abundantia in
turribus tuis. Haleluiah, haleluiah. ℣.
Lauda Jeruſalem dominum, lauda Deuz
tuum Sion, haleluiah.
¶ Tēpore paſchali Graduale omittitur,
⁊ addit̄ ſequens. ℣. Qui poſuit fines tuoſ
pacem, ⁊ adipe frumēti ſatiat te, haleluiah.
Poſt Septuageſimam. Tractus.
Notus in Judęa Deus, in Iſrael magnū
nomē eius. ℣. Et factus eſt in pace locus
eius, ⁊ habitatio eius in Siō. ℣. Ibi cōfre
git potētias, arcū, ſcutū, gladium, ⁊ bellum.
Sequētia ſcti euāg. ſm Johānem.
ca.17 IN illo tempore: Subleuatis
Jeſus oculis in cęlum, dixit.
Pater ſancte, ſerua eos in nomi
ne tuo, quos dediſti mihi: vt ſint
vnum, ſicut ⁊ nos. Cum eſſem cuz
eis, ego ſeruabā eos i nomine tuo.
Quos dediſti mihi, ego cuſtodiui:
⁊ nemo ex eis periit, niſi filius pdi
tionis, vt ſcriptura impleret̄. Nūc
autem ad te venio: ⁊ hęc loquor in
mundo, vt habeant gaudiū meuz
impletū i ſemetipſis. Ego dedi eiſ
ſermonē tuū: ⁊ mundus eos odio
habuit, qa non ſunt de mūdo, ſicut
⁊ ego non ſum de mundo. Nō ro
go vt tollaſ eoſ de mūdo: ſed vt ſer
ues eos a malo. De mūdo nō ſunt:
ſicut ⁊ ego non ſum de mūdo. Sā
ctifica eos in veritate. Sermo tuꝰ,
veritas eſt. Sicut tu me miſiſti in
mundū, ita ⁊ ego miſi eos in mun
dum. Et pro eis ego ſanctifico me
ipſum: vt ſint ⁊ ipſi ſanctificati in
veritate. Non pro eiſ autē rogo tā
tum, ſed ⁊ ꝓ eis qui credituri ſunt
ꝑ verbum eorum in me: vt omnes
vnum ſint, ſicut tu pater in me, ⁊
ego in te: vt ⁊ ipſi in nobis vnum
ſint, vt credat mundus quia tu me
miſiſti. Et ego claritatem, quā de
diſti mihi, dedi eiſ: vt ſint vnū, ſicut
⁊ nos vnū ſumus. Ego in eis, ⁊ tu
in me: vt ſint conſummati in vnuz.
Offertorium. Vt vobis Deus idip
ſum ſapere in alterutrum: vt vnanimes, vno
ore, honorificetis Deum noſtrū. Secre.
MUnera hęc pro vnione popu
li Chriſtiani tibi dn̄e oblata
ſanctifica: per quę vnitatis ⁊ paciſ
in eccleſia tua nobis dona conce
de. Per dominum noſtrū Jeſum.
Communio. Unus panis ⁊ vnum cor
pus multi ſumus, omnes qui de vno pane
⁊ de vno calice participamus. Poſtcō.
HÆc tua domine ſumpta ſacra
communio, ſicut fidelium in
te vnionem prętignat: ſic in tua ec
cleſia vnitatis quęſumꝰ operetur
effectum. Per dominuz noſtrum.
¶ Miſſa cōtra paganoſ. Introit.
Exurge, quare obdor
mis domine: exurge,
⁊ ne repellas in finē.
quare faciē tuaz auer
tis: obliuiſceriſ tribu
lationez noſtrā: adhę
ſit in terra venter no
ſter: exurge Domine, adiuua nos, ⁊ libe
ra nos. Ps. Deus auribus noſtris audiui

mus, patres noſtri annunciauerunt nobis. ℣. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ ſpi. Oremus.

Omnipotens ſempiterne Deꝰ, in cuius manu ſunt omnium poteſtates, ꝛ omnium iura regnoꝝ, reſpice in auxilium Chriſtianoꝝ: vt gentes paganoꝛum, quę in ſua feritate confidunt, dexterę tuę potentia conterātur. Per dominuꝫ.

Epiſtola. In diebus illis: Orauit Mardochęus ad Dominū dicēs, vt in feria iiij. poſt ij. Dñicā Quadr. 40.

ps. 12. Grad. Sciāt gētes qm̄ nomē tibi Deus:
tu ſolus altiſſimus ſup oēm terrā. ℣. Deus
meus pone illos vt rotā, ꝛ ſicut ſtipulā an-
ps. 79. te faciē vēti. Hal. hal. ℣. Excita dñe po-
tētiā tuā, ꝛ veni: vt ſaluos facias nos: Hal.
Tēpoꝛe paſchali Graduale omittitur,
ps. 79. ꝛ dicitur ſequens ℣. Deus virtutum con
uertere, reſpice de cęlo, ꝛ vide, ꝛ viſita vi-
neam iſtam: ꝛ perfice eam quam plantauit
dextera tua, halleluiah.

Poſt Septuageſimam. Tractus.

ps. 78. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter, ꝛ pro-
pter gloꝛiam nominis tui domine libera
nos: ꝛ propitius eſto peccatis noſtris pro
pter nomen tuum. ℣. Ne forte dicant in
gentibus, vbi eſt Deus eoꝛum? ꝛ innote-
ſcat corā oculis noſtris. ℣. Ultio ſangui-
nis ſeruoꝛum tuoꝛum qui effuſus eſt, intret
in conſpectu tuo gemitus compeditoꝛum.

Euāg. Quis veſtrū habebit ami. vt in Rogationibus. folio 133.

ps. 17. Offertorium. Populum humilē ſaluū
facies, ꝛ oculos ſuperboꝛum humiliabis:
quoniā quis Deus pręter te dñe? Secre.

Sacrificiuꝫ dñe, quod immolamus intende: vt propugnatores tuos ab omni eruas paganoꝝ nequitia, ꝛ in tuę protectionis ſecuritate conſtituas. Per domi.

Cōmu. In ſalutari tuo anima mea: ꝛ in 118. ps.
verbū tuū ſperaui: quādo facies de pſequē-
tibus me iudiciū? iniqui perſecuti ſunt me,
adiuua me dñe Deus meus. Poſtcom.

Protectoꝛ noſter aſpice Deꝰ, ꝛ ppugnatoꝛes tuos a paganoꝝ defende periculis: vt ab omnibus perturbationibus ſemoti, liberis tibi mētibus ſeruiāt. Per.

¶ Miſſa tempoꝛe belli. Introit.

Reminiſcere miſerationum tuarum domine, ꝛ miſericoꝛdię tuę, quę a ſęculo ſunt: ne vnquam dominētur nobis inimici noſtri: libera nos Deus Iſrael ex omnibus anguſtijs noſtris. ps. Ad te dñe leuaui animā meā: Deꝰ meus in te cōfido, nō erubeſcā. ℣. Glia. Oremꝰ.

Deus qui cōnteris bella, ꝛ impugnatoꝛes in te ſperantiuꝫ potētia tuę defenſionis expugnas: auxiliare famulis tuis implorātibꝰ miſericoꝛdiā tuā: vt omniuꝫ inimicoꝝ feritate depreſſa, inceſſabili te gratiarū actione laudemus. Per.

Lectio Ieremię prophetę.

In diebus illis. Acceſſerunt ca. 42.
omnes principes bellatoꝛuꝫ,
dixeruntqꝫ ad Ieremiam prophe
tā. Ora pro nobis ad dñm Deum
tuū. Et factū eſt verbū dñi ad Iere
miā. Uocauitqꝫ Iohanā filiū Ca-
ree, ꝛ oēs principes bellatoꝛum, ꝛ
vniuerſum populū a minimo vſqꝫ
ad magnū. Et dixit ad eos. Hęc di
cit dñs Deꝰ Iſrael, ad quē miſiſtis
me, vt proſternerē preces veſtras
in cōſpectu eius. Si quieſcētes mā
ſeritis in terra hac, ędificabo vos,

τ non deſtruā: plātabo, τ nō euel/
lam. Jam enim placatus ſuꝫ ſuper
malo, quod feci vobis. Nolite time
re a facie regis Babylonis, quem
vos pauidi formidatis. Nolite time
re eū, dicit dñs: q̄a vobiſcū ſuꝫ ego,
vt ſaluos vos faciam, τ eruam de
manu eius. Et dabo vobis miſeri
cordias, τ miſerebor veſtri: τ ha/
bitare vos faciam in terra veſtra:
Dicit dominus omnipotens.

s.76 Grad. Tu es Deus, q̄ facis mirabilia ſo
lus: notā feciſti in gētibus virtutē tuam. ℣.
Liberaſti in brachio tuo populū tuū: filios
Iſrael τ Joſeph. Haleluiah, halah. ℣.
s.58. Eripe me de inimicis meis Deus meus, τ
ab inſurgētibus in me libera me, haleluiah.
¶ Tempore paſchali Graduale omitti/
s.58. tur: τ dicitur ſequens. ℣. Ego autem can
tabo fortitudinem tuam: τ exaltabo mane
miſericordiam tuam, haleluiah.

Poſt Septuageſimam. Tractus.
s.108 Domine non ſecundum peccata noſtra, quę
fecimus nos: neqꝫ ſecūdū iniquitates no-
s.87. ſtras retribuas nobis. ℣. Dñe ne memine
ris iniquitatum noſtrarum antiquarum,
cito anticipent nos miſericordię tuę, quia
pauperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua
nos Deus ſalutaris noſter: τ ꝓpter gloriā
nominis tui domine libera nos, τ propitius
eſto peccatis noſtris, propter nomen tuū.

Sequētia ſcti euāg. ſm Mattheū.
p.24. IN illo tempore: Acceſſerunt
ad Jeſum diſcipuli ſecreto di
cētes. Dic nobis, quādo hęc erūt?
τ quod ſignum aduentus tui, τ cō
ſummationis ſeculi? Et reſpon/
dens Jeſus, dixit illis. Uidete ne/
quis vos ſeducat. Multi enim ve/
nient in nomine meo, dicētes, Ego
ſum Chriſtus: τ multos ſeducent.
Audituri enim eſtis prelia, τ opi/
niones p̄liorū. Uidete ne contur/
bemini. Oportet enim hęc fieri:
ſed nondum eſt finis. Conſurget
enim gens in gentem, τ regnuꝫ in
regnum: τ erunt peſtilentię, τ fa/
mes, τ terręmotus per loca. Hęc
autem omnia, initia ſunt dolorum.

Offert. Populum humilē ſaluū facies Ps. 17.
dñe: τ oculos ſuperborum humiliabis: qm̄
quis Deus pręter te domine? Secreta.
SAcrificium dñe, quod immo
lamus intēde placatus: vt ab
omnibus nos eruat bellorum ne/
quitijs, τ in tuę protectionis ſecu/
ritate cōſtituat. Per dominū no.

Communio. Inclina aurem tuam, ac-
celera, vt eruas nos. Poſtcommunio.
DEus regnorum omnium, re
gumqꝫ dñator: qui nos τ per
cutiendo ſanas, τ ignoſcendo con
ſeruas: prętende nobis miſericor/
diam tuaꝫ: vt tranquillitate pacis,
tua poteſtate ſeruata, ad remedia
correctionis vtamur. Per domi.

¶ Miſſa pro pace. Introitus.
DA pacem domine ſu-
ſtinentibus te, vt pro-
phetę tui fideles in-
ueniantur: exaudi pre
ces ſerui tui, τ plebis
tuę Iſrael. Ps. Lęta-
tus ſum in his quę di
cta ſunt mihi: in domum domini ibimus.
℣. Gloria patri. Oremus.
DEus, a quo ſancta deſideria,
recta cōſilia, τ iuſta ſunt ope
ra: da ſeruis tuis illaꝫ, quā mūdus
dare non poteſt, pacem: vt τ corda
noſtra mandatis tuis dedita: τ ho
ſtiū ſublata formidine, tēpora ſint

tua ꝓtectione trāquilla. Per d.

Lectio libri Machabeorum.

2.ca.1. In diebus illis. Orationē faciebāt ſacerdotes, dū offerrent ſacrificiū pro populo Iſrael, Jonatha inchoante, ceteris autē reſpondentibus, ⁊ dicentibus. Benefaciat vobis Deus: ⁊ meminerit teſtamenti ſui, quod ad Abrahā, Iſaac, ⁊ Jacob, locutus eſt ſeruorum ſuorū fideliū: ⁊ det vobis cor omnibus, vt colatis eum, ⁊ faciatis eius voluntatē. Adaperiat cor veſtrum in lege ſua, ⁊ in preceptis ſuis: ⁊ faciat pacē. Exaudiat orationes veſtras, ⁊ reconcilietur vobis, nec vos deſerat in tempore malo: dominus Deus veſter.

121.ps. Grad. Rogate, que ad pacē ſunt Jeruſalē: ⁊ abundantia diligentibus te. ℣. Fiat pax in virtute tua, ⁊ abundantia in turribus

146.ps. tuis. Haleluiah, halel. ℣. Lauda Jeruſalem dn̄m, lauda Deū tuum Sion, halel.

¶ Tēpore paſchali, Graduale omittitur, ⁊ dicitur ſequens ℣. Qui poſuit fines tuos pacem, ⁊ adipe frumenti ſatiat te, hal.

Poſt Septuageſimam. Tractus.

75.ps. Notus in Judea Deus, in Iſrael magnū nomē eius. ℣. Et factus eſt in pace locus eius, ⁊ habitatio ei⁹ in Siō. ℣. Ibi cōfregit potentias, arcū, ſcutū, gladiū, ⁊ bellum.

Sequētia ſancti euāg. ſm Johānē.

20.cap. In illo tēpore: Cum ſero eſſet die illo, vna ſabbathorum, ⁊ fores eſſent clauſe, vbi erant diſcipuli congregati propter metū Judeorū: venit Jeſus, ⁊ ſtetit in medio, ⁊ dixit eis. Pax vobis. Et cū hoc dixiſſet, oſtendit eis manus ⁊ latus. Gauiſi ſunt ergo diſcipuli viſo domino. Dixit ergo eis iterum. Pax vobis. Sicut miſit me pater, ⁊ ego mitto vos. Hec cū dixiſſet inſufflauit: ⁊ dixit eis, Accipite ſpiritū ſanctum. Quorū remiſeritis peccata, remittuntur eis: ⁊ quorum retinueritis, retenta ſunt.

Offertorium. Laudate dominū, quia benignus eſt: pſallite nomini eius, quoniā ſuaue eſt: omnia quecunqꝫ voluit, fecit in celo, ⁊ in terra. ps.13

Secreta.

Deus, qui credentes in te populos nullis ſinis cōcuti terroribus: dignare preces ⁊ hoſtias dicate tibi plebis ſuſcipere: vt pax a tua pietate cōceſſa, chriſtianorū fines ab omni hoſte faciat eſſe ſecuros. Per dominum noſtrum ⁊c.

Cōmu. Pacem meam do vobis: pacem meam relinquo vobis. Jo.1.

Poſtcom.

Deus auctor pacis, ⁊ amator: quem noſſe, viuere: cui ſeruire, regnare eſt: ꝓtege ab omnibus impugnationib⁹ ſupplices tuos, vt, q in defenſione tua confidimus, nullius hoſtilitatis arma timeamus. Per dominum noſtrum. ⁊c.

¶ Miſſa pro vitanda mortalitate.

Introitus.

Recordare domine teſtamenti tui, ⁊ dic angelo percutiēti, Ceſſet iam manus tua, ⁊ non deſoletur terra, ⁊ ne perdas omnē animam viuentem. Ps. 1.Re. 24.

Qui regis Iſrael, intende, qui deducis velut ouē Joſeph. ℣. Gloria. Oremus. ps.79

Deus, qui nō mortem, ſed penitētiā deſideras peccatorū: populum tuum ad te reuertentē propitius reſpice: vt, dum tibi de-

uotus

uotus exiſtit, iracundie tue flagella
ab eo amoueas. Per dominum.

Lectio libri Regum.

Re.2 IN diebus illis. Immiſit dñs
peſtilẽtiá in Iſrael, de mane
vſq3 ad tẽpus conſtitutũ: ⁊ mortui
ſunt ex populo, a Dan vſq3 Berſa
bee, ſeptuagita millia virorũ. Cũ-
que extendiſſet manũ ſuam ange-
lus dñi ſuper Jeruſalẽ, vt diſperde
ret eá: miſertus eſt dñs ſuper affli-
ctionẽ populi ſui, ⁊ ait angelo per-
cutiẽti, Súfficit nunc. Cóntine ma-
nũ tuá. Erat aũt angelus dñi, iux-
ta áreã Aréuna Jebuſei. Dixitq3
Dauid ad Dñm: cũ vidiſſet angelũ
cedentẽ populũ. Ego ſum qui pec
caui: ego, qui inique egi, Iſti, qui
oues ſunt, quid fecerunt? Verta-
tur óbſecro manus tua cótra me: ⁊
contra domum patris mei. Venit
autẽ Gad ꝓpheta ad Dauid in die
2 illa, ⁊ dixit ei. Aſcende, ⁊ conſtitue
altare Domino i area Aréuna Je
buſei. Et aſcẽdit Dauid, iuxta ſer-
monem Gad, quem preceperat ei
Dñs. Et propitiatus eſt Dñs ter-
re, ⁊ cohibita eſt plaga ab Iſrael.

Ps.106 Grad. Miſit dñs verbũ ſuum, ⁊ ſanauit
eos: ⁊ eripuit eos de morte eorũ. ℣. Con-
fiteantur dño miſericordie eius, ⁊ mirabilia
eius filijs hominum. Halleluiah, hallah.
Ps. 68. ℣. Saluum me fac Deus, qm̃ intrauerunt
aque vſque ad animam meam, halleluiah.

Tẽpore paſchali Graduale omittitur,
⁊ dicitur ſequens ℣. Saluabo populum
meum Iſrael in die malo: ⁊ ero eis in Deũ,
in veritate ⁊ iuſtitia, halleluiah.

Poſt Septuageſimam. Tractus.

Ps.102 DNe non ſecundum peccata noſtra, que
fecimus nos: neq3 ſecundũ iniquitates no-
ſtras retribuas nobis. ℣. Dñe ne memine- Ps.87.
ris iniquitatum noſtrarum antiquarum, ci-
to anticipent nos miſericordie tue, quia
pauperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua
nos Deus ſalutaris noſter: ⁊ ꝓpter gloriã
nominis tui domine libera nos, ⁊ propiti⁹
eſto peccatis noſtris propter nomen tuũ.

Euãg. Surgẽs Jeſus de ſynago
ga introiuit in domum Simonis,
in feria v. Dñice tertie Quadra. folio 47.

Offert. Stetit põtifex inter mortuos ⁊
viuos: habẽs thuribulũ aureũ in manu ſua:
⁊ offerens incenſi ſacrificium, placauit irã
Dei, ⁊ ceſſauit quaſſatio á dño. Secreta.

SUbueniat nobis dñe ſacrificij
pñſentis oblatio: que nos ⁊ ab
erroribus vniuerſis potẽter abſol
uat, ⁊ a totius eripiat perditionis
incurſu. Per dñm. Communio.

Multitudo languẽtiũ, ⁊ qui vexabantur á Jo.33
ſpiritibus immundis, veniebant ad eũ: qa
virt⁹ de illo exibat, ⁊ ſanabat oẽs. Poſtcó.

EXaudi nos De⁹ ſalutaris no
ſter: ⁊ populũ tuũ ab iracun-
die tue terrorib⁹ liberũ, miſericor-
die tue fac largitate ſecuruz. Per.

Miſſa pro infirmis. Introitus.

EXaudi Deus oratio- Ps.54.
nem meam, ⁊ ne de-
ſpexeris deprecationẽ
meam: intende in me,
⁊ exaudi me. Ps. Cõ-
triſtatus ſum in exer-
citatione mea, ⁊ con-
turbatus ſum à voce inimici, ⁊ à tribulatio-
ne peccatoris. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊
ſpiritui ſancto. Oremus.

OMnipotẽs ſempiterne De⁹,
ſalus eterna credentiũ, exau
di nos pro famulis tuis infirmis: p
quibus miſericordie tue implora-

inus auxilium: vt reddita ſibi ſani
tate: gratiaruȝ tibi in Eccleſia tua
referant actiones. Per dominum.
Lectio epiſtole beati Iacobi apli.
cap. 5. FRatres. Triſtatur aliquis ve
ſtrum? oret. Æquo animo eſt?
pſallat. Infirmatur quis in vobis?
īducat preſbyteros eccleſie, ⁊ orēt
ſuper eum, vngentes cum oleo in
nomine Domini. Et oratio fidei
ſaluabit infirmum, ⁊ alleuiabit eū
dominus: ⁊, ſi in peccatis fuerit, di
mittentur ei. Confitemini ergo al
terutrum peccata veſtra: ⁊ orate
pro inuiceȝ, vt ſaluemini. Gradua.
ps. 6. Miſerere mei dn̄e qm̄ infirmus ſum: ſana
me dn̄e. ℣. Conturbata ſunt oīa oſſa mea,
⁊ anima mea turbata eſt valde. Hal'ah, ha
leluiah. ℣. Dn̄e exaudi orationem meam,
ps. 101 ⁊ clamor meus ad te veniat, Halleluiah.
Verſus tpe Paſchali, ⁊ Trac. poſt Se
ptuag. vt ſupra in miſſa tpe belli. fol. 249.
Euāg. Cū introiſſet Ieſus caph.
vt in feria quinta poſt Cineres. folio. 29.
Offertorium. Exaudi Deus orationē
ps. 54. meam, ⁊ ne deſpexeris deprecationem meā:
intende in me, ⁊ exaudi me. Secreta.
DEus, ſub cuius nutibus vite
noſtre momenta decurrunt,
ſuſcipe preces ⁊ hoſtias famulorū
tuoruȝ, pro quibus egrotantibus
miſericordiam tuaȝ imploramus,
vt de quoruȝ periculo metuimus,
de eorum ſalute letemur. Per do.
Communio. Illumina faciem tuam
ps. 30. ſuper ſeruum tuum, ⁊ ſaluum me fac in tua
miſericordia domine: non confundar, quo
niam inuocaui te. Poſtcommunio.
DEus infirmitatis humane ſin
gulare preſidium: auxilij tui
ſuper infirmos famulos tuos oſtē
de virtutē: vt, ope miſericordie tue
adiuti: eccleſie tue ſancte incolu
mes, repreſentari mereātur. Per.
¶ Miſſa pro ſpōſo ⁊ ſpōſa. Intr.
DEus Iſrael coniun
gat vos: ⁊ ipſe ſit vo
biſcum qui miſertus
eſt duobus vnicis: ⁊
nūc Domine fac nos
plenius benedicere te.
ps. Beati omnes, qui
timent dominum: qui ambulant in vijs ei⁹.
℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpi. Oremus.
DEus, qui tam excellenti my
ſterio coniugalē copulā con
ſecraſti, vt Chriſti ⁊ Eccleſie ſacra
mentum preſignares in federe nu
ptiaruȝ: preſta queſumus: vt quod
noſtro miniſtratur officio, tua bene
dictione poti⁹ impleatur. Per eūdē.
Lctō eplē b. Pauli apli ad Ephe.
FRatres: Mulieres viris ſuis
ſubdite ſint, ſicut dn̄o: quoniā ca. 5
vir caput eſt mulieris: ſicut Chri
ſtus caput eſt Eccleſie. Ipſe ſalua
tor corporis eius: Sed ſicut eccle
ſia ſubiecta eſt Chriſto: ita ⁊ mulie
res viris ſuis in omnib⁹. Viri dili
gite vxores veſtras, ſicut ⁊ Chriſt⁹
dilexit eccleſiaȝ, ⁊ ſeipſum tradidit
p ea: vt illā ſanctificaret, mundans
eaȝ lauacro aque in verbo vite, vt
exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccle
ſiā, non habentē maculā, aut rugā,
aut aliqd huiuſmodi: ſed vt ſit ſan
cta ⁊ immaculata. Ita ⁊ viri debēt
diligere vxores ſuas, vt corpa ſua.
Qui ſuā vxorē diligit, ſeipſum dili
git. Nemo eniȝ vnquā carnem ſuā
odio habuit: ſed nutrit ⁊ fouet eā,
ſicut ⁊ Chriſtus eccleſiam. Quia
membra

membra ſumus corporis eius, de carne eius, ⁊ de oſſibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem ⁊ matrē ſuá: ⁊ adherebit vxori ſuę. Et erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum eſt. Ego autem dico in Chriſto ⁊ in Eccleſia. Ueruntamen, ⁊ vos ſinguli, vnuſquiſque vxorem ſuá ſicut ſeipſum diligat: vxor autē timeat virū ſuū.

Ps. 127 Grad. Uxor tua ſicut vitis abundãs in lateribus domus tuę. ℣. Filij tui ſicut nouellę oliuarū in circuitu mēſę tuę. Halah, halah. ℣. Mittat vobis dñs auxilium de ſancto, ⁊ de Sion tueatur vos, haleluiah.

¶ Tēpore paſchali Graduale omittitur; ⁊ additur ſequēs ℣. Benedicat vobis dñs ex Sion, qui fecit celuʒ, ⁊ terram, haleluiah.

Poſt Septuageſimam. Tractus:

Ps. 127 Ecce ſic bñdicet oīs homo, q timet dñʒ. ℣. Benedicat tibi dñs ex Siō: ⁊ videas bona Jeruſalē oībus diebus vitę tuę. ℣. Et videas filios filiorum tuor: pax ſup Jſrael.

Sequētia ſcti euāg. ſm Mattheū.

Ma. 19. In illo tpe: Acceſſerūt ad Jeſum phariſei tentãtes eū, ⁊ dicentes. Si licet homini dimittere vxorē ſuá quacūqʒ ex cauſa? Qui reſpōdēs, ait eis. Nō legiſtis, quia q fecit hominez ab initio, maſculū ⁊ fęminá fecit eos? Et dixit. Propter hoc relinquet homo patrē ⁊ matrem, ⁊ adherebit vxori ſuę: ⁊ erūt duo in carne vna. Jtaqʒ iam nō ſunt duo, ſed vna caro. Qd ergo Deꝰ ꝯiunxit homo nō ſeparet.

Offerto. In te ſperaui dñe: dixi, tu es Deus meꝰ: in manibus tuis tpa mea. Sec.

Suſcipe, q̄s domine, pro ſacra cōnubij lege munus oblatū: ⁊, cuius largitor es muneris, operis eſto diſpoſitor. Per dominum.

¶ Dicto Pr nr. Sacerdos anteq̄ dicat Libera nos q̄ſu. ſtans in cornu epl'ę, verſus ſpōſum ⁊ ſpōſaʒ ante altare genuflexos dicit ſuper eos ſequ. orōnē. Oremꝰ.

Propitiare dñe ſupplicationibus noſtris: ⁊ inſtitutis tuis, quibus propagationē humani generis ordinaſti, benignus aſſiſte: vt quod te auctore iungitur, te auxiliante ſeruetur. Per d. Oremus.

Deus, qui poteſtate virtutis tuę de nihilo cūcta feciſti, q diſpoſitis vniuerſitatis exordijs, homini ad imaginem Dei facto, ideo inſeparabile mulieris adiutoriuʒ condidiſti: vt femineo corpori de virili dares carne principium, docens quod ex vno placuiſſet inſtitui, nūquam licére diſiungi: Deus, qui tam excellenti myſterio coniugalem copulam cōſecraſti: vt Chriſti ⁊ eccleſię ſacramentuʒ pręſignares in fędere nuptiarum: Deus, per quem mulier iungitur viro: ⁊ ſocietas principaliter ordinata, ea benedictione donatur, quę ſola, nec per originalis peccati pęnam, nec per diluuij eſt ablata ſentētiá: Reſpice propitius ſuper hanc famulam tuam, quę maritali iungenda conſortio, tua ſe éxpetit protectione muniri. Sit in ea iuguʒ dilectionis ⁊ pacis: fidelis ⁊ caſta nubat in Chriſto, imitatrixqʒ ſanctaruʒ permaneat fęminarū. Sit amabilis, vt Rachel, viro ſuo: Sapiēs, vt Rebecca: Longęua ⁊ fidelis, vt Sara: Nihil in ea ex actibꝰ ſuis ille auctor p̄uaricationis vſurpet. Nexa fidei, mādatiſqʒ permaneat, vni

thoro iuncta, Cõtactus illicitos fugiat. Muniat infirmitatẽ ſuã robore diſcipline. Sit verecundia grauis: pudore venerabilis, doctrinis celeſtib⁹ erudita. Sit fecũda in ſobole, ſit probata ⁊ innocẽs. Et ad beatorũ requiẽ atqꝫ ad celeſtia regna perueniat. Ut videãt ambo filios filiorũ ſuorũ, vſqꝫ ad tertiaꝫ, ⁊ quartã generationeꝫ: ⁊ ad optatã perueniant ſenectuteꝫ. Per dñm.

Tunc conuerſus ad mediũ altaris, frãgat hoſtiã more ſolito, ⁊ proſequatur Miſſam.

Ps. 127 Commu. Ecce ſic benedicetur omnis homo, qui timet dñm: ⁊ videas filios filiorũ tuorum pax ſuper Iſrael. Poſtcommu.

Queſumus omnipotẽs Deus, inſtituta prouidentie tue pio fauore comitare: ⁊ quos legitima ſocietate connectis, longeua pietate cuſtodi. Per dominum noſtruꝫ. Poſt, Ite miſſa eſt.

Sacerdos antequã det benedictionem conuerſus ad ſponſum ⁊ ſponſam dicat.

Deus Abrahã, Deus Iſaac, ⁊ Deus Iacob ſit vobiſcũ: ⁊ ipſe adimpleat benedictionem ſuaꝫ in vobis: vt videatis filios filioruꝫ veſtrorum, vſqꝫ ad tertiaꝫ ⁊ quartam generationem: ⁊ poſtea vitaꝫ eternam habeatis ſine fine, adiuuãte domino noſtro Ieſu Chriſto, Qui cuꝫ patre ⁊ ſpiritu ſancto. ⁊c.

¶ Moneat Sacerdos oratione graui, vt ſibimetipſis ſeruẽt fidem: Orationis tempore, ⁊ preſertim ieiuniorum, ac ſolennitatum, caſti maneant: ⁊ vir vxorem, atque vxor virum diligat: ⁊ in timore Dei permaneant. Poſtea eos aſpergat, ⁊ det benedictionem: ⁊ dicat, vt ſolitũ eſt, euangeliuꝫ ſancti Iohannis. In principio erat.

# ORATIONES DIVERSAE

Dicende in Miſſa ad libitum Sacerdotis cum ijs que in proprijs miſſis aſſignãtur, quando non eſt duplex.

Ad poſcẽda ſuffragia Scõꝝ. Oro.

Concede, queſumus omni 1
potẽs Deus: vt interceſſio nos ſancte Dei genitricis Marie, ſanctorũqꝫ omniũ, apoſtolorum, martyrum, confeſſorũ atqꝫ virginũ: ⁊ omnium electorum tuorum, vbique letificet: vt, dum eoruꝫ merita recolimus, patrocinia ſentiamus. Per eundeꝫ. Secreta.

Oblatis dñe placare muneribus: ⁊ intercedentibus omnibus ſanctis tuis, a cũctis nos defende periculis. Per do. Poſtcõ.

Sumpſim⁹ dñe, beate Marie ſemp virginis ⁊ omnium ſanctorũ tuorũ memoriã recolentes, ſacramenta celeſtia: preſta, queſumus: vt, quod tẽporaliter gerim⁹, eternis gaudijs cõſequamur. Per do.

Alia Oratio vt ſupra. Oratio.

A cunctis nos, queſum⁹ do 2
mine, mentis ⁊ corporis defende periculis: ⁊ intercedẽte glorioſa virgine Dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro, ⁊ Paulo, atqꝫ beato N. ⁊ omnibus ſanctis: ſalutem nobis tribue benignus, ⁊ pacem: vt deſtructis aduerſitatib⁹, ⁊ errorib⁹ vniuerſis: eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat libertate. Per eũd. Sec.

Exaudi nos De⁹ ſalutaris noſter: vt, p huius ſacramẽti virtutem, a cunctis nos mentis ⁊ corporis

poris hoſtibus tuearis, gratiā tri-
buens in pręſenti, ⁊ gloriam in fu-
turo. Per dominum. Poſtcōmu.
Mundet ⁊ muniat nos quęſu-
mus dn̄e, diuini ſacramenti
munus oblatū: ⁊ intercedēte bea-
ta virgine Dei genitrice Maria,
cū beatis apoſtolis tuis Petro, ⁊
Paulo, atq; beato N. ⁊ oibus ſan-
ctis: a cūctis nos reddat, ⁊ peruer-
ſitatibꝰ expiatos, ⁊ aduerſitatibꝰ
expeditos. Per eundem dominū.

Pro omni gradu Eccleſię. Orō.

3 Omnipotēs ſempiterne Deꝰ,
cuiꝰ ſpiritu totū corpus Ec-
cleſię ſāctificatur ⁊ regitur: exau-
di nos ꝓ vniuerſis ordinibus ſup-
plicātes: vt gratię tuę munere, ab
omnibus tibi gradibꝰ fideliter ſer-
uiatur. Per do. in vni. eiuſ. Secre.
Da famulis tuis dn̄e indulgē-
tiā peccatorū, cōſolationē vi-
tę, gubernationē perpetuā: vt tibi
ſeruiētes, ad tuā iugiter miſericor-
diā peruenire mereātur. p. Poſtc.
Libera, quęſumus dn̄e, a pec-
catis, ⁊ hoſtibus, tibi famulos
ſupplicantes: vt in ſancta conuer-
ſatione viuentes, nullis afficiantur
aduerſis. Per dominum noſtrū.

Pro Papa. Oratio.

4 Deus omnium fideliū paſtor
⁊ rector: famulum tuum N.
quem paſtorem Eccleſię tuę prę-
eſſe voluiſti, ꝓpitius reſpice: da ei,
quęſumus, verbo ⁊ exemplo, qui-
bus pręeſt proficere: vt ad vitam,
vna cum grege ſibi credito, perue-
niat ſempiternam. Per. Secreta.
Oblatis, quęſumus dn̄e, placa-
re muneribus: ⁊ famulū tuū
N. quem paſtorē Eccleſię tuę prę-
eſſe voluiſti, aſſidua protectione
guberna. Per dominum. Poſtc.
Hęc nos, quęſumus domine,
diuini ſacramenti perceptio
protegat: ⁊ famulum tuū N. quē
paſtorē Eccleſię tuę pręeſſe volui-
ſti, vna cum cōmiſſo ſibi grege ſal-
uet ſemper ⁊ muniat. Per dn̄m.

Pro Imperato Oratio.

Deus regnorū omniū, ⁊ Chri- 5
ſtiani maxime protector im-
perij: da ſeruo tuo Imperatori no-
ſtro N. triumphū virtutis tuę ſciē-
ter excolere: vt qui tua cōſtitutio-
ne eſt princeps, tuo ſemper mune-
re ſit potens. Per dn̄m. Secreta.
Suſcipe dn̄e pces ⁊ hoſtias Ec-
cleſię tuę, ꝓ ſalute famuli tui
ſupplicātis: ⁊ in protectione fide-
lium populorum antiqua brachij
tui operare miracula: vt ſuperatis
pacis inimicis, ſecura tibi ſeruiat
chriſtiana libertas. Per. Poſtc.
Deus, qui ad prędicādū ęter-
ni regis euangeliū, Romanū
imperium pręparaſti: prętende fa-
mulo tuo Imperatori noſtro N.
arma cęleſtia: vt pax Eccleſiarum
nulla turbet tēpeſtate bellorū. p.

Pro Rege. Oratio.

Quęſumus ops Deus: vt fa- 6
mulus tuus N. Rex noſter,
qui tua miſeratione ſuſcepit regni
gubernacula: virtutū etiam om-
nium percipiat incremēta: quibus
decenter ornatus, ⁊ vitiorū mon-
ſtra deuitare, ⁊ ad te, qui via, veri-
tas, ⁊ vita es, gratioſus valeat per-
uenire. Per dn̄m. Secreta.
Munera, quęſumus dn̄e, obla-
ta

ta ſanctifica: vt, ⁊ nobis vnigeniti
tui corpus ⁊ ſanguis fiant: ⁊ Regi
noſtro ad obtinendam animę cor-
poriſq; ſalutem, ⁊ ad peragendū
iniunctum officium, te largiente,
vſquequaq; proficiant. Per eun-
dem dominum. Poſtcommunio.

HÆc dñe oblatio ſalutaris fa-
mulum tuum N. Regem no-
ſtrū ab omnibus tueatur aduer-
ſis: quatenus eccleſiaſticę pacis ob
tineat tranquillitatē: ⁊ poſt iſtius
tēporis decurſum, ad ęternā per-
ueniat hęreditatem. Per dñm.

Pro prelatis, ⁊ congregationi-
bus eis commiſſis. Oratio.

7 OMnipotēs ſempiterne Deus,
qui facis mirabilia magna ſo
lus: prętende ſuper famulos tuos,
⁊ ſuper congregationes illis com-
miſſas, ſpiritum gratię ſalutaris: ⁊,
vt in veritate tibi placeāt, ppetuū
eis rorem tuę benedictionis infun
de. Per dñm. in vnitate eiuſ. Sec.

HOſtias dñe famulorum tuo-
rum placatus intēde: ⁊, quas
in honorē nominis tui deuota mē
te pro eis celebramus, pficere ſibi
ſentiant ad medelā. Per. Poſtcō.

QUos cęleſti recreas munere,
perpetuo dñe comitare prę-
ſidio: ⁊, quos fouere non deſinis,
dignos fieri ſempiterna redēptio-
ne concede. Per dominum noſtr.

Pro cōgregatione ⁊ familia. Orō.

8 DEfende, qs dñe, beata Ma-
ria ſemper virgine interce-
dente, iſtam ab omni aduerſitate
familiam: ⁊ toto corde tibi proſtra
tam, ab hoſtium propitius tuēre
clemēter inſidijs. Per dñm. Sec.

SUſcipe, qs, clementer, omni-
potens Deus, oblationē no-
ſtrę deuotionis: ⁊ per virtutem hu
ius ſacramenti, famulos tuos a cū-
ctis protege aduerſitatibus. Per
dominum noſtrum. Poſtcommu.

SUmptis redēptionis noſtrę
muneribus: pręſta, qs ōps
Deus: eorū nobis celebratione tuę
protectionis contra omnes aduer
ſitates ſubſidium. Per dominum.

Pro concordia in congregatione
ſeruanda. Oratio.

DEus largitor pacis, ⁊ amator 9
charitatis: da famulis tuis ve
rā cū tua voluntate cōcordiam: vt
ab omnibus, quę nos pulſant, tēta-
tionibus liberemur. Per. Secre.

HIs ſacrificijs, domine, quęſu-
mus, concede placatus: vt
qui proprijs oramus abſolui deli-
ctis, non grauemur externis. Per
dominum noſt. Poſtcommunio.

SPiritū nobis dñe tuę chari-
tatis infunde: vt, quos vno
pane cęleſti ſatiaſti: tua facias pie-
tate cōcordes. p d. in vnitate eiuſ.

Cōtra pſecutores Eccleſię. Orō.

ECcleſię tuę, quęſumus dñe, 10
preces placatus admitte: vt
deſtructis aduerſitatibus, ⁊ erro-
ribus vniuerſis: ſecura tibi ſeruiat
libertate. Per dominū. Secreta.

PRotege nos dñe tuis myſte-
rijs ſeruiētes: vt, diuinis rebus
inhęrentes, ⁊ corpore tibi famule-
mur, ⁊ mente. Per dñm. Poſtcō.

QUęſumus, dñe Deus noſter:
vt, quos diuina tribuis parti
cipatione gaudēre: humanis non
ſinas ſubiacēre periculis. Per d.

Contra

**Contra perſecutores, ⁊ male agentes. Oratio.**

11 Hoſtium noſtrorũ q̃s dñe, eli-
de ſuperbiam: ⁊ eorum con-
tumaciam, dextere tuę virtute pro
ſterne. Per dominum no. **Secre.**
Huius dñe virtute myſterij, ⁊
a proprijs mundemur occul-
tis, ⁊ ab inimicorum liberemnr in
ſidijs. Per dominum. **Poſtcom.**
Protector noſter aſpice Deꝰ:
⁊ ab inimicoruz nos defende
periculis: vt, omni perturbatione
ſemota, liberis tibi mentibus ſer-
uiamus. Per dominuz noſtrum.

**Tempore belli. Oratio.**

12 Omnipotẽs, ⁊ miſericors deꝰ,
a bellorũ nos, quęſumus, tur
bine fac quietos: quia nobis bona
cuncta pręſtabis: ſi pacem dederis
mentis ⁊ corporis. Per d. **Secre.**
Sacrificiuz dñe, quod immola
mus, placatus intẽde: vt, ⁊ ab
omni nos bellorũ eruat nequitia,
⁊ in tuę protectionis ſecuritate cõ-
ſtituat. Per domi. **Poſtcommu.**
Sacroſancti corporis ⁊ ſangui
nis dñi noſtri Jeſu Chriſti re
fectione vegetati, ſupplices te ro-
gamus omnipotẽs Deus: vt, hoc
remedio ſingulari, ab omniũ pec-
catorum nos cõtagione purifices:
⁊ a periculorum munias incurſio
ne cunctorum. Per eundem dñm.

**Pro quacũq; neceſſitate, ⁊ re obtinenda. Oratio.**

13 Deus, refugiũ noſtrũ ⁊ virtꝰ:
adeſto pijs eccleſię tuę p̃cibus
auctor ipſe pietatis, ⁊ pręſta, vt, qđ
fideliter petimus, efficaciter conſe
quamur. Per dominũ noſtrum.
Da miſericors Deus: vt hęc ſa
lutaris oblatio, ⁊ a proprijs
nos reatibꝰ indeſinẽter expediat,
⁊ ab omnibus tueatur aduerſis.
Per dominum. **Poſtcommunio.**
Sumpſimꝰ dñe ſacri dona my-
ſterij, humiliter deprecãtes:
vt, quę in tui cõmemoratione nos
facere pręcepiſti, in noſtrę proficiãt
infirmitatis auxilium. Qui viuis.

**Pro quacũq; tribulatione. Orõ.**

Ne deſpicias, omnipotẽs Deꝰ, 14
populũ tuũ in afflictione cla-
mantem: ſed propter gloriam no-
minis tui: tribulatis ſuccurre pla-
catus. Per dominum. **Secreta.**
Suſcipe dñe ꝓpitius hoſtias,
quibus ⁊ te placari voluiſti, ⁊
nobis ſalutẽ potenti pietate reſti-
tui. Per dominum. **Poſtcommu.**
Tribulationem noſtraz, quę-
ſumus dñe, propitius reſpi-
ce: ⁊ iram tuę indignationis, quaz
iuſte meremur, auerte. Per dñm.

**Tempore famis ⁊ peſtis. Oratio.**

Da nobis, q̃s dñe, pię ſupplica 15
tionis effectuz: ⁊ peſtilentiã,
famẽq; ꝓpitiatus auerte: vt morta
lium corda cognoſcant, ⁊ te indi-
gnante talia flagella prodire, ⁊ te
miſerante ceſſare. Per dñm. **Sec.**
Deus, q humani generis vtrã-
que ſubſtantiam, pręſentium
munerũ ⁊ alimento vegetas, ⁊ re-
nouas ſacramento: tribue quęſu-
mus: vt eorum ⁊ corporibus no-
ſtris ſubſidium non deſit, ⁊ menti-
bus. Per dominũ. **Poſtcommu.**
Tuberna, q̃s dñe, tẽporalibus
alimẽtis: quos dignaris ęter
nis informare myſterijs. Per do.

Ad

Ad pluuiam petendam. Oratio.
16 DEus, in quo viuimus, moue-
mur, ⁊ ſumus: pluuiā nobis
tribue cōgruētē: vt pręſentibꝰ ſub
ſidijs ſufficiēter adiuti: ſempiterna
fiducialiuꝫ appetamuſ. Per. Sec.
OBlatis, quęſumus dn̄e, placa
re muneribus: ⁊ opportunū
nobis tribue pluuię ſufficiētis au
xilium. Per dn̄m. Poſtcommu.
DA nobis, q̄s dn̄e, pluuiā ſalu
tarem: ⁊ aridam terrę facieꝫ,
fluentis cęleſtibus dignāter infun
de. Per dominum noſtrū Jeſum.
Ad ſerenitatem petēdam. Oratio.
17 AD te nos domine clamantes
exaudi: ⁊ aeris ſerenitatē no
bis tribue ſupplicantibus: vt qui
iuſte ꝓ peccatiſ noſtriſ affligimur,
miſericordia tua pręueniente, cle-
mētiaꝫ ſentiamuſ. Per dn̄m. Sec.
PReueniat noſ, q̄s dn̄e, gratia
tua ſemper, ⁊ ſubſequatur: ⁊
has oblationeſ, quas pro peccatiſ
noſtris nomini tuo conſecrandas
deferimꝰ, benignus aſſume: vt per
interceſſionem ſanctorum tuoruꝫ,
cunctiſ nobis proficiant ad ſalutē.
Per dominum. Poſtcommunio.
QUęſumus omnipotēſ Deus
clemētiam tuam: vt inundan-
tiam coerceas imbrium, ⁊ hilari-
tatem vultus tui nobis impertiri
digneris. Per dominum noſtruꝫ.
Ad tempeſtates repellēdaſ. Oro.
18 A Domo tua, q̄s dn̄e, ſpiritales
nequitię propellantur: ⁊ ae-
rearuꝫ diſcedat malignitaſ tempe
ſtatum. Per dominuꝫ no. Secre.
OFferimꝰ tibi domine laudes
⁊ munera, pro cōceſſiſ bene-
ficijs gratiaſ referentes: ⁊ pro con
cedēdis ſemper ſuppliciter depre
cantes. Per dominum. Poſtcom.
OMnipotēs ſempiterne Deꝰ,
qui nos ⁊ caſtigando ſanas,
⁊ ignoſcendo cōſeruas: pręſta ſup
plicibus tuis: vt, ⁊ trāquillitatibꝰ
huius optatę conſolationis lęte-
mur: ⁊ dono tuę pietatis ſemper
vtamur. Per dominum noſtrum.
Pro peſte animalium. Oratio.
DEus ꝙ laboribus hominuꝫ, 19
etiam de mutis animalibus,
ſolatia ſurrogaſti: ſuppliciter te ro
gamus: vt, ſine quibus non alitur
humana cōditio, noſtris facias vſi
bus non perire. Per domi. Secr.
SAcrificijs dn̄e placatuſ obla-
tis, opem tuaꝫ noſtris tēpori
bꝰ clemēter impēde. Per. Poſtc.
BEnedictionem tuam dn̄e po
puluſ fideliſ accipiat: qua cor
pore ſaluetur ⁊ mente: vt cōgruā
tibi ſemper exhibeat ſeruituteꝫ: ⁊
propitiationis tuę beneficia ſemp
inueniat. Per dominum noſtruꝫ.
Pro remiſſione peccatoruꝫ. Oro.
DEus, qui nulluꝫ reſpuis, ſed 20
quantumuis peccātibuſ, per
pęnitentiaꝫ pia miſeratione placa
ris: reſpice propitiꝰ ad preces hu-
militatis noſtrę: ⁊ illumina corda
noſtra: vt tua valeamꝰ implēre pre
cepta. Per dominuꝫ no. Secreta.
PRęſens ſacrificiuꝫ dn̄e, quod
tibi pro delictis noſtriſ offeri
mus, ſit tibi munus acceptum: ⁊ tā
viuētibꝰ, quā defunctis ꝓficiat ad
ſalutem. Per dominnm. Poſtcō.
EXaudi preces familię tuę om
nipotens Deus: ⁊ pręſta: vt,
ſancta

ſancta hęc quę a te ſumpſimus, incorrupta in nobis te donante ſeruentur. Per dominum noſtrum.

Pro petitione lacrymarum. Oratio.

21 Omnipotẽs, ⁊ mitiſſime De⁹, qui ſitienti populo fontẽ viuẽtis aquę de petra pduxiſti: educ de cordis noſtri duritia compunctionis lacrymas: vt peccata noſtra plangere valeamus: remiſſionẽq; peccatorum, te miſerante, mereamur accipere. Per dñm. Secreta.

Hanc oblationem, quęſumus domine Deus, quam tuę maieſtati pro peccatis noſtris offerimus, reſpice propitius: ⁊ produc de oculis noſtris lacrymarũ flumina: quibus debita flammarum incendia valeant extingui. Per dominum noſtrum. Poſtcommunio.

Gratiã Spirit⁹ ſancti dñe de⁹ cordib⁹ noſtris clemẽter infunde: quę nos gemitib⁹ lacrymarũ efficiat maculas noſtrorũ diluere peccatorũ: atq; optatę nobis, te largiente, indulgentię pręſtet effectũ. Per dñm. in vnitate eiuſdem.

De tribulatione peccatorum. Oratio.

22 Ineffabilem nobis dñe miſericordiã tuã clementer oſtende: vt ſimul nos, ⁊ a peccatis omnibus exuas, ⁊ a pœnis, quas pro his meremur, eripias. Per do. Secre.

Purificet nos, quęſumus dñe, muneris pręſentis oblatio: ⁊ dignos ſacra participatione perficiat. Per dominum. Poſtcommun.

Preſta, qs dñe: vt, terrenis affectibus expiati: ad ſuperni plenitudinem ſacramenti, cuius libauimus ſancta, tendamus. Per do.

Pro deuotis amicis. Oratio.

23 Deus, qui charitatis dona p gratiã ſancti ſpiritus, tuorũ cordibus fideliũ infudiſti: da famulis ⁊ famulabus tuis, pro quibus tuam deprecamur clemẽtiã, ſalutẽ mẽtis ⁊ corporis: vt te tota virtute diligãt: ⁊ quę tibi placita ſunt, tota dilectione perficiãt. Per dñm. in vnitate eiuſdem ſpiri. Secreta.

Miſerere, qs dñe, famulis ⁊ famulabus tuis, pro quibus hoc ſacrificium laudis tuę offerimus maieſtati: vt, per hęc ſancta, ſupernę benedictionis gratiã obtineãt, ⁊ gloriam ęternę beatitudinis acquirant. Per d. Poſtcommunio.

Diuina libãtes myſteria, quęſum⁹ dñe: vt hęc ſalutaria ſacramenta, illis proficiant ad proſperitatem ⁊ pacem: pro quorum, quarumq; dilectione, hęc tuę obtulimus maieſtati. Per dominum.

Pro inimicis. Oratio.

24 Deus pacis charitatiſq; amator ⁊ cuſtos: da omnibus inimicis noſtris pacem charitatemq; veram: cũctorumq; eis remiſſionẽ tribue peccatorũ: noſq; ab eorũ inſidijs potẽter eripe. Per do. Sec.

Oblatis, qs dñe, placare muneribus: ⁊ nos ab inimicis nr̃is clemẽter eripe, eiſq; indulgentiã tribue delictorum. Per. Poſtcõ.

Hęc nos communio dñe eruat a delictis ⁊ ab inimicorũ defendat inſidijs. Per dominum.

Pro iter agentibus. Oratio.

25 Adeſto domine ſupplicationibus noſtris: ⁊ viam famulorũ tuorum in ſalutis tuę proſperitate diſpone:

diſponere:vt,inter omnes vię & vitę huius varietates:tuo ſemper protegātur auxilio. Per dn̄m. Secre.

Propitiare,dn̄e,ſupplicationibus noſtris:& has oblationes, quas tibi offerimus pro famulis tuis, benignus aſſume: & viam illorum, & pręcedente gratia tua dirigas,& ſubſequente comitari digneris:vt de actu atq; incolumitate eorum, ſecundum miſericordię tuę pręſidia gaudeamus. Per dn̄. Poſtc.

Tua dn̄e famulos tuos ſperātes in te,quę ſumpſimus ſacramēta cuſtodiāt:& cōtra oēs aduerſos tueantur incurſus. Per domi.

Pro nauigantibus. Oratio.

26 Deus,qui trāſtuliſti patres noſtros per mare rubrum,& tranſuexiſti eos per aquam nimiam,laudē tui nominis decātantes:te ſuppliciter deprecamur, vt in naui famulos tuos repulſis aduerſitatibus,portu ſemp optabili,curſuq; trāquillo tuearis. Per do. Secre.

Suſcipe q̄s dn̄e,preces famulorum tuorum,cū oblationibus hoſtiarū:& tua myſteria celebrantes,ab omnibus defende periculis. Per dominum. Poſtcommunio.

Sanctificati diuino myſterio, maieſtatē tuā dn̄e ſuppliciter deprecamur,& petimus:vt quos donis facis cęleſtibus intereſſe,per lignū ſanctę Crucis, & a peccatis omnibus abſtrahas: & a periculis cunctis miſeratus eripias. Per dn̄m.

Pro infirmis. Oratio.

27 Omnipotēs ſempiterne Deus, ſalus ęterna credentiū:exaudi nos pro infirmis famulis tuis,pro quibus miſericordię tuę imploramus auxilium:vt reddita ſibi ſanitate:gratiarum tibi in eccleſia tua referant actiones. Per dn̄m. Sec.

Deus,ſub cuius nutibus vitę noſtrę momēta decurrūt:ſuſcipe p̄ces & hoſtias famulorū tuorum,pro quibus miſericordiā tuā ęgrotantibus imploramus: vt de quorum periculo metuimus,de eorum ſalute lętemur. Per. Poſtcō.

Deus,infirmitatis humanę ſingulare pręſidiū:auxilij tui ſuper infirmos famulos tuos oſtēde virtutem: vt,ope miſericordię tuę adiuti,eccleſię tuę ſanctę icolumes repręſentari mereātur. Per dn̄m.

Pro cōſtituto in carcere. Oratio.

Deus,qui beatū Petrū a vinculis abſolutū illęſum abire feciſti:famuli tui in captiuitate poſiti vincula abſolue: & eum ipſius meritis illęſum abire cōcede. Per dominum noſtrum Jeſum. Secr. 28

Sit per has,q̄s dn̄e,hoſtias benedictio copioſa deſcendat:q̄ captiui noſtri vincula ſoluat, & de eius liberatione nos cito lętificet. Per dominum. Poſtcommunio.

Preces noſtras quęſumus domine,clemēter exaudi:&, per hęc ſacramēta quę ſumpſimus:famulum tuum a vinculis ſuę captiuitatis abſolue. Per dominum no.

Pro tētatis,& tribulatis. Oratio.

29 Deus,qui iuſtificas impium,& non vis mortem peccatorum: maieſtatem tuā ſuppliciter deprecamur:vt famulos tuos,de tua miſericordia confidentes,cęleſti protegas benignus auxilio: & aſſidua pro-

protectione conſerues: vt tibi iugi
ter famulentur, ⁊ nullis tentatio
nibus a te ſeparentur. Per. Secr.

Huiuſ, q̄s dñe, virtute myſterij,
⁊ a proprijs nos munda deli
ctis, ⁊ famulos tuos ab omnibus
abſolue peccatis. Per do. Poſtc.

Purificēt nos, q̄s, dñe ſacramē
ta quę ſumpſimus: ⁊ famulos
tuos ab omni culpa liberos eſſe cō
cede: vt qui conſcientię reatu con
ſtringuntur, cęleſtis remedij pleni
tudine glorientur. Per dominū.

Ad repellendas malas cogitatio
nes. Oratio.

30 Omnipotēs ⁊ mitiſſime Deꝰ,
reſpice propitius preces no
ſtras, ⁊ libera corda noſtra de ma
larū tentationibus cogitationū:
vt ſancti ſpiritus dignū fieri habi
taculū mereamur. Per dominū. in
vnitate eiuſdē ſpiritus. Secreta.

Has tibi dñe offerimꝰ oblatio
nes pro ſalute noſtra: quatenꝰ
animas noſtras ab immūdis cogi
tationibus purges, illęſaſq; cuſto
dias: ⁊ ſancti ſpiritꝰ gratia illumi
nare digneris. Per dominum. in
vnitate eiuſdē. Poſtcommunio.

Deus, q illuminas oēm homi
nem venientē in hunc mun
dū, illumina, quęſumus, corda no
ſtra gratię tuę ſplendore: vt digne
maieſtati tuę miniſtrare, teq; ęter
na charitate diligere valeamꝰ. p d.

Ad poſtulandā charitatē. Oratio.

31 Deus, q diligentibus te, facis
cuncta prodeſſe: da cordibus
noſtris inuiolabilē tuę charitatis
affectum: vt, deſideria de tua inſpi
ratione cōcepta, nulla poſſint ten
tatione mutari. Per dñm. Secre.

Deus, qui nos ad imaginē tuā
ſacramētis renouas ⁊ prece
ptis: pfice greſſus noſtros in ſemi
tis tuis: vt, charitatis donū, quod
feciſti a nobis ſperari, per hęc quę
offerimꝰ ſacrificia, facias apprehē
di. Per dominum. Poſtcommu.

Sancti ſpiritus gratia, q̄s dñe,
corda noſtra illuminet: ⁊ pfe
ctę charitatis dulcedine abundan
ter reficiat. Per d. in vnitate eiuſd.

Ad poſtulandā patientiā. Oratio.

Deus, qui vnigeniti tui patiē 32
tia antiqui hoſtis cōtriuiſti ſu
perbiā: da nobis, quęſumus: quę
idē pie pro nobis pertulit, digne
recolere: ſicq; exēplo eius, nobis
aduerſantia ęquanimiter tolera
re. Per eundem dominum. Secr.

Munera noſtrę oblationis, q̄s
dñe, placatus ſuſcipe: quę, vt
nobis patientię donum condona
re digneris, maieſtati tuę deuota
offerimꝰ actione. Per do. Poſtcō.

Sacroſancta dñe ſumētes my
ſteria: amiſſā nobis, q̄s, recō
ciliēt gratiā: atq; munus patiētię,
in illatis omnibus, ſemper ⁊ vbiq;
protegēdo impertiant. Per dñm.

Ad poſtulandā continentiā. Oīo.

Ure igne Sancti ſpiritus, re 33
nes noſtros, ⁊ cor noſtrum,
dñe: vt tibi caſto corpore ſeruia
mus, ⁊ mundo corde placeamus.
Per d. in vnitate eiuſdem. Secre.

Dirūpe dñe vincula peccatorū
noſtrorū: ⁊ vt ſacrificare tibi
hoſtiam laudis abſoluta libertate
poſſimꝰ, retribue q̄ ante tribuiſti:
⁊ ſalua nos per indulgētiā, quos
dignatus

dignatus es ſaluare per gratiam. Per dominum. Poſtcommunio.

DOmine adiutor ꝛ protector noſter, adiuua nos: ꝛ refloreat caro noſtra vigore pudicitię, ꝛ ſanctimonię nouitate: ereptāqꝫ de manu tartari: i reſurrectionis gaudiū iubeas pręſentari. Per dn̄m.

Pro ſalute viuorum. Oratio.

34 PRetende domine fidelibus tuis dexteram cęleſtis auxilij: vt te toto corde pquirant, ꝛ quę digne poſtulant, conſequi mereantur. Per dominum noſt. Secreta.

PRopitiare dn̄e ſupplicationibꝰ noſtris: ꝛ has oblationes fideliū tuorū, quas tibi ꝓ incolumitate eorū offerimꝰ, benignus aſſume: ꝛ vt nullius ſit irritum votuꝫ, nullius vacua poſtulatio: p̄ſta quęſumus: vt qd̓ fideliter petimus, efficaciter cōſequamur. Per. Poſtc.

DA fidelibus tuis, quęſumus dn̄e, in tua fide ꝛ ſinceritate conſtantiā: vt in charitate diuina firmati: nullis tētationibus, ab eiꝰ integritate euellantur. Per dom.

Pro viuis ꝛ defunctis. Oratio.

35 OMnipotēs ſempiterne Deꝰ, q viuorū dominaris ſimul ꝛ mortuoruꝫ: omniumqꝫ miſereris, quos tuos fide ꝛ opere futuros eſſe p̄noſcis: te ſupplices exoramꝰ: vt, pro qbus effundere preces decreuimus: quoſqꝫ vel pręſens ſęculū adhuc in carne retinet, vel futuruꝫ iā exutos corpore ſuſcepit: intercedētibus omnibus ſanctis tuis, pietatis tuę clementia, omniū delictorum ſuorum veniā conſequātur. Per dominum no. Secreta.

DEus, cui ſoli cognitus eſt numerus electorum in ſuperna felicitate locandus: tribue quęſumus, vt, intercedētibus omnibus ſanctis tuis, vniuerſorum quos in oratione cōmēdatos ſuſcepimus; ꝛ nomina omnium fidelium beatę prędeſtinationis liber aſcripta retineat. Per dominuꝫ. Poſtcōmu.

PUrificēt nos, qs̄, ops̄ ꝛ miſericors Deus, ſacramēta q̄ ſumpſimus: ꝛ intercedētibus omnibus ſanctis tuis, p̄ſta: vt hoc tuū ſacramentū non ſit nobis reatus ad pęnam, ſed interceſſio ſalutaris ad veniam: ſit ablutio ſcelerū, ſit fortitudo fragiliū, ſit contra omnia mundi pericula firmamentum: ſit viuorum, atqꝫ mortuorum fidelium, remiſſio omniū delictorum. Per do.

Pro ordinandis. Oratio.

EXaudi, qs̄, dn̄e, ſupplicum 36
preces: ꝛ deuoto tibi pectore famulātes, ꝑpetua defenſione cuſtodi: vt nullis pſecutoribus īpediti, liberā ſeruitutē, tuis ſēp exhibeamꝰ officijs. Per. Sec.

TUis, qs̄ dn̄e, operare myſterijs: vt hęc munera dignis tibi mētibꝰ offeramus. Per. Poſtc.

QUos tuis domine reficis ſacramentis: continuis attolle benignus auxilijs: vt tuę redēptionis effectuꝫ, ꝛ myſterijs capiamus, ꝛ moribus. Per dominuꝫ noſtrū.

Pro conſecratione Epiſcoporuꝫ.

ADeſto ſupplicationibus nr̄is 37
ops̄ Deꝰ: ꝛ qd̓ humilitatis noſtrę gerendū eſt miniſterio, tuę virtutis impleatur effectu. Per. Sec.

Suſcipe

SUſcipe dñe munera, quę tibi offerimus ꝓ hoc famulo tuo: ⁊ pꝛopitius in eo tua dona cuſtodias. Per dominum noſtrum.

Conſecratus dicit Secreto.

SUſcipe dñe munera, quę tibi offerimus pꝛo me miſero famulo tuo: ⁊ pꝛopiti⁹ in me tua dona cuſtodias. Per dominum no.

Infra actionem dicit conſecratoꝛ.

HAnc igit̃ oblationẽ ſeruitutiſ noſtrę, ſed ⁊ cũctę familię tuę, quã tibi offerim⁹ etiã ꝓ hoc famulo tuo, quẽ ad ep̃at⁹ oꝛdinẽ ꝓmouere dignat⁹ es, q̃s dñe, vt placat⁹ accipias, ⁊ ꝓpiti⁹ in eo tua dona cuſtodiaſ: vt, qđ diuino munere cõſecut⁹ eſt, diuinis affectib⁹ exequat̃, dieſq; noſtros in tua pace diſponas, atq; ab ęterna damnatione nos éripi, ⁊ in electoꝝ tuoꝛum iubeas grege numerari. Per Chꝛi.

Conſecratus dicit,

HAnc igit̃ oblationẽ ſeruitutis noſtrę, ſed ⁊ cunctę familię tuę, quã tibi offerimus etiã pꝛo me famulo tuo, quẽ ad epiſcopatus oꝛdinẽ pꝛomouére dignatus es: q̃s dñe, vt placatus accipias, ⁊ ꝓpitiuſ in me tua dona cuſtodiaſ: vt qđ diuino munere conſecutus ſum, diuinis affectibus éxequar: dieſq; nr̃os in tua pace diſponas, atq; ab ęterna dãnatione nos eripi, ⁊ in electoꝝ tuoꝝ iubeas grege numerari. Per dñm. Po. co.

PLenum, q̃s dñe, in nobis remediũ tuę miſerationis operare: ac tales nos eſſe perfice pꝛopitius, ⁊ ſic foue, vt tibi in omnib⁹ placére valeamus. Per dominũ.

M. R. N.

# PROPRIVM
## MISSARVM
Pro Defunctis.



Miſſa in cõmemoratione Omnium fidelium Defunctorum.

Introitus.

REquiem ęternam dona eis dñe: ⁊ lux perpetua luceat eis. Ps. Te decet hymn⁹ Deus in Siõ: ⁊ tibi reddetur votũ in Jeruſalem: exaudi oꝛationem meam, ad te omnis caro veniet. Requiem. Repet. vſq; ad pſal. Oratio.

FIdelium, Deus, omniũ cõditoꝛ ⁊ redemptoꝛ: animab⁹ famuloꝛum, famularumq; tuarum, remiſſionem cũctoꝛũ tribue peccatoꝛum: vt indulgentiam, quam ſemper optauerunt: pijs ſupplicationibus conſequátur. Qui viuis, ⁊ regnas cũ Deo patre, in vnita.

Lectio eplę bti Pauli apl'i ad Coꝛ.

FRatres: Ecce, myſterium vobis dico. Oẽs quidem reſur- j. ca. 15

gemus: ſed non omnes immutabimur. In momēto, in ictu oculi, in nouiſſima tuba (canet enim tuba) ⁊ mortui reſurgent incorrupti: ⁊ nos immutabimur. Oportet eniꝫ corruptibile hoc induere incorruptionē: ⁊ mortale hoc induere immortalitatē. Cū autē mortale hoc induerit immortalitatē, tūc fiet ſermo qui ſcriptus eſt: Abſorpta eſt mors victoria tua. Ubi eſt morſ victoria tua? Ubi eſt mors ſtimulus tuus? Stimuluſ autē mortis, peccatuꝫ eſt: virtus vero peccati, lex. Deo aūt gratias, q dedit nobis victoriā p Jeſuꝫ Chr̄m dn̄m noſtrū.

Grad. Requiē ęternam dona eis dn̄e: ⁊ lux ppetua luceat eis. ℣. In memoria ęterna erit iuſt⁹: ab auditione mala nō timebit.

Tractus. Abſolue domine animas omniū fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum. ℣. Et gratia tua illis ſuccurrente, mereantur euadere iudicium vltionis. ℣. Et lucis ęternę beatitudine perfrui.

Sequentia.

Dies irę, dies illa,
Soluet ſęclum in fauilla,
Teſte Dauid cum Sybilla.
Quantus tremor eſt futurus,
Quando iudex eſt venturus,
Cuncta ſtricte diſcuſſurus.
Tuba, mirum ſpargens ſonum,
Per ſepulcra regionum,
Coget omnes ante thronum.
Mors ſtupebit ⁊ natura,
Cum reſurget creatura
Iudicanti reſponſura.
Liber ſcriptus proferetur,
In quo totum continetur,
Unde mundus iudicetur.
Iudex ergo cum ſedebit,
Quicquid latet apparebit,
Nil inultum remanebit.
Quid ſum miſer tunc dicturus:
Quem patronum rogaturus:
Dum vix iuſtus ſit ſecurus.
Rex tremendę maieſtatis,
Qui ſaluandos ſaluas gratis,
Salua me fons pietatis.
Recordare Jeſu pie,
Quod ſum cauſa tuę vię,
Ne me perdas illa die.
Querens me, ſediſti laſſus:
Redemiſti crucem paſſus,
Tantus labor non ſit caſſus.
Iuſtę iudex vltionis,
Donum fac remiſſionis
Ante diem rationis.
Ingemiſco, tanquam reus,
Culpa rubet vultus meus:
Supplicanti parce Deus.
Qui Mariam abſoluiſti,
Et latronem exaudiſti:
Mihi quoque ſpem dediſti.
Preces meę non ſunt dignę:
Sed tu bonus fac benigne
Ne perenni cremer igne.
Inter oues locum pręſta:
Et ab hędis me ſequeſtra,
Statuens in parte dextra.
Confutatis maledictis,
Flammis acribus addictis:
Uoca me cum benedictis.
Oro ſupplex ⁊ acclinis:
Cor contritum quaſi cinis:
Gere curam mei finis.
Lacrymoſa dies illa,
Qua reſurget ex fauilla.
Iudicandus homo reus:
Huic ergo parce Deus.
Pie Jeſu Domine
Dona eis requiem. Amen.

Sequētia ſcti euāg. ſm Johannē.
ca.5. I N illo tempore: Dixit Jeſus
diſcipulis ſuis, & turbis iu-
deorum. Amen amen dico vobis:
quia venit hora & nunc eſt, quādo
mortui audient vocem filij Dei: &
qui audierint, viuent. Sicut enim
pater habet vitam in ſemetipſo: ſic
dedit & filio vitā habere in ſemet-
ipſo: & poteſtatem dedit ei iudiciū
facere, quia fili⁹ hominis eſt. Noli-
te mirari hoc, quia venit hora, in
qua oēs qui in monumentis ſunt,
audient vocem filij Dei. Et proce-
dent qui bona fecerunt, in reſurre-
ctionem vitę: qui vero mala ege-
runt, in reſurrectionem iudicij.
Offert. D omine Jeſu Chriſte rex glo-
rię, libera animas omnium fidelium defun-
ctorū de pęnis inferni, & de profundo lacu:
libera eas de ore leonis, ne abſorbeat eas
tartar⁹, ne cadāt in obſcurū: ſed ſignifer ſan-
ctus Michael repręſentet eas in lucē ſanctā,
Quā olim Abrahę promiſiſti, & ſemini ei⁹.
℣. Hoſtias & preces tibi dn̄e laudis offeri
m⁹: tu ſuſcipe ꝓ animabus illis, quarū ho-
die memoriā facimus, fac eas dn̄e de morte
tranſire ad vitam. Quam olim. Secreta.
H Oſtias, q̄s dn̄e, quas tibi pro
animabus famulorū famula
rūq; tuarum offerimus, propitia-
tus intende: vt quibus fidei Chri-
ſtianę meritum contuliſti, dones &
pręmium. Per dominum noſtrū.
Comunio. L ux ęterna luceat eis dn̄e,
Cum ſanctis tuis in ęternū: quia pius es.
℣. Requiē ęternā dona eis dn̄e: & lux perpe-
tua luceat eis. Cum ſanctis. Poſtcomu.
A Nimabus, q̄s, domine, famu-
lorum famularumq; tuarum
oratio proficiat ſupplicantium: vt

M. N. R.

eas, & a peccatis omnibus exuas,
& tuę redēptionis facias eſſe parti-
cipes. Qui viuis & regnas cū Deo.
Dicto Dominus vobiſcum, dicitur
Requieſcant in pace. ℟. Amen.
non datur bn̄o. Sed dicto ſecr. P laceat ti-
bi ſancta. dicitur euangelium ſecundum
Johannē. I n principio erat verbū.
¶ In die obitus, ſeu Depoſitio-
nis Defuncti. Introitus.
R Equiem ęternam do-
na eis domine: & lux
perpetua luceat eis.
Ps. Te decet hym-
nus Deus in Sion,
& tibi reddetur votum
in Jeruſalem: exaudi
orationem meam, ad te omnis caro veniet.
R equiem ęternam dona. O remus.
D Eus, cui propriū eſt miſere-
ri ſemper, & parcere: te ſuppli-
ces exoramus ꝓ anima famuli tui
N. quam de hoc ſęculo hodie mi-
grare iuſſiſti: vt nō tradas eā in ma-
nibus inimici, neq; obliuiſcaris in
finē: ſed iubeas eā a ſanctis ange-
lis ſuſcipi, & ad patriā paradiſi per-
duci: vt, quia in te ſperauit & crēdi-
dit: nō pęnas ęternas ſuſtineat, ſed
gaudia ſempiterna poſſideat. P. D.
Lcō ep̄lę bti Pauli apli ad Theſſ.
F Ratres: Nolumus vos igno- 1.ca.4.
rare de dormientibus, vt nō
cōtriſtemini, ſicut & cęteri, qui ſpē
non habent. Si enim credimus q̄
Jeſus mortu⁹ eſt & reſurrexit: ita
& Deus eos qui dormierunt per
Jeſum, adducet cum eo. Hoc e-
nim vobis dicimus in verbo domi-
ni, quia nos qui viuimus, qui reſi-
dui ſumus: in aduentu dn̄i nō prę-

ueniemus eos qui dormierũt. Sic ipſe dñs in iuſſu, ⁊ in voce archangeli, ⁊ in tuba Dei, deſcẽdet de celo: ⁊ mortui qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi. Deinde nos qui viuimus, qui relinquimur: ſimul rapiemur cũ illis in nubibus obuiã Chriſto in aera: ⁊ ſic ſemper cum domino erimus. Itaque conſolamini inuicem in verbis iſtis.

Graduale. Requiem eternam dona eis domine: ⁊ lux perpetua luceat eis. ℣. In memoria eterna erit iuſtus: ab auditione mala non timebit. Tractus.

Abſolue dñe animas omniũ fideliũ defunctorum ab omni vinculo delictoꝝ. ℣. Et gratia tua illis ſuccurrẽte, mereant̃ euadere iudiciũ vltionis. ℣. Et lucis eternę beatitudine pfrui. Sequ. Dies irę. vt ſup.

Sequẽtia ſcti euãg. ſm Iohãnem.

In illo tempore: Dixit Martha ad Ieſum. Dñe ſi fuiſſes hic, frater meus non fuiſſet mortuus. Sed ⁊ nunc ſcio, quia quecũque popoſceris a Deo, dabit tibi Deꝰ. Dicit ei Ieſus. Reſurget frater tuꝰ. Dicit ei Martha. Scio qa reſurget in reſurrectione in nouiſſimo die. Dixit ei Ieſus. Ego ſũ reſurrectio ⁊ vita. Qui credit in me: etiam ſi mortuus fuerit, viuet. Et omnis qui viuit, ⁊ credit in me: nõ morietur in eternũ. Credis hoc? Ait illi. Utique domine, ego credidi quia tu es Chriſtus filius Dei viui, qui in hunc mundum veniſti.

Offert. Domine Ieſu Chriſte rex glorię, libera animas omniũ fideliũ defunctoꝝ de penis inferni: ⁊ de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne abſorbeat eas tartarꝰ, ne cadãt in obſcurũ: ſed ſignifer ſanctꝰ Michael repreſentet eas in lucẽ ſanctã, Quam olim Abrahę pmiſiſti, ⁊ ſemini eius. ℣. Hoſtias ⁊ preces tibi domine laudis offerimꝰ: tu ſuſcipe pro animabus illis, quarũ hodie memoriam facimus: fac eas domine de morte tranſire ad vitã. Quam olim. Secreta.

Propitiare, quęſumꝰ dñe, animę famuli tui N. p quo tibi hoſtiam laudis immolamus, maieſtatem tuam ſuppliciter deprecantes: vt per hęc pię placationis officia, peruenire mereatur ad requiẽ ſempiternam. Per dominum no.

Cõmunio. Lux eterna luceat eis dñe, Cum ſanctis tuis in eternum, quia pius es. ℣. Requiẽ eternam dona eis dñe: ⁊ lux perpetua luceat eis. Cũ ſanctis. Poſtcom.

Preſta, quęſumus omnipotẽs Deus, vt anima famuli tui N. quę hodie de hoc ſeculo migrauit, his ſacrificijs purgata, ⁊ a peccatis expedita: indulgentiam pariter ⁊ vitam capiat ſempiternã. Per d.

¶ In die tertio, ſeptimo, ⁊ trigeſimo depoſitionis defuncti, dr̃ Miſſa vt ſupra, exceptis orationibꝰ, quę dicunt̃ vt infra. Orõ.

Quęſumus domine: vt animę famuli tui, cuius depoſitionis diem tertium, vel ſeptimum, vel trigeſimum, commemoramus: ſanctorum, atq; electorum tuorũ largiri digneris cõſortium: ⁊ rorem miſericordię tuę perennem infundas. Per. Secre.

Munera, qs dñe, quę tibi pro anima famuli tui offerimus, placatus intende: vt remedijs purgata cęleſtibus, in tua pietate requieſcat. Per dominũ. Poſtcõmunio.

Suſcipe dñe preces noſtras p anima famuli tui N. vt, ſi quę

ei

et maculę de terrenis cõtagijs adhęſerũt, remiſſionis tuę miſericordia deleantur. Per dominum no.

¶ In Anniuerſario defunctoꝝ.

Introitus.

Requiem ęternam dona eis domine: ⁊ lux perpetua luceat eis. Ps. Te decet hymnus Deus in Sion; ⁊ tibi reddetur votũ in Jeruſalem: exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet. Requiem ęternam dona. Oremus.

Deus indulgentiarũ dñe, da animabus famuloꝝ famularumq; tuarum, quoꝝ anniuerſarium depoſitionis diem cõmemoram⁹, refrigerij ſedẽ, quietis beatitudinẽ, ⁊ luminis claritatẽ. Per d.

Lectio libri Machabeoꝝ.

2. ca. 2. In diebus illis. Uir fortiſſimus Judas, collatione facta, duodecim millia drachmas argenti miſit Jeroſolymam, offerri pro peccatis mortuoꝝ ſacrificium, iuſte ⁊ religioſe de reſurrectione cogitans. (Niſi enim eos qui ceciderant, reſurrecturos ſperaret, ſuperfluũ videretur, ⁊ vanũ, orare pro mortuis.) Et quia cõſiderabat ꝙ hi, qui cum pietate dormitionẽ acceperant, optimam haberẽt repoſitam gratiam. Sancta ergo ⁊ ſalubris eſt cogitatio, pro defunctis exorare: vt a peccatis ſoluant.

Graduale. Requiem ęternam dona eis domine, ⁊ lux perpetua luceat eis. V. In memoria ęterna erit iuſtus, ab auditione mala non timebit. Tractus.

Abſolue dñe animas omniũ fidelium defunctoꝝ, ab omni vinculo delictoꝝ. V. Et gratia tua illis ſuccurrente, mereantur euadere iudiciũ vltionis. V. Et lucis ęternę beatitudine pfrui. Sequẽtia. Dies irę. ⁊ in ſequenti miſſa pro arbitrio ſacerdotis.

Sequẽtia ſci euang. ſm Johannẽ.

In illo tempore: Dixit Jeſus ca. 6. diſcipulis ſuis, ⁊ turbis Judeorum. Omne quod dat mihi pater, ad me veniet: ⁊ eum, qui venit ad me, non eijciam foras. Quia deſcendi de cęlo, non vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius, qui miſit me. Hęc eſt autẽ volũtas eius, qui miſit me, patris: vt omne, quod dedit mihi, non perdam ex eo: ſed reſuſcitem illud in nouiſſimo die. Hęc eſt autem volũtas patris mei qui miſit me: vt omnis, q videt filium, ⁊ credit in eum, habeat vitam ęternam. Et ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die.

Offert. Domine Jeſu Chriſte rex glorię, libera animas omnium fidelium defunctoꝝ de pęnis inferni, ⁊ de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne abſorbeat eas tartarus, ne cadãt in obſcurũ: ſed ſignifer ſãct⁹ Michael repręſentet eas in lucem ſanctam, Quã olim Abrahę promiſiſti, ⁊ ſemini eius. V. Hoſtias ⁊ preces tibi domine laudis offerim⁹: tu ſuſcipe ꝓ animabus illis, quarũ hodie memoriã facimus: fac eas dñe de morte tranſire ad vitam. Quã olim. Secreta.

Propitiare dñe ſupplicationibus noſtris, pro animabus famuloꝝ famularũq; tuarum, quorũ hodie annua dies agit, pro quibus tibi offerimus ſacrificium laudis: vt eas ſanctorum tuorum conſortio ſociare digneris. Per dñm.

Cõmu. Lux ęterna luceat eis dñe, Cum

ſanctis tuis in ęternum, quia pius es. ℣.
Requiē ęternam dona eis dn̄e, ⁊ lux perpe-
tua luceat eis. Cū ſanctis. Poſtcōmu.

PReſta, q̄s dn̄e: vt animę famu-
lorū famularūq; tuarū, quo-
rū anniuerſariū depoſitionis diē
cōmemoram⁹: his purgatę ſacrifi-
cijs, indulgentiā pariter ⁊ requiē
capiant ſempiternam. Per dn̄m.

Si pro vno fiat anniuerſariū, predictę
orationes dicantur in ſingulari numero.

¶ In miſſis quotidianis defun-
ctorum. Introitus.

REquiem ęternam do-
na eis domine: ⁊ lux
perpetua luceat eis.
Ps. Te decet hymn⁹
Deus in Sion: ⁊ tibi
reddetur votū in Je-
ruſalē: exaudi oratio-
nem meam, ad te omnis caro veniet. R̄. Re-
quiem ęternam dona eis dn̄e, ⁊ lux perp.

Pro defunctis epiſcopis, ſeu ſacer-
dotibus. Oratio.

DEus, qui inter apoſtolicos
ſacerdotes famulos tuos pō-
tificali, ſeu ſacerdotali feciſti digni-
tate vigēre: pręſta, quęſumus: vt
eorum quoque perpetuo aggre-
gentur conſortio. Per dn̄m no-
ſtrum Jeſum Chriſtum. ⁊c.

Pro defunctis fratribus, propin-
quis, ⁊ benefactoribus. Oratio.

DEus, venię largitor, ⁊ huma-
nę ſalutis amator, q̄s clemē-
tiam tuā: vt noſtrę cōgregationis
fratres, propinquos, ⁊ benefacto-
res, q ex hoc ſeculo trāſierunt, bea-
ta Maria ſemper virgine interce-
dente, cum omnibus ſanctis tuis:
ad perpetuę beatitudinis conſor-
tium peruenire cōcedas. Per do-
minum noſtrum Jeſum Chriſtū.

Pro fidelibus defunctis, ge-
neralis. Oratio.

FJdeliū, Deus, omniū cōditor
⁊ redēptor, animabus famu-
lorū famularumq; tuarū, remiſ-
ſionē cunctorum tribue peccato-
rū: vt indulgentiam, quā ſemper
optauerūt, pijs ſupplicationibus
cōſequantur. Qui viuis ⁊ regnas
cum Deo patre, in vnitate ſpiri.

Lcō lib. Apoc. bti Johānis Aplī.

IN diebus illis. Audiui vocē ca. 1
de cęlo, dicentē mihi. Scribe.
Beati mortui, qui in dn̄o moriun-
tur. Amodo iam dicit ſpiritus, vt
requieſcāt a laboribus ſuis. Ope-
ra enim illorum ſequuntur illos.

Graduale. Requiem ęternam dona eis
domine: ⁊ lux perpetua luceat eis. ℣. In
memoria ęterna erit iuſtus, ab auditione
mala non timebit.

Tractus. Abſolue dn̄e animas omniū
fidelium defunctorū, ab omni vinculo de-
lictorū. ℣. Et gratia tua illis ſuccurren-
te, mereantur euadere iudicium vltionis.
℣. Et lucis ęternę beatitudine perfrui.

Sequētia ſcti euāg. ſcdm Johannē.

IN illo tpe: Dixit Jeſus diſci- ca. 6.
pulis ſuis ⁊ turbis Judęorū.
Ego ſum panis viuus, qui de cęlo
deſcēdi. Siquis manducauerit ex
hoc pane, viuet in ęternū. Et pa-
nis, quem ego dabo, caro mea eſt
pro mundi vita. Litigabant ergo
Judęi ad inuicem, dicentes. Quo-
modo poteſt hic nobis carnē ſuā
dare ad manducandum? Dixit er-
go eis Jeſus. Amen, amē dico vo-
bis: Niſi manducaueritis carnem
filij

filij hominis, ⁊ biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, ⁊ bibit meū ſanguinem, habet vitam ęternam. Et ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die.

Offertorium. Domine Jeſu Chriſte rex glorię, libera animas omnium fidelium defunctorum de pęnis inferni, ⁊ de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne abſorbeat eas tartarus, ne cadant in obſcurum: ſed ſignifer ſanctus Michael repręſentet eas in lucem ſanctam, Quam olim Abrahę promiſiſti, ⁊ ſemini eius. ℣. Hoſtias ⁊ preces tibi domine laudis offerimus: tu ſuſcipe pro animabus illis, quarum hodie memoriā facimus: fac eas domine de morte tranſire ad vitam. Quam olim.

Pro defunctis epiſcopis, ſeu ſacerdotibus. Secreta.

Suſcipe dñe quęſumus, pro animabus famulorū tuorū pontificum, ſeu ſacerdotum, quas offerimus hoſtias: vt quibus in hoc ſęculo pontificale, ſeu ſacerdotale donaſti meritum: in cęleſti regno ſanctorum tuorū iubeas cōiungi conſortio. Per dominū noſtrum Jeſum Chriſtum filiū. ⁊c.

Pro defunctis fratribus, propinquis, ⁊ benefactoribus. Secreta.

Deus, cuius miſericordię nō eſt numerus, ſuſcipe propitius preces humilitatis noſtrę: ⁊ animabus fratrum, propinquorum, ⁊ benefactorum noſtrorum, quibus tui nominis dediſti cōfeſſionem, per hęc ſacramēta ſalutis noſtrę, cunctorum remiſſionē tribue peccatorum. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium.

Pro fidelib⁹ defunctis. Secreta.

Hoſtias, quęſumus domine, quas tibi pro animabus famulorum famularumq; tuarū offerimus, propitiatus intende: vt, quibus fidei chriſtianę meritum cōtuliſti, dones ⁊ pręmiū. Per d.

Cōmunio. Lux ęterna luceat eis dñe, Cum ſanctis tuis in ęternū, quia pius es. ℣. Requiem ęternam dona eis domine, ⁊ lux perpetua luceat eis. Cum ſanctis.

Pro defunctis Epiſcopis ſeu Sacerdotibus. Poſtcommunio.

Proſit, quęſumus dñe, animabus famulorum tuorum pontificum ſeu ſacerdotū, miſericordię tuę implorata clemētia: vt ei⁹, in quo ſperauerunt ⁊ crediderūt, ęternum capiant, te miſerante, cōſortium. Per dominum noſtrum.

Pro defunctis fratribus, propinquis, ⁊ benefactoribus. Poſtcō.

Preſta, quęſum⁹, omnipotēs ⁊ miſericors Deus: vt animę fratrum, propinquorum, ⁊ benefactorum noſtrorū, pro quibus hoc ſacrificium laudis tuę obtulimus maieſtati, per huius virtutem ſacramenti, a peccatis omnibus expiatę, lucis perpetuę, te miſerāte, recipiant beatitudinem. Per do.

Pro fidelibus defunctis. Poſtcō.

Animabus, quęſumus dñe, famulorū famularumq; tuarū oratio proficiat ſupplicantium: vt eas, ⁊ a peccatis omnib⁹ exuas, ⁊ tuę redemptionis facias eſſe participes: Qui viuis ⁊ regnas cum Deo pa.

Epiſtolę ⁊ Euangelia ſuperius poſita in vna Miſſa pro defunctis, poſſunt etiam dici in alia miſſa pro eiſdem defunctis.

# ORATIONES DIVERSÆ

## Pro Defunctis.

In die depoſitionis, & anniuerſario ſummi Pōtificis, dicitur j. Miſſa, vt ſup. pter orationes, quę dicūtur vt infra. Orō.

1 DEus, qui inter ſummos ſacerdotes famulum tuū N. ineffabili tua diſpoſitione connumerari voluiſti: pręſta, quęſumus: vt, qui vnigeniti filij tui vices in terris gerebat, ſanctorū tuorū pontificum conſortio perpetuo aggregetur. Per eundem. Secre.

SUſcipe dñe q̄s, pro anima famuli tui N. ſummi pontificis quas offerimus hoſtias: vt cui in hoc ſeculo pontificale donaſti meritum, in cęleſti regno ſanctorum tuorum iubeas iungi conſortio. Per dominum. Poſtcommunio.

PRoſit quęſumus dñe, animę famuli tui N. ſummi pōtificis miſericordię tuę implorata clemētia: vt ei⁹, in quo ſperauit & credidit, ęternū capiat, te miſerante, cōſortium. Per dominum noſtrum.

Pro Defuncto Epō dr̄ prima Miſſa, vt ſu. Oratio vt infra. Oratio.

2 DEus, qui inter apoſtolicos ſacerdotes famulum tuuz pontificali feciſti dignitate vigere: pręſta, quęſumus: vt eorum quoque perpetuo aggregētur conſortio. Per dñm. Secreta.

SUſcipe domine, quęſumus, pro anima famuli tui pontificis, quas offerimus hoſtias: vt cui in hoc ſęculo pontificale donaſti meritum, in cęleſti regno ſanctorum tuorum iubeas iungi conſortio. Per dominum. Poſtcommunio.

PRoſit, quęſumus domine, animę famuli tui pontificis miſericordię tuę implorata clementia: vt eius, in quo ſperauit & credidit, ęternum capiat, te miſerante conſortium. Per dominum noſtrum.

¶ Pro defuncto ſacerdote dicitur eadez oratio, ſed vbi dicitur pontificali, dicatur ſacerdotali. Si fuerint plures, dicatur vt ſupra in quarta miſſa.

Pro defuncto Epo, alia Orō.

DA nobis, q̄s dñe, vt animā famuli tui Epiſcopi, quaz de ſeculi eduxiſti laborioſo certamine, ſanctorū tuorū cętui tribuas eſſe conſortem. Per. Sec. 3

ANnue nobis domine, vt animę famuli tui Epiſcopi hęc proſit oblatio: quaz immolādo totius mundi tribuiſti relaxari delicta. Per dominum. Poſtcommu.

HIs ſacrificijs, q̄s, oīps De⁹: vt purgata anima & ſpiritus famuli tui Epiſcopi, ad indulgentiā & refrigerium ſempiternum peruenire mereatur. Per dominum.

Pro defuncto ſacerdote alia Orō.

PRęſta, quęſumus, domine: vt anima famuli tui ſacerdotis, quem in hoc ſeculo commorantem ſacris muneribus decoraſti, in cęleſti ſede glorioſa ſemper exultet. Per domi. Secre. 4

SUſcipe, quęſumus dñe, pro anima famuli tui ſacerdotis, quas offerim⁹ hoſtias: vt cui ſacerdotale donaſti meritum, dones & pręmium. Per dominum. Poſtcom.

Pręſta.

PReſta, queſumus omnipotẽs Deus: vt animã famuli tui ſacerdotis in congregatione iuſtorũ: ęterne beatitudinis iubeas eſſe conſortem. Per dominum no.

Pro vno defuncto. Oratio.

5 Inclina domine aurẽ tuã ad preces noſtras: quibus miſericordiam tuã ſupplices deprecamur: vt animam famuli tui, quam de hoc ſeculo migrare iuſſiſti, in pacis ac lucis regione cõſtituas, ⁊ ſanctorum tuorũ iubeas eſſe conſortẽ. Per dominũ. Secr.

Annue nobis, q̃s domine, vt animę famuli tui hęc pſit oblatio, quam immolando totius mundi tribuiſti relaxari delicta. Per dominum noſt. Poſtcommunio.

Abſolue, q̃s domine, animam famuli tui ab omni vinculo delictorũ: vt in reſurrectionis gloria, inter ſãctos ⁊ electos tuos, reſuſcitatus reſpiret. Per dominũ.

Pro vna defuncta. Oratio.

6 Queſumus domine, pro tua pietate miſerere animę famulę tuę: ⁊ a cõtagijs mortalitatis exutã, in ęterne ſaluationis partẽ reſtitue. Per do. Secre.

His ſacrificijs, q̃s domine, anima famulę tuę a peccatis omnibus exuatur, ſine quibus a culpa nemo liber exiſtit: vt p hęc pię placationis officia, perpetuam miſericordiam cõſequatur. Per. Poſtc.

Inueniat, queſumus domine, anima famulę tuę lucis ęternę conſortium: cuius perpetuę miſericordię conſecuta eſt ſacramentum. Per dominum noſtrum Ie.

Pro Patre ⁊ Matre. Oratio.

7 Deus, q nos patrẽ ⁊ matrẽ honorare pręcepiſti, miſerere clementer animabus patris ⁊ matris meę: eorũq; peccata dimitte, meq; eos in ęternę claritatis gaudio fac videre. P. d. Sec.

Suſcipe ſacrificium dñe, quod tibi, p animabus patris ⁊ matris meę offero: eiſq; gaudiũ ſempiternum in regione viuorũ concede: meq; cum illis felicitati ſanctorũ coniunge. Per do. Poſtcõ.

Cęleſtis participatio domine ſacramẽti, animabus patris ⁊ matris meę requiem ⁊ lucẽ obtineat perpetuã: meq; cum illis gratia tua coronet ęterna. Per domi.

Pro defunctis fratribus, propinquis ⁊ benefactoribus. Oratio.

8 Deus, venię largitor, ⁊ humanę ſalutis amator, q̃s clementiã tuã: vt noſtrę congregationis fratres, ppinquos, ⁊ benefactores, q ex hoc ſeculo tranſierũt: beata Maria ſemp virgine intercedente, cũ omnibus ſanctis tuis: ad perpetuę beatitudinis cõſortiũ puenire cõcedas. Per. Sec.

Deus, cuius miſericordię non eſt numerus, ſuſcipe ppitius preces humilitatis noſtrę: ⁊ animabꝰ fratrũ, propinquorũ, ⁊ benefactorum noſtrorũ, quibus tui nominis dediſti confeſſionẽ, per hęc ſacramenta ſalutis noſtrę, cunctorũ remiſſionem tribue peccatorum. Per dominum. Poſtcommunio.

Preſta, q̃s, omĩpõs ⁊ miſericors Deus: vt animę fratrũ, ppinquorũ, ⁊ benefactorũ noſtrorũ, p

quibus hoc ſacrificium laudis tuę
obtulimus maieſtati, ꝑ huiꝰ virtu
tē ſacramenti, a peccatis omnibuſ
expiatę, lucis ꝑpetuę, te miſerante
recipiant beatitudinem. Per do.

Pro his qui in cęmeterio requie-
ſcunt. Oratio.

9 DEus, cuiꝰ miſeratione ani-
mę fideliū requieſcunt: fa-
mulis ⁊ famulabꝰ tuis om
nibus, hic ⁊ vbiqꝫ in Chriſto quie
ſcētibus, da propitiuſ veniā pecca
torū: vt a cūctis reatibuſ abſoluti,
tecū ſine fine lętētur. Per cū. Sec.

PRo animabꝰ famulorū famu-
larumqꝫ tuarum, ⁊ omnium
catholicorum, hic, ⁊ vbiqꝫ in Chri
ſto dormientium, hoſtiam dn̄e ſu-
ſcipe benignus oblatam: vt hoc ſa
crificio ſingulari, vinculis horren-
dę mortiſ exutę, vitam mereantur
ęternam. Per eundem. Poſtcom.

DEus, fideliū lumē animarū,
adeſto ſupplicationibus no-
ſtris: ⁊ da famulis ⁊ famulabꝰ tuiſ,
quorum corpora hic ⁊ vbique in
Chriſto requieſcunt, refrigerij ſe-
dem, quietis beatitudinem, ⁊ lu-
minis claritatem. Per eundē do.

Pro fidelibus defunctis gene-
ralis. Oratio.

10 FIdelium, Deus, omniū cō
ditor ⁊ redemptor: anima-
buſ famulorum famularū-
que tuarum remiſſionem cuncto-
rum tribue peccatorum: vt indul-
gentiam, quaꝫ ſemper optauerūt:
pijs ſupplicationibus cōſequant.
Qui viuis ⁊ regnas cū Deo. Sec.

HOſtias, q̄s dn̄e, quaſ tibi pro
animabus famulorū famula-
rūqꝫ tuarū offerimꝰ, ꝓpitiatus in-
tēde: vt, quibus fidei chriſtianę me
ritū contuliſti, dones ⁊ pręmium.
Per dominum. Poſtcommunio.

ANimabus, q̄s dn̄e, famulorū
famularumqꝫ tuarum oratio
proficiat ſupplicantium: vt eas, ⁊ a
peccatis omnibus exuas: ⁊ tuę re
demptionis facias eſſe participeſ.
Qui viuis ⁊ regnaſ cū Deo patre.

Pro pluribus defunctis. Oratio.

DEus, cui proprium eſt miſe- 11
reri ſemper, ⁊ parcere: pro
pitiare animabus famulo
rum famularumqꝫ tuarum: ⁊ om-
nia eorū peccata dimitte: vt morta
litatiſ vinculiſ abſolutę, trāſire me
reantur ad vitam. Per do. Secre.

ANnue nobiſ dn̄e: vt animabꝰ
famulorum famularūqꝫ tua-
rum hęc proſit oblatio: quam im-
molando totius mūdi tribuiſti re-
laxari delicta. Per dn̄m. Poſtcō.

DEus, cui ſoli competit medi-
cinaꝫ pręſtare poſt mortem:
pręſta, quęſumus: vt animę famu-
lorum famularumqꝫ tuarum, ter-
renis exutę contagijs: in tuę redē-
ptionis parte numerētur. Qui vi-
uis ⁊ regnas cum Deo patre.

Alia pluralis vt ſupra. Oratio.

ANimabus, q̄s dn̄e, famulo- 12
rū famularumqꝫ tuarū miſe-
ricordiam concede perpetuam: vt
eis proficiat in eternū, ꝙ in te ſpe-
rauerunt ⁊ crediderūt. Per. Sec.

HIs dn̄e, quęſumꝰ, placatus in
tende muneribuſ: ⁊ quod ad
laudem tui nominis ſupplicantes
offerimus, ad indulgētiam ꝓficiat
defunctorum. Per do. Poſtcom.

Supplices

Supplices dñe p animabus famulorũ famularumq; tuarũ preces effundimus, obsecrãtes: vt, quicquid conuersatione contraxerunt humana, ꝛ clementer indulgeas, ꝛ in tuorum sede lętantium constituas redemptorum. Per d.

ORDO AD FACIENDAM Aquam benedictam.



[illegible] Dñica, in sacristia pręparato sale ꝛ [illegible], sacerdos [illegible] celebraturus missam, vel alius ad id de[illegible] alba vel superpelliceo indutus cũ stolla circa collũ, primo dicit ℣. Adiutorium nostrum in noie dñi. ℟. Qui fecit cęlum ꝛ terram.

Deinde absolute incipit exorcismum salis.

Exorcizo te creatura salis, per Deum ✠ viuum: per Deum ✠ verum: per Deũ ✠ sanctũ, p Deũ qui te per Elisęũ prophetã in aquam mitti iussit, vt sanaretur sterilitas aquę: vt efficiaris sal exorcizatum in salutem credentium, ꝛ sis omnibus te sumentibus sanitas animę ꝛ corporis: ꝛ effugiat atq; discedat a loco i quo aspersũ fueris omnis phantasia ꝛ neqtia vel versutia diabolicę fraudis, omnisque spiritus immũdus adiuratus, Per eũ qui venturus est iudicare viuos, ꝛ mortuos, ꝛ sęculum per ignem. [illegible] Amẽ. [illegible]

Immẽsam clementiã tuã, ops ęterne De⁹, humiliter imploram⁹: vt hãc creaturã salis, quã in vsũ generis humani tribuisti, bene ✠ dicere, ꝛ sancti ✠ ficare tua pietate digneris, vt sit oibus sumẽtibus salus mẽtis ꝛ corporis: ꝛ qcqd ex eo tactũ vel respsum fuerit, careat omni inmunditia, omniq; impugnatione spiritalis neqtię. p.

Exorcism⁹ aquę. [illegible]

Exorcizo te creatura Aquę in nomine Dei ✠ patris oipotentis, ꝛ in nomine ✠ Iesu Christi filij eius dñi nostri, ꝛ in virtute sancti ✠ spirit⁹: vt fias aqua exorcizata, ad effugãdã oẽm potestatẽ inimici, ꝛ ipsum inimicum eradicare ꝛ explãtare valeas cũ angelis suis apostaticis: per virtutẽ eiusdẽ dñi nři Iesu Christi: q venturus est iudicare viuos ꝛ mortuos, ꝛ sęculũ per ignem. ✠ Amen. Oratio.

Deus, q ad salutẽ humani generis maxima queq; sacramenta in aquarũ substantia cõdidisti: adesto propitius inuocationibus nostris, ꝛ elemento huic multimodis purificationib⁹ pręparato, virtutẽ tuę bene ✠ dictionis in funde: vt creatura tua mysterijs tuis seruiẽs, ad abigendos demones, morbosq; pellẽdos diuinę gratię sumat effectũ: vt quicquid in domibus, vel in locis fideliũ, hęc vnda resperserit, careat omni inmũditia, liberetur a noxa: nõ illic resideat spiritus pestilẽs, nõ aura corrumpens: discedant omnes insidię latentis inimici: ꝛ siquid est, quod aut incolumitati habitantiũ inuidet,

det, aut quieti, aſpſione hui⁹ aquę effugiat, vt ſalubritas p inuocatione ſcti tui nois expetita, ab omnibus ſit impugnationib⁹ defenſa. p.

Hic mittat ſal in aquam in modum crucis, dicendo ſemel.

Commiſtio ſalis ⁊ aquę pariter fiat: in nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpiritus ✠ ſancti. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Deus inuictę virtutis auctor ⁊ inſuperabilis imperij rex, ac ſemper magnificus triũphator: qui aduerſę dñationis vires reprimis, qui inimici rugientis ſęuitiã ſuperas: q hoſtiles nequitias potẽter expugnas: te dñe trementes ⁊ ſupplices deprecamur ac petimus: vt hanc creaturam ſalis ⁊ aquę dignãter aſpicias: benign⁹ illuſtres: ⁊ pietatis tuę rore ſanctifices: vt vbicunq; fuerit aſperſa, p inuocationem ſancti tui nominis, omnis infeſtatio immundi ſpiritus abigatur: terrorq; venenoſi ſerpẽtis pcul pellatur: ⁊ pſentia ſancti ſpiritus nobis miſericordiam tuã poſcẽtibus, vbiq; adeſſe dignetur. p.

¶ Finita benedictione ſacerdos celebraturus indutus pluuiali coloris officio conueniẽtis, accedit ad altare: ⁊ ibi ad gradus cũ miniſtris genuflexus, accipit a diacono aſperſoriũ: ⁊ primo ter aſpergit altare, deinde ſe ⁊ miniſtros, incipiẽs Añã: Aſperges me. ⁊ chor⁹ pſequit, Dñe hyſſopo, ⁊c. vt infra. Interim celebrãs aſpergit clerũ, deinde populũ dicẽs ps. Miſerere. cũ Gloria.

Añã. Aſperges me dñe hyſſopo, ⁊ mundabor: lauabis me, ⁊ ſuper niuẽ dealbabor. ps. Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio, ⁊ nunc, ⁊ ſemp: ⁊ in ſęcula ſęculorũ. Amẽ. Et repetit Añã. Aſperges me d.

¶ Supradicta Añã predicto modo dicat in aſperſione aquę benedictę in dñicis per totum annũ, excepto q in Dñica de Paſſione, ⁊ in Dñica Palmarum, non dicitur Gloria patri. Sed poſt ps. Miſerere mei. repetit immediate añã. Aſperges me dñe. Excepto etiã tpe paſchali, ſcilicet a Dñica Paſchę vſq; ad Pẽte. quo tpe cãtat cõit. Añã. Vidi aquam egredientem de templo a latere dextro, halãh: ⁊ oẽs, ad quos peruenit aqua iſta, ſalui facti ſunt, ⁊ dicent, halleluiah, halãh. ps. Confitemini dño, qñ bonus: quoniã in ſęculum miſericordia eius. ℣. Gloria patri ⁊ fi. Repetitur Añã. Vidi aquam. In octaua vero Pente. reſumitur Añã. Aſperges me domine.

¶ Finitis antiphonis [illegible] modo ſacerdos qui aſperſit aquam [illegible] ad altare, ante gradus altaris [illegible] dicat.

℣. Oſtende nobis dñe miſericordiã tuã. Et tempore Paſchali additur Halleluiah.
℟. Et ſalutare tuum da nobis.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor me⁹ ad te veniat. ℣. Dñs vobiſcum. ℟. Et cũ ſpiritu. Oremus.

Exaudi nos, dñe ſancte, pater omnipotens, ęterne Deus, ⁊ mittere digneris ſanctũ angelum tuũ de cęlis, qui cuſtodiat, foueat, ptegat, viſitet, atq; defendat, omnes habitãtes in hoc habitaculo. Per Chriſtum dñm no. ℟. Amẽ.

¶ Benedictio [illegible] Paſchalis.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine dñi.
℟. Qui fecit cęlum ⁊ terram.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Deus,

DEus, qui per famulũ tuuꝫ Moyſen, i liberatone populi tui de Ægypt agnuꝫ occidi iuſſiſti in ſimilitudnem dñi noſtri Jeſu Chriſti, ⁊ vtriſq; poſtes domorum de ſanguine huius agni perũgi precepiſti: ita bene ✠ dicere, ⁊ ſancti ✠ ficare digneris hanc creaturã carnis, quã nos famuli tui ad laudem tuan ſumere deſideramus, per reſurrectionem dñi nr̃i Jeſu Chr̃i. Qui tecũ viuit, ⁊ regnat in ſcl'a ſeculorũ. ℟. Amẽ.

Et mor aſpergit aqua benedicta.

## ❡ Benedictio Panis.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine dñi. ℟. Qui fecit cęlũ ⁊ terrã. ℣. Dominus vobiſcũ. ℟. Et cũ ſpiritu. Oremus.

DOmine Jeſu Chriſte, panis angelorũ, panis viuus, ⁊ ęternę vitę, bene ✠ dicere dignare panem iſtun, ſicut benedixiſti quinque panes in deſerto: vt omnes ex eo digne guſtãtes, inde corporis ⁊ animę deſiderabilem percipiãt ſanitatẽ. Per Chriſtum dñm noſtrum. ℟. Amen.

Aſpergat eum cum aqua benedicta.

## Benedictio nouorum fructuũ.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine dñi. ℟. Qui fecit cęlũ ⁊ terrã. ℣. Dominus vobiſcũ. ℟. Et cum ſpiritu. Oremus.

BEne ✠ dic dñe hunc nouum fructum ℟. ⁊ pręſta: vt qui ex eo in tuo ſancto nomine veſcetur, corporis ⁊ animę ſalute potiatur. Per dominũ.

Et aſpergatur aqua benedicta.

## ❡ Benedictio ad quodcunque comeſtibile.

℣. Adiutoriuꝫ noſtrũ in nomine domini. ℟. Qui fecit cęlũ ⁊ terrã. ℣. Dominus vobiſcũ. ℟. Et cum ſpiritu. Oremus.

BEne ✠ dic domine creaturam iſtam. ℟. vt ſit remedium ſalutare generi humano: ⁊ pręſta, per inuocationem ſancti nominis tui: vt quicunq; ex ea ſumpſerint, corporis ſanitateꝫ, ⁊ animę tutelaꝫ accipiant. Per d.

Aſpergat id cum aqua benedicta.

## ❡ Benedictio Candelarum.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine dñi. ℟. Qui fecit cęlũ ⁊ terrã. ℣. Dominus vobiſcũ. ℟. Et cuꝫ ſpiritu. Oremus.

DOmine Jeſu Chriſte fili Dei viui, bene ✠ dic candelas iſtas ſupplicationibus noſtris: infunde eis dñe per virtutẽ ſanctę cru ✠ cis bñdictionẽ cęleſtẽ, q eas ad repellẽdas tenebras humano generi tribuiſti: talẽq; benedictionẽ ſignaculo ſanctę crucis accipiãt, vt quibuſcũq; locis accẽſę, ſiue poſitę fuerint, diſcedãt principes tenebrarum, ⁊ contremiſcant: ⁊ fugiant pauidi cum omnibus miniſtris ſuis ab habitationib[9] illis: nec pręſumãt amplius inquietare, aut moleſtare ſeruientes tibi omnipotẽti Deo. Qui viuis ⁊ regnas, cuꝫ Deo patre, in vnitate.

Poſtmodũ aſpergant aqua benedicta.

## ❡ Benedictio Loci.

℣. Adiutorium noſtrum in nominę dñi. ℟. Qui fecit cęlũ ⁊ terrã. ℣. Dominus vobiſcũ. ℟. Et cum ſpiritu. Oremus.

BEne ✠ dic dñe Deus omnipotens locũ iſtum, vt ſit in eo ſanitas, caſtitas, victoria, virt[9], humilitas, bonitas, ⁊ mãſuetudo, plenitudo legis, ⁊ gratiarum

rum actio Deo patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto: ⁊ hęc benedictio maneat ſuper hunc locū, ⁊ ſuper habitantes in eo. Per Chriſtū dominum noſtrum. ℟. Amen.

Aſpergatur aqua benedicta.

¶ Benedictio domus nouę.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine dñi.
℟. Qui fecit cęlum ⁊ terram.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Te Deum patrē omnipotētē ſuppliciter exoramus pro hac domo, ⁊ pro eius habitatoribus ac rebus: vt eam bene✠dicere, ⁊ ſāctificare, ac bonis omnibus ampliare digneris. Tribue eis dñe de rore cęli abundantiam, ⁊ de pinguedine terrę vitę ſubſtātiam, ⁊ deſideria voti eorum ad effectū tuę miſerationis perducas. Ad introitum ergo noſtrum benedicere✠ ⁊ ſanctificare dignare hanc domum, ſicut benedicere dignatus es domū Abrahā, Iſaac, ⁊ Iacob: ⁊ intra parietes domus iſtius, angeli tuę lucis inhabitent, eamq;, ⁊ eius habitatores cuſtodiant. Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen.

Aſpergatur aqua benedicta.

¶ Benedictio thalami.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine dñi.
℟. Qui fecit cęlum ⁊ terram.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Bene✠dic dñe thalamū hūc: ⁊ oēs habitātes in eo, in tua pace conſiſtant, ⁊ in tua voluntate permaneant, ⁊ ſeneſcant, ⁊ multiplicentur in longitudine dierum. Per Chrm dñm nrm. ℟. Amen.

Poſtea aſpergat thalamū aqua benedicta.

¶ Benedictio nouę nauis.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine dñi.
℟. Qui fecit cęlū ⁊ terrā. ℣. Dñs vobiſcū. ℟. Et cum ſpiritu. Oremus.

Propitiare dñe ſupplicationibus noſtris: ⁊ bene✠dic nauim iſtam dextera tua ſancta, ⁊ omnes qui in ea vehētur, ſicut dignatus es benedicere arcā Noe ambulantis in diluuio. Porrige eis dñe dexteram tuam, ſicut porrexiſti beato Petro ambulanti ſupra mare: ⁊ mitte ſanctum angelū tuum de cęlis, qui liberet ⁊ cuſtodiat eā ſemper a periculis vniuerſis, cum omnibus quę in ea erunt: ⁊ famulos tuos, repulſis aduerſitatibus, portu ſēper optabili, curſuque tranquillo tuearis: tranſactiſq;, ac rite pfectis negocijs omnibus, iterato tēpore, ad propria cū omni gaudio reuocare digneris. Per dominū noſtrū Ieſum.

Aſpergat nauim aqua benedicta.

¶ Benedictio ſacerdotalium indumentorum in genere.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine dñi.
℟. Qui fecit cęlū ⁊ terrā. ℣. Dñs vobiſcū. ℟. Et cū ſpiri. Oremꝰ. Oratio.

Omnipotēs ſempiterne Deꝰ, qui per Moyſen famulum tuum pontificalia ⁊ ſacerdotalia atque leuitica veſtimenta, ad explendum miniſterium eorum in conſpectu tuo ad honorem ⁊ decorem nominis tui fieri decreuiſti: adeſto propitius inuocationibus noſtris: ⁊ hęc indumenta ſacerdotalia, deſuper irrigāte gratia

tia tua, ingiti benedictiõe p nr̃ę humilitatis ſeruitutẽ puri✠ficare, bene✠dicere, ⁊ conſe✠crare digneris: vt diuinis cultib⁹ ⁊ ſacris myſterijs apta ⁊ bñd.ta exiſtãt: hiſq; ſacris veſtib⁹ pōtifices, ſacerdotes, ſeu leuitę tui induti ab oibus impulſionibus ſeu tẽtatiõib⁹ malignorũ ſpirituũ muniti, ⁊ defenſi eſſe mereant: tuiſc myſterijs apte ⁊ cõdigne ſeruir. ⁊ inhęrere, atq; in his tibi place, ⁊ deuote pſeuerare tribue. Per Chriſtum dñm noſtrum. ℟. Amen.

Alia oratio. Oremus.

DEus, inuictę virtut auctor, ⁊ omnium rerum creator ac ſanctificator: intẽde ꝓpitius preces noſtras: ⁊ hęc indumẽta leuiticę ⁊ ſacerdotalis glorię miniſtris tuis fruẽda, tuo ore ꝓprio bene✠dicere, conſe✠crar ⁊ ſancti✠ficare digneris: omnęq; eis vtẽtes, tuis myſterijs aptos, ⁊ tibi in eis deuote ⁊ amabiliter ſeruiẽtes, gratoſq; effici concedas. Per dominum. ℟. Amen. Oremus.

DOmine Deus oṗs, qui veſtimenta pontificibus, ſacerdotibus, ⁊ leuitis, in vſum tabernaculi fęderis neceſſaria, Moyſen famulum tuũ agere iuſſiſti, eumque ſpiritu ſapientię ad id peragendũ repleuiſti: hęc veſtimenta in vſum ⁊ cultum myſterij tui ſancti✠ficare, bene✠dicere, ⁊ conſe✠crare digneris: atque miniſtros altaris tui, qui ea induerint, ſeptiformis ſpiritus gratia dignanter repleri, atq; caſtitatis ſtola, beata facias cum bonorum fructu operum miniſterij congruẽtis, immortalitate veſtiri. Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen.

Deinde aſpergit ipſa indumenta aqua benedicta.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Series Chartarum.

✠ ✠✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk.

Omnes ſunt Quaterniones, pręter ✠✠ Quinternionem.

VENETIIS APVD IVNTAS, M D LXXVI.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

LEGATORIA DI LIBRI
R. CICCIORICCIO
Borgo Vittor[illegible]o
ROMA